Annotatio Fr. Xav. Marette, ... 1862.

Constat auctorum libri, Petrum de Natalibus Venetum et Episcopum ... probab. scripsisse vel anno 1382 vel melius an. 1370 ~~... seu ...~~, id est, ~~...~~ aliquot annis ante hanc editionem. Non ergò mirandum si tot historiæ Sanctorum criticè indigent, etsi aliunde auctor eruditus et certè commendabilis fuerit. Abundat legendis mirabilibus, dum recentiores SSorum Vitæ mirabilia cavere videntur. Baronius Petrum de Natalibus sæpissimè citat. Non præsumit Petrus sua dare, ~~sed~~, ut monet in præfatione, cum libellus nulla referat novo edita, nisi quæ sola novit magnis ab auctoribus compilata, si dubia aut fortè minus credibilia legantur, auctoritati eorum à quibus sumpta sunt hæc omnia attribuat lector.

Decano

Bollandus (in gen. præfatione) (S. 4.) non multum tribuit fidei Petro Natali, quia ibi multa desiderantur scripta accuratius.

In Bellarmini de script. Eccl. libro aucto, dicitur: Catalogum SS. Petri Nat. ut simplicem nimium multi contemnunt.

Ergo edit... est Petrus omnibus, ... receptis, ... vero critic... industriâ

Bened. XIV (de festis B.M.V. c. 7 § 13) ait non desse, quæ adversus ipsum auctorem jure excipi possint.

Postquam liber iste intra ferme quatuor sæcula varios possessores obti... variis in regnis, in manus Sacerdotis Francisci-Xaverii devenit, spero que, habitâ ratione optimæ illius conservationis, ut pro... sit non uni generationi Sacerdotum. Utinam ad omnium sanctific... Impressio, etsi pro tempore abbreviationibus quandoque difficilibus abun... superat tamen in omnibus nostras hodiernas editiones, digna quæ inscriba... ad perpetuam rei memoriam.

Hæc sunt annotanda de variis Vitis Sanctorum.

Acta Martyrum diligenti curâ collecta ab Ecclesiâ sunt Vitarum Sanctorum prior fons. Martyrologia varia breviter præcipua narrantia sunt etiam veteres fontes. Numquam insup... defuêre Scriptores qui unius Sancti vel plurium vitas persingula tradiderunt. Noscun... Vitæ Patrium ab Hieronymo præsertim scriptæ. Celebris in Hagiographia habe... Metaphrastes. Auctores vero Latini præcipui fuere B. Jacobus de Voragine, Dominica... Epus Genuensis, qui medio sæculo XIII Legendam Auream scripsit, Bernardus Guidonis sæculo sequenti, nec non Claudius a Flota sub Francisco 1o, emendarunt; Noster Petrus de Natalibu... hunc Catalogum Sanctorum circa medium sæculum XIV vel melius sæculo XV scripsit; Bon... Mombricius, Petrus Calo, prædictus Bernardus Guidonis eodem sæculo; sæ... verò XVI floruere Ludovicus Lippomani Epus Bergamensis qui 7 volumin... in folio paravit; Laurentius Surius Carthusianus Germanus amplam col... nem et ediderat et complebat anno sui obitus 1578, quam collectionem pr... est annis insequentibus Jacobus Mosander etiam Carthusianus Ger... Supervenerunt Flores SS. Petri Ribadeneira Jesuitæ Hispani, etc., etc. Cæsar Baronius in suis Annalibus primus fuit qui facem criticas mediâ densi... sylvâ admovit labente sæculo XVI. Sed reservatum fuit sæculo XVII conscribere Vi... Sanctorum cum delectu et criticâ omnimodâ. Incœpit cum sæculo Heribertus Rosw... quem Sodales ejusdem Societatis Jesu, Joannes Bollandus, Godefridus Hens... Daniel Papebrochius, Conradus Janningus, Franciscus Baertius, Nicol... Raius, Jo-Baptista Sollienis, etc., compleverunt, opere sub titulo Acta Sanc... immensis voluminibus constante edito. (quod supererat edendum quan... medio XVIII sæculo Societas Jesu disrupta est, nunc medio sæculo XIX a... Jesu reparatâ, ad finem usque feliciter producitur). Accessit opus Acta Martyrum a D. Theodorico Ruinart evulgatum anno 1689. Isti sun... fontes omnium Vitarum Sanctorum. Dolendum Adrianum Baillet ab his re... ut criticâ abuteretur. Dolendum etiam multas Vitas SS. non satis fovere ... et ex industriâ mirabilia tacere. Laudantur Ribadeneira, Croiset, Giry, ... Launois, Ecclesia admittit pias et verosimiles traditiones, quin exigat certitudinem ...

OMNIPOTENTI DEO: IMMACVLATAE SEMPER VIRGINI MARIAE: VNIVERSAEQVE CAELESTI CVRIAE SPLENDORI: ET ANIMABVS NOSTRIS VTILITATI.

Haec prima editio numeros paginarum non habet: Sunt autem paginae numero 664 circiter. Aliae editiones: Paris. 1523-24 2 vol. in fol. — Et traductio est francaise — Strasbourg 1502, etc.

CATALOGVS SANCTORVM ET GESTORVM EORVM EX DIVERSIS VOLVMINIBVS COLLECTVS EDITVS A REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRE DOMINO PETRO DE NATALIBVS DE VENETIIS DEI GRATIA EPISCOPO EQVILINO.

Episcopatus Equilinus, dictus hodie Iesolo, est in ducatu Trevisino (Trevise) juxta Venetias, sed suppressus fuit.

Vicentiae per Henricum de sancto Ursio librarium anno 1493. (1a editio)

In summa Catalogus SS. continet in 1571 Capitulis
Varia anni festa — 46
Translationes Corporum 20
Sanctos cum historia — 1572
Sanctos sine historia — 333
Sanctos operi additos — 29
SS. Socios innominatos — 158
Simul 2092 SS., quorum Socii plures per centena et millia numerantur.

Antonii Verli Vicentini ad lectorem endecaſyllabon.

Quam tot hæroum legeres olympi
Geſta: millenis reſerata chartis:
Qui prius longi ſpacium terebas
Temporis: reddens uacuam crumenam:
Parcere ambobus poteris: tibi dum
Vendices iſtud modicum uolumen.
Siquis eſt: qui ſe putet ocioſum
His parum gaudens breuibus libellis:
Neſcit an plures alii ſuperſint.
Clanii ripas: aracynthi obibit:
Mænali: nemo iuga dindymorum:
Dante pæſtano uiolas agello.
Labitur nunq̃ rediturus annus.
Cedit in lucrum breuibus uacanti
Tempus: haud ulla ſtipe comparandum.
Hic beatorum memorantur acta:
Solis ad motum ſita circularem:
Vtili nullo mutilata membro:
Ruſtico uitis uelut amputatur.
Sic reſarcita premitur corolla:
Quod prius latis redolebat aruis.
Eſte ſed dentes procul inuidorum:
Poſterum forſan magis obſtupeſcent.
Sat dei longe iaculatur ira.
Nam liber dignus ueneratione:
Quippe qui cunctos deceat patronos.
Hunc emat: qui ſe negat infidelem:
Gratias limæ referens ſecundæ:
Et boni quiſquis fuit auctor huius:
Hoc opus tetro reuocans ab orco.
Pro quibus uirgo: chorus angelorum:
Iſta diuorum renitens caterua
Semper aſſiſtant ſolio tonantis:
Quumq; det ſignum tubicen: ſolutis
Carcerum uinclis animas abire:
Regis in regum comitentur aulam. .V.

[stamp]

XQ.493.N19C

ANTONIVS Verlus Vicētinꝰ chriſtianis ſalutē.Poſſemꝰ:& merito q̃dē: ingratitudinis ac
inuidiæ nota ſuggillari:quū omniū pene auctoꝝ uolumia i mediū ꝓdierint:ſi catalogū ſcōꝝ:
tā ꝯcinnū:elegās:luculentū:& raꝝ:ut fere unicū opꝰ:oibus cōem cū auctore iacturā:in lu/
cē piter nō ederemꝰ:& eo ampliꝰ:ꝙ ex ipſiuſmet artificis manu fidelē hēmꝰ archetypū.Iccir
co:cū ut fidei nr̄æ ꝯducibile qcq̃ ageremꝰ:tū & apprime: ut torquēda i nos tāq̃ laudis alie/
næ intercæptores:iacula declinaremꝰ:Hūc quoq; nobis mō accuratiſſime recognitū pluribꝰ
exēplaribꝰ effigiādū curauimꝰ:tot labores & exactas lucubratiōes:quæ ut extinctæ hactenꝰ
delituerāt:ab interitu uēdicaturi.Quod oibꝰ ꝓutile:& multis fore nō iniucūdū arbitramur:
nec pigere eos:q ſupno calēt igne:huic myſtico dinoq; codici bōi aliqd ocii tritū ire: ut hic
diſcere ualeant ethice religioſeq; uiuere:quū nulla aut rara ſit tā remota:tā abſtruſa barba/
ries:cui naturæ uel dei nutu aliq:q̃uis erronea:religio nō colaẽ.Quā:ut omittamꝰ aſſyrios:
ægyptios:hebræos:quibus ſemper curæ fuit:ut pontifices imparent:quanti fecerint romani
patres:quo cultu:qua reuerētia excoluerint:ex decem principū filiis ſenatuſconſulto ethru/
riæ:ut ita dicā: uicatim deſtinatis:ſacroꝝ diſciplina imbuēdis: ex priuatis etiā duobꝰ luciis
petilio & aluanio:caio fabio ſacris onuſto:ſatis luculēter habemus.Et ut extera nō obticea/
mus:nō ne ex umbilico barbariæ ſublatū ebur melitā remiſit maſaniſſa?Quorſum hec?pro
fecto ut intelligamꝰ:quod nos deceat:qbꝰ:bone deꝰ: indubitabilis ac uera religio eſt ꝓpala
ta.Conſtāter incūbendū eſt.ſedulo riteq; deo famulandū. Hinc eni luxuriāt uectigalia: flo/
rent urbes:ꝓcera pullulat ſoboles: oia ad uota ſuccedūt.& hoc ipos non latuit quirites: q
ſemp oia poſt religionē duxerunt:diis curioſe libādo:ſe orbi poſſe impare nō dubitātes.qđ
niſi fecerimus: eā aſpnantes:ecce ſirio torreẽ humꝰ.degenerat ꝓgenies.irrepūt peſtes.diru/
ta iacent mœnia.cuncta ruunt in præceps.& quod miſabiliꝰ eſt: illibata nuſq̃ ſeruaẽ pudi/
citia.Hāc ob cām potitioꝝ puberes piiſſe:brenū in ſemet manū uertiſſe:& uarrone ꝯſule ad
cānas infœliciter dimicatū: ſenatorii p̄res uere:& optime iudicarūt.diuina differẽ ira.nō ir/
ritaẽ.Eia agite nobis noſmet ipſi ꝯſulamus.perimꝰ.ꝓfecto in dies perimꝰ.nec uitæ certā ha
bemꝰ horā.diuinis igiẽ lr̄is uacādū ē:qbꝰ cælū expugnare inſtruamur: ubi æternā fœlicēq;
uitam degamꝰ.Nō deſunt quidē libri: q hac de re nos affatim inſtituant.ſed q lenius excitēt:
ardentiꝰ exhortenẽ:& exēpla:quæ æmulari debeamꝰ:magis idonea ſubiiciāt oculis:aliunde
magis:q̃ ex his uoluminibꝰ decerpere nō poſſumꝰ:quæ cōcinna hiſtoriaꝝ annexiōe:uitas ſā
ctoꝝ omniū:ſic inuētu facillimas:ut in p̄fatione duodecimi huiꝰ innoteſcit:tā ſuccincte tā ꝑ/
fecte ꝑ āni curricula ꝯplectunẽ:ubi nihil nō exultum:nihil ꝓbatiſſimoꝝ uiroꝝ auctorita/
tibꝰ nō fulcitū enarraẽ:ut ne doctiſſimi qdē debeāt reſpuere: q tametſi ferulis ſubtraxerint
manꝰ:& aliūde didicerint:diſcēt tn̄ hinc bene uiuere.nā bonitate nō doctrina tātū uendicaẽ
cælū:ut illud.Indocti rapiūt cælū:cū ſciētiis mergimur i ꝓfūdū.Diſcēt præterea & fidelibꝰ
ineſſe uim animi nō exiguā:ut nō ulteriꝰ tātope penelopes:aut lucretiæ pudicitiā prædicēt:
ſcæuolæ ꝯſtātiā mirenẽ:& attilii fidē ſup aſtra tollāt.Intelligēt chriſticolas occidi poſſe:nō
ſupari.cæſaꝝ immanitates paꝝ ualere:inter miranda obſtupeſcere:& ꝓfiteri:ſe orbeꝫ poſſe
uincere: nō animos.Ecquid ſunt hæc egregia facinora:turres & fidei noſtræ molimina:non
inſpicienda? minime quidē:quū p̄cipue ſint nullæ domus:nullæ urbes:nullæ nationes niſi
chriſto rebelles: quæ hinc aliqd emolumēti ſibi adipiſci nō ualeāt: Quā facile:qui ꝑ tēpla
declamationibꝰ inſudant:his auctoritatibus & exēplis regiā auditoribus uiam ꝑſuadebūt?
hinc docemur:uirtutes ſequi:uitia debellare.& nos: quod nequiuit orbis domitor alexan/
der:noſmet rōni pēdo ſubiugare:cælū ꝓ ſtipēdio ꝯſecuturi:& famā i terris haud obſcurio/
rem:q̃ q terrarū mōſtra deuicere.Exinde nāq; famā tantū & qdē breuē traxerūt:tot ærum/
nis uix partā.Hinc merces. Hinc indelebile nomen:& quod hæroum nulli cōtigit:diem in/
ſuper ſibi ꝑpetuo colendū:ſyncæra ui animi ꝯpandū.tutius ꝓfecto q̃ credere nos pelago tu
midis fluctibus circūquaq; uallantibus:ſemp in labiis:ut audeā ꝓferre:animas gerentes: ut
fœcundi opibus ſardonicati & cōchyliati ad infructuoſam huius terreni ſæculi gloriā inter
urbiuꝫ primates incedere ualeamus.Heu homo infœlix:& uanū animal.longæ: nimis pro/
fecto longæ ſunt ærumnæ pro tam momētaneis uoluptatibꝰ: quibꝰ æuo tam diuturno ac/
quiſitis:tam breui ſimus carituri.hinc æterna manat gloria & uerus delitiarum theſaurus:
multis incognitus:non qualē tagus luſitanis:aut lydiis uehit hermus harenis.ſed quali frui
tur ipſa cæli curia. hoc eſt ditendū.hoc ſunt implendæ crumenæ:ne:quum illuc applicue
rimus:pecuniis hoſpitaturi:dicaẽ nobis.ſūt hæc cæſaris nomiſmata: hic non admittuntur.
alio diuertite. His itaq; diuitiis inſudemus: ciuili rabie:tyrannica cupiditate:& hoſtilibus
rapinis non ſurripiēdis:quibꝰ locupletati decoratiq; cæleſtem hieruſalē ingredientes no/
bis inter ſummi regis paranymphos locum nanciſcamur: perpetua in terris gloria: æter/
nis in cælo delitiis in æternum fruituri.Valete.

Initium ſapie timor domini

PROLOGVS

IN CHRISTI NOMINE AMEN.

Incipit Prologus totius operis Catalogi ſanctoꝝ & geſtoruꝫ eorum ex diuerſis & multis uoluminibus collecti editi a reuerendiſſimo in chriſto patre domino petro de natalibus de uenetiis dei gratia epiſcopo equilino.

INCREATA SAPIENTIA SVMMI uerbi ex ſubſtantia patris ante ſecula eternaliter generata ſ̄m ordinatiſſimam ſui diſpoſitionē: ex ſubſtātia matris in ſeculo tēporaliter humanata: uolens omnes homines ſaluos fieri: ut electas ſanctorum animas uocaret ad arcem: & ad ſuperne menia ciuitatis: edificauit ſibi domum eccleſie ſacroſancte ſeptem exciſis colūnis fundatam ſeptemplici fundamento: uidelicet ſeptiformis gratie ſtabilitam: muris munitiſſimis: & turribus altiſſimis circunſeptā: non quidem ſculptis lapidibus: aut manufactis laterib⁹ erectis: ſed ſanctorum meritis inuiſibiliter fabrefactis: incohatam equidem uite preſentis decurſu: in qua ipſam peregrinari uoluit & cum martha ſolicite miniſtrare: perficiendam uero predeſtinatorum numero future uite ſucceſſu: in qua in electis dei ſingulis iam ſtolis amictis: rurſumq; reſumptis corporibus duplicibus ueſtiēdis triumphatura ſperatur: & cum maria ſedule contemplationi uacare. In cui⁹ nempe celeſtis ſtructura palatii quaſi tot inſeruntur lapides: quot beatorum merita cumulantur: cuius eccleſie caput chriſtus deſcribitur: ipſiuſq; corpus unum efficiunt inſtar membrorum compagis diuerſa officia miniſtrantium fideles cuncti in unitate fidei omniūq; diuerſis ex nationibus congregati. Ita quidem ut ipſo capite per membra ſingula uitalem ſpiritum influente ſic inuicem cōnectantur: ut alterum alterius officio egeat: dum chriſti legem adimplent: alter alterius onera ſupportando. Et ſicuti uiatorum cura ſolicita currēs in ſtadio: quatenus brauium apprehendat: comprehenſorū precibus iuuari deſiderat: ſic & triumphantium glorioſa ſublimitas dum dei uiſione beatur in celis militantium celebritate deuota uenerari letatur in terris. Ac per hoc quod utriq; amant: illi iam adepti per hos optant obtineri: hi uero obtinendum per illos ſperāt adipiſci.

Conuenit itaq; deuotioni fidelium ſanctorū certamina diligenter recolere: quatenus eorum exemplis atq; ſuffragiis ſic dirigamur in uia: ut eorum conſortio ſociemur in patria. Quis autem mortalium intellectus finiti ſanctorum numerum infinitum deprehendere ualeat? Quis enim ſtellas dinumerare queat? niſi ſolus ille qui ſtellas claudit ſub ſignaculo: qui & numerat multitudineꝫ ſtellarum: & omnibus eis nomina uocat. Si enim abrahe a deo pro impoſſibili ſuadet̄: inſpice celum: & numera ſtellas: ſi potes: & additur: ſic erit & ſemen tuum: quod certe non de filiis abrahe ex uoluptate carnis & hominis ſemine propagādis: ſed de filiis eccleſie ex dei bonitate & ſpiritus adoptione generandis: dabatur intelligi. dum ſoli eterne ſapientie ſtellarum numeroſitas nominanda ſeruatur: humane cognitioni ſanctorum infinitas cognoſcenda precluditur. Quomodo eni uel facile curioſus quiſq; cunctator etiam omniuꝫ ſi facultas adſit: que a mūdi exordio conſcripta ſunt: rimator uoluminum: ſanctorum geſta: uitas: paſſiones: & nomina colligere audeat: cum ex martylogio beati hieronymi chronographorum cunctoruꝫ ſcrutatoris ſoliciti: certo & unico die anni decimo ſcilicet calendas martii apud tyꝝ ciuitatem beatorum martyrum quorum numerum ſolius dei ſcientia colligit pro chriſto paſſorum: feſtum contingere legatur. Et in eiuſdem prefatione libelli quem chromatio & heliodoro epiſcopis dirigit: eundem doctorem aſtruentem audiat: nullum dierū per totum anni circuluꝫ pertranſire: in quo pluſq̄ octingentoꝝ uel nongentorum miliū martyrum in diuerſis mundi partibus occiſorum anniuerſarium non occurrat. Vltra quos etiam ſanctorum ueteris teſtamenti patrum & prophetaruꝫ: nouiq; pariter apoſtolorum diſcipulorum doctorum confeſſoruꝫ anachoritarum & ſanctarum uirginum ordines ſuperadditi: qui plures martyribus extitiſſe creduntur: infinito martyrum infinitatem excellunt. Porro & ubi ſanctorum omnium geſta a maioribus deſcripta fuiſſent: quod nec aſſerere quis preſumit: ea tamē uidere nec tempus ad legendum ſufficeret: nec ſtudium preualeret. Cum igitur ſanctorum infinitatem numerare uel nominare non liceat: de multis uel pauciſſima breuius exarare ſufficiat: ceterorum ignotorum numero diuine notioni relicto: exemplo peritorū qui de aſtrorum ſcientia philoſophati ſunt: potiſſime autem famoſiſſimi illius aſtrologi ptolemei: qui ex omni celorū ambitu preter ſeptem planetas centum & quinquaginta ſeptem aſtra tantummodo ſibi nota: eorumq;

Iste liber est Mgri Ioannis Barre theologie licenciati pluemi Ingolstaten Anno dni. 1497.

proprietates & motus deſcripta dimiſit. Ad
quorum inſtar doctores eximii & ſacrorum
uoluminũ hiſtoriographi ex infinito ſancto/
rum numero ſummam exiguam militanti ec
cleſie notam decerptamq; collegerunt & ue/
nerandam in eorum opuſculis poſteris reli/
querunt:per hoc arbitrãtes (ut pie credit̃)
ſic in paucorum notorum modicitate cetero
rum ignotorum infinitatem a fidelibus coli:
ſicuti eterna ſunt in patria charitate coniun/
cti:ubi gloria ſingulorum eſt gloria cũcto
rum:& gloria cunctorum eſt gloria ſingu/
lorum. Ex quibus poſt diuine pagine uete/
ris & noui teſtamenti elogium a ſanctis pa/
tribus diuino flante ſpiritu diuerſis uolumi/
nibus compilate: in qua non nulla ſanctorũ
chriſtum humanitate precedentiuʒ & primi
tiue eccleſie fundatorũ acta conſcripta ſũt.
Que petrus comeſtor hiſtorie ſcholaſtice o
pere elegantius declarauit. Prior & potior
ille euſebius ceſariẽſis eccleſiaſtice hiſtorie
uolumĩe: a capite eccleſie chriſto initians &
uſque ad ſua tempora chronicam protendẽs
omnium pene martyrum cunctaruʒ prouin
ciarum hiſtorias texuit & paſſiones & certa/
mina luculenti ſtilo digeſſit. Cuius opus ru
finus aquileienſis preſbyter de greco tranſſe
rens in latinum: & non nulla ſanctoruʒ acta
intermiſcens ac ſubſequentis adiiciens tem/
poris continuãdo protraxit. Inde quoq; hie/
ronymus prenominatis epiſcopis martylo/
gium omnium quos ut cunq; inuenire po/
tuit: pro chriſto paſſorum uſq; ad ſua tem/
pora copioſe dictauit. Eundem quoq; libel/
lum uſuardus & ado chronographi iĩgnes:
confeſſorum feſtiuitates:que ĩ primitiua ec/
cleſia minime colebantur:addentes celebri/
tatibus martyrum ampliarunt. Ceterum &
his exceptis alii plurimiq; fuerunt legenda/
rum ſanctorum ſcriptores illuſtres: utpote
ambroſius & auguſtinus doctores egregii ĩ
pluribus eorum uoluminibus & libellis.
Gregorius in libro dialogoruʒ. Hieronymꝰ
in uitis patruʒ:& ĩ libro de uiris illuſtribꝰ.
Gennadius in eiuſdem nominis intitulato li/
bello. Beda preſbyter in geſtis anglorum.
Gregorius turonenſis in geſtis francorum.
Ado Heraclides in libro de paradiſo. Odo uien/
nenſis archiepiſcopꝰ. Hugo de ſancto uicto
re. Hellinãdꝰ & ſigibertus ac guilelmus an/
tiſiodorenſis: Nec non frater bartholomeus
in chronicis ſuis. Caſiodorus inſuper in hi/
ſtoria tripartita quam de greco tranſtulit in
latinum. Frater uincentius in ſpeculo hiſto/
riali. Et frater martinus in ſua chronica mar
tiniana: aliiq; multi quorum & ſi opuſcula
leguntur:nomina ſubticentur. Demum fra/
ter iacobus de uiragine ordinis predicatoꝝ
uenerabilis archiepiſcopus ianuenſis ſancto
rum geſta quorum ſolennia ab eccleſia pre/
cipue recoluntur:& in calendariis aſcribun
tur:generaliter collegit: & compendio bre/
uiauit. Nouiſſimus omnium frater petrus ca
lo uenetus eiuſdem ordinis:ſanctorum mul
torum quoruʒ uitas paſſiones & nomina un
decunq; ſumere ualuit grandi uolumine &
diffuſo opere dilatauit:quod eius prolixita/
te nedum cõmendare memorie:ſed nec inten
te quis legere poterit: niſi longeuitate tem/
poris & aſſiduitate lectionis. ¶ Hec igitur
attendens ego petrus de uenetiis equilinus
epiſcopus inter ſacerdotes minimus & eccle
ſie prelatos indignus ſanctoruʒ exiguitatẽ:
eccleſie notam ex prenominatis omnibus co
dicibus & uoluminibus:nec nõ ex aliis plu/
ribus diuerſarum eccleſiarum antiquis li/
bris & paſſionariis:quoſcũq; inuenire potui
non ſine multis laboribus crebriſq; uigiliis
ſtudioſius recollectam:& per cõſequens ce/
terorum beatorum nobis ignotorum infini/
tam multitudinem breui opuſculo:cupiens
ut deus annuerit honorare:quatenus eoruʒ
meritis poſt agonem coronam excipiam: &
ne talentum mihi qualiſcunq; gratie creditũ
terre ſuffodiaʒ: quinimmo domino & ſi non
quincuplatum: uel ſaltem reſtituam dupli/
catum:ad utilitatem filiorum militantis ec/
cleſie:ſanctorum omnium noui ac ueteris te
ſtamenti nomina: geſta: uitas:paſſiones &
triumphos compendioſo ſtilo ſubſtantiali/
ter recollecta illuſtrium uirorum fretus au
ctoritate ſanctorumq; omnium capitis ieſu
chriſti & beate ipſius genitricis Marie duo/
decim apoſtolorum atq; cunctorum ſuper/
norum ciuium confiſus patrocinio: preſenti
catalogo curaui retexere & breuiſſima ora/
tione narrare. Studioſum lectoreʒ obſecrãs
ut ſi in opuſculo nouo grata reppererit:gra
tias agens deo totum attribuat. Si uero incõ
poſita aſpexerit humane fragilitati aſcribat:
qđ ſi dubia aut forte minus credibilia lecti/
tauerit: auctoritati eorum a quibus ſumpta
ſunt fidem adhibeat. Cum libellus nr̃ nulla
referat nouo edita: niſi q̃ ſola nouit magnis
ab auctoribus compilata.

❡Diuiſio totius operis: per tempora reuolutionis anni.

Voniam autem tam ſacre pagine q̃ ſanctorum teſtimonio chriſti domini & ſanctorum eccleſie unio humano matrimonio comparatur: ipſa ueritate in parabolis atteſtāte: Quod ſimile factum eſt regnū celorum homini regi: qui fecit nuptias filio ſuo: quod de uerbi dei & noſtre humanitatis cōmercio doctores exponunt: merito ad inſtar temporalium nuptiarum in agni nuptiis quinq; concurrere manifeſtum eſt: uidelicet ipſius matrimonii pertractatio: conſenſus mutui pollicitatio: ſponſe ꝑ anulū ſubaratio: eiuſdēq; a ſponſo ſolēnis trāſductio: & per carnalem copulam matrimonii conſumatio: ex qua ſequitur & ſextū: quod eſt liberorum propagatio. Hec enim oīa in uiri & mulieris connubio conuenire nulli ambiguum eſſe poteſt. Totius igitur uite humane decurſus a mundi exordio uſq; ad finem in quinq; partes diuiditur: in quibus premiſſa quinq; in diuino coniugio concurrentia liquido colligere poſſumus: que oīa ſancta mater eccleſia per anni circulum in quinq; eius diuiſiouib⁹ repreſentat. ❡Primum ergo tempus in quo facta fuit agni nuptiarum pertractatio: fuit ab adam uſq; ad aduentum chriſti: in quo more humani contubernii tractat⁹ plurimiq; matrimoniales preceſſerūt: ipſius ſcilicet uerbi & eccleſie unionis: quorum tractatuum & colloquiorum hinc inde habitorum mediatores fuerunt patres & prophete ueteris teſtamenti: incarnationem chriſti nedum fiendam ſummis affectibus ꝓptātes: ſed etiam affuturā aſſiduis oraculis prophetantes. Hoc autem tempus rep̄ſentat eccleſia aƀ aduētus principio uſq; ad natiuitatem domini: in perſonam patrum & prophetarum ipſis diebus chriſtum uenturum flagitans: & quodammodo uaticinans. Et quia tractatus iidem connubiales quadriformiter preceſſerunt: ſcilicet per legis naturalis īſpirationem ab adam uſq; ad abraham. Per indictam patribus circūciſionē: ab abraham uſq; ad moyſen. Per collatam legis ſcripte impoſitionē a moyſe uſq; ad dauid. Et inſpiratam ꝓphetie conteſtationē a dauid uſq; ad ipſum chriſtum. Que quidem quattuor fuerunt quaſi mutui per mediatores ſponſi & ſponſe tractatus & collocutiones diuinum coniugiū precedentes: non ab re tempus dn̄ici aduentus in quattuor diuiditur ſeptimanas. Quarum prima denotat legis naturalis aſpirationem: unde in dominicali epiſtola mandata naturalis legis continentur: que ſunt honeſte uiuere & proximum non ledere: dicitur enim ibi induamur arma lucis: ſic ut in die honeſte ambulemus: non in cōmeſationib⁹ & ebrietatibus non in cubilibus & impudiciis: quod eſt honeſte uiuere: non in contentione & emulatione: quod eſt proximum nō offendere. ❡Secunda deſignat indictam patribus circunciſionem: unde & in epiſtola paulus exclamat dicens: dico enim chriſtū ieſum miniſtrum fuiſſe circunciſionis ad euacuandas promiſſiones patrum. ❡Tertia figurat legis ſcripte collationem: unde & in epiſtola paulus in perſonam moyſi legiſlatoris & miniſtri dicit: ſic uos extimet homo ut miniſtros chriſti & diſpenſatores miniſtrorum dei. ❡Quarta repreſentat prophetie atteſtationem: unde & apoſtolus in epiſtola: perſonam induens prophetarum chriſtum uenturum & propinquum aſſeuerat dicens: gaudete in domino ſemper: iterū dico gaudete: domin⁹ enim prope eſt. ❡Secundum tempus: ī quo facta eſt uerbi & hominis mutui conſenſus obligatio & ſtipulatio: fuit a chriſti incarnatione uſq; ad eius baptiſmum: in quo tempore uerbum caro factum eſt: & habitauit ī nobis: & per incrementa puerilia educatus apparuit quaſi unus ex nobis. Hoc uero tempus rep̄ſentat eccleſia a chriſti natiuitate uſq; ad ſeptuageſimam quando uidelicet incarnati uerbi ortus & actus infantie recoluntur: quod etiā tempus in tres ſubdiuiſum eſt deciſiones. ❡Nam quia filius dei deſcendit ad homines principaliter pro ſalute peculiaris populi iudeorum. Primo agitur de matrimonio inter dei uerbum & hebreorum populum cōtractato: a feſto uidelicet natiuitatis in qua ipſe mūdo editus cōfeſtim & primotenus paſtoribus iudeis per angelos reuelatur: & ab eis uti notiſſimis uiſitatur: uſq; ad epiphaniam. ❡Secundo agitur de eodem commercio inter idem uerbum & gentiliū populum approbato: a feſto ſcilicet epiphanie: in qua magis primitie gentium filius dei natus ſtella apparente nunciatur: & ab eiſdem oblatis muneribus adoratur: uſq; ad ipſius octauam epiphanie. ❡Tertio agitur de utroq; populo in unum ouile per idem cōiugium copulato ab octaua epiphanie uſq; ad ſeptuageſimam: Tunc enim pauli leguntur epiſtole: in quibus & potiſſime in epiſtola ad romanos: Chriſtum deum nedum iudeorum imo & gentium apoſtolus affirmat: & pro utriuſq; plebis ſalute adue

niſſe euidentius probat. ¶ Tertiū uero tempus: in quo facta eſt dei ſponſe eccleſie per anulum ſubaratio fuit a chriſti baptiſmate uſq; ad reſurrectionem: in quo chriſtus eā uti reginam & ſponſam illuſtriſſimam triplici aureo anulo trium gemmarum incomparabilium deſponſauit: ſcilicet anulo ſaphiri coloris celeſtis fidei: uidelicet ſuperne eidem eccleſie per triennium predicādo. Anulo ſmaragdi hoc eſt uirētis ſpeī pro eadem ſe quadragena penitentia affligendo. Et anulo carbunculi: ignite uidelicet charitatis pro eadem mortem acerrimam patiendo: eamq; ſuo precioſo ſanguine redimēdo: hoc autem tempus eccleſiā repreſentat a ſeptuageſima uſq; ad paſcha: in quo nempe tempore primis tribus dominicis humanitas noſtra anulo fidei deſpōſatur per chriſti predicationem: de qua tunc in officiis agitur. ¶ Quam predicationē in ipſa ſeptuageſima chriſtus primo per diſcipulos adimpleuit/quando ſeptuaginta duos predicatores ante faciem ſuam miſit: quod in euangelio myſtice denotatur in patrefamilias: qui exiit conducere operarios in uineam ſuam chriſto domino: ſcilicet qui predicatores in eccleſiam intromiſit. ¶ In ſexageſima uero chriſtus eiuſdem predicationis officium per ſeipſum perfecit: quod utiq; euangelio figuratur in ſeminatore chriſto: qui ſemen diuini uerbi exiit ſeminare: quod ipſa ueritas de ſemine predicationis exponit. ¶ In quinquageſima autem eandem predicationem dei filius miraculis confirmauit: quod etiam in euangelio per illuminatum cecum exprimitur: genus humanum ſignificans a cecitate culpe per uerbi dei predicationem illuſtratum. ¶ Sequētibus autem quattuor dominicis: hoc eſt ab initio quadrageſime uſq; ad dominicam paſſionis: dei ſponſa anulo ſpei ſubaratur per chriſti penitētiam: de qua tunc inſignius memoria celebratur: cuius opera in quattuor principaliter cōſiſtūt ſcilicet in ieiunio: oratione: elemoſyna: & peregrinatione: que chriſtus tunc cepit facere et docere. ¶ Iccirco in prima dominica quadrageſime agitur de chriſti ieiunio: de quo in euangelio ſpecialiter cōmemoratur. Nā cum ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus: poſtea eſuriit. ¶ In ſecūda agitur de oratione: de qua in euangelio mentio fit. Nam ideo chriſtus montem thabor excelſum ſubiit: ut oraret: ſoluſq; orās tranſfiguratus eſt: quod licet mattheus taceat: marcus & lucas teſtantur. ¶ In tertia agitur de elemoſyna non quidem materialis pecunie: quam chriſtus pauper unde daret: nō habuit: ſed ſpiritualis gratie: quā egros ſanando conceſſit: ideo in euangelio cecus ſurdus mutus & demoniacus ab omnibus ipſis paſſionibus liberatus introducitur. ¶ In quarta agitur de peregrinatione: ideo in euangelio chriſti itineratio recolitur: Abiit enim ieſus trans mare galilee &c. ¶ Vltimis uero duabus dominicis paſſionis: uidelicet & palmarum eccleſia ſancta anulo charitatis decoratur per chriſti paſſionem: que tūc deuotius excolitur. Et quia duo ſunt precepta charitatis dei: uidelicet amor dei & proximi: ideo talis anul⁹ duabus hebdomadis confertur. ¶ In quarū prima agitur de chriſti paſſione mentali: quam pertulit a iudeis expulſus & effugatus: quod ad litteram in dominicali euangelio & per totam ſeptimanam oſtenditur. ¶ In ſecūda agitur de chriſti paſſione corporali: quam ſuſtinuit in carne paſſus & crucifixus: quod ad litteram in quattuor paſſionibus quattuor euangeliſtarum exhibetur. ¶ Quartum quoq; tempus in quo facta fuit ſponſe per ſponſum ſolennis tranſductio: fuit a reſurrectione domini uſq; ad pentecoſten: quo tempore dominus ſponſam ſuam eccleſiam eius precioſo ſanguine deſponſatam in perſonam ſanctorum patrum de manu inferi eruit: & quodammodo de domo paterna: hoc eſt de preſenti ſeculo nequam eduxit: in animabus & corporibus mirifice dotauit: & ſecum aſcendēte ad celeſtem & propriam patriam feliciter introduxit: quod tempus ad litteram repreſentat eccleſia a reſurrectione domini uſq; ad penthecoſten. ¶ In quo quidem tempore pronuba chriſti figuratiue in feſto reſurrectionis & per octauam de domo patris impo uictrici tyrāni ſcilicet diaboli: qui pater ei⁹ factus fuerat decipiendo educitur: cui & dicitur per pſalmiſtā. Obliuiſcere populum tuum & domum patris tui. quod ambroſi⁹ exponit: ut dictum eſt: ideoq; tale feſtū paſcha: id eſt tranſit⁹ dicitur: quia ſcilicet humana natura de tartaro erepta ad celos aſcēſura tranſiuit. ¶ Secundo ipſa eadem nupta ab octaua paſche uſq; ad aſcenſionem myſtice induit: colitur: & dotatur. ¶ Nam in prima dominica poſt paſcha glorificatur ī corpore: & dotatur immortalitate. In cuius figura dominica ipſa uocatur ī albis: ſtoliſq; candidis neophyti ueſtiuntur: quod denotat dotes corporis immortalis: & in euangelio de gloria corporis chriſti ad diſcipulos ianuis clauſis intrantis agitur: quod eſt figura future corporalis glorificationis. ¶ In reliquis quattuor dominicis ſubſequētib⁹ glorificatur in anima: cui⁹ dotes ſunt ſm̄ augu/

ſtinum uiſio & dilectio. ¶ Ideo in ſecūda & tertia dominica repreſentatur uiſio beata i libro apocalypſis: qui tunc legitur: ubi ſit mentio de uiginti quattuor ſenioribus & de angelis ac turba magna ſanctorum ſtantibꝰ ante thronum diuina fruentibus uiſione. ¶ In quarta & quinta dominica repreſentatur dilectio in epiſtolis canonicis: que tunc leguntur: in quibus de dilectione precipue pertractatur. ¶ Tertio ipſa eadem ſponſa a die aſcenſionis uſqꝫ ad pentecoſten: ut dictū eſt: ſubarata & feliciter dotata in domū ſpōſi ſolenniter introducitur: & hoc in perſonā chriſti & patrum glorificatorum. Ideoque tunc cantatur: Aſcendit deus in iubilatione & aſcendit deus in altum captiuam duxit captiuitatem. ¶ Quintum deniqꝫ & ultimum tempus in quo facta eſt diuini matrimonii conſumatio: ex qua ſequitur iugis liberorū procreatio: fuit a die pentecoſtes: & durabit uſqꝫ ad ſecundum chriſti aduētum: quo quidem tempore chriſtus dominus coniugi ſue eccleſie per ſpiritus infuſionem ſpiritualiter unitus: imo & per ſacre euchariſtie ſumptionem corporaliter quodāmodo copulatus filios adoptionis: neqꝫ ex uoluptate carnis: neqꝫ ex uoluntate uiri: ſed ex deo & ſpiritu ꝓpagare non deſiſtit. Et ipſū tempus eccleſia repreſentat a die pentecoſtes uſqꝫ ad aduentum: quod etiam tempus in duas ſubdiuiſum eſt partes. In prima quarum agitur de matrimonii cōſumatione. In ſecunda de filiorum propagatione. Ideoqꝫ coniugium chriſti & eccleſie in principio huius temporis conſumatur. Primo per ſpirituum unionem: que principalis eſſe debet Hoc autem eccleſia repreſentat in feſto pentecoſtes & per octauā: in quo promiſſo ſpiritu ſancto in filios adoptionis effuſo: membra capiti ſpeciali compage connectuntur. Secundo etiam per corporum copulationē quod eccleſia repreſentat in ſubſequente feſto corporis chriſti uſqꝫ ad eius octauam: in quo agitur memoria illius uenerabilis ſacramenti: per cuius ſumptionē fideles chriſto etiam corporaliter coniunguntur. ¶ In ſecundo autem tempore: uidelicet ab octaua corporis chriſti uſqꝫ ad aduentum filiorum ecccleſie generatio propagatur: quorū quidam fuerūt fundatores: ut apoſtoli: qdā edificatores: ut doctores: qdā cōſeruatores ut ꝯfeſſores: qdam defenſores: ut martyres: qdā augmētatores: ut uirgines. ¶ Reliquū itaqꝫ tempꝰ quod reſtat in quinqꝫ partes ſubdiuiſum eſt. Nam primo myſtice figurantur filii ecccleſie fundatores: ſcilicet apoſtoli a feſto corporis chriſti uſqꝫ ad calēdas auguſti. Et hoc ſub typo regū iſrael & iuda: quorum tunc libri ponuntur: per quos apoſtoli deſignantur: qui certe principes populorū facti: & a deo ſuper omnem terram principes conſtituti cum chriſto in duodecim ſedibus in die iudicii conſeſſuri eidem regi regum conregnare credunt. Nam & mattheꝰ euāgeliſta in generatiōe chriſti ſexdecim reges a dauid uſqꝫ ieconiā ponit: a qbus chriſtus eſt per carnem editus ſignificātes utiqꝫ duodecim apoſtolos: quorum duo euangeliſte fuerunt: & alios duos euangeliſtas: nec non paulum & barnabam doctores gentiū: a quibꝰ dei filius per euangeliū quoad mundi notitiam quodāmō eſt regeneratus. ¶ Secundo figurantur eccleſie ꝯſtructores. ſ. doctores a calendis auguſti uſqꝫ ad calendas ſeptēbris ſub figura ſapientiſſimi ſalomonis cuius tūc libri legunt: cuiuſqꝫ uices gerūt in eccleſia ſācti doctores diuina ſapiētia imbuti: ex qbus tam in grecorū q̄ latinorū eccleſia quattuor principaliores exiſtunt' per quattuor libros ſapientie deſignati. ¶ Tertio figurantur eccleſie conſeruatores: uidelicet ſancti confeſſores per totum menſem ſeptembris. Et hoc ſub figura ſanctorū iob tobie: eſdre: iudith: & heſter: quorū tunc geſta recolunt: confeſſionē & patientiā ꝯfeſſorum notantia: qui i tribulatione poſiti mundū carnē & diabolū triumpharūt. ¶ Quarto figurant eccleſie defenſores: hoc ē ſancti martyres per totū menſem octobris: ſub typo ſanctorū machabeorū: quorum tunc libri leguntur: qui uti ſancti martyres pro fide: ſic & illi pro dei lege uſqꝫ ad effuſionem ſanguinis uiriliter decertauerunt. ¶ Quinto figurantur eccleſie augmentatores: ſcilicet uirgines per totum menſem nouembris uſqꝫ ad aduentum: & hoc ſub figura prophetarum: quorum tūc uaticinia recoluntur: q ut plurimum ſpreto carnali coniugio: i corporis & mentis integritate domino ſeruientes: aduentum chriſti & futura tempora per ſpiritum predixerunt. ¶ Nec eſt mirandum quare doctorū & cōfeſſorū tēpus ante martyres ponat: quāuis enim martyres merito & honore utroſqꝫ precedant: & ideo in ordinibus ſanctorū immediate poſt apoſtolos locantur: doctores tamen quia eccleſie magis utilitati profuerunt: in tempore precedunt: nam ut dictum eſt: doctores fuerunt eccleſie conſtructores: martyres uero defenſores. Confeſſores autem ideo premittuntur: quia nemo martyr extitit: qui prius confeſſor non fuerit: quod ſimiliter & de doctoribus dici poteſt: ideo enim martyres paſſi ſunt: quia chriſtum docebāt & confitebant.

¶ Opus ergo preſens in duodecim partes ſiue libellos ad inſtar duodecim apoſtolorum: quorũ prefectus eccleſie librum preſentem incohaui: diuidendum fore diſpoſui ¶ In primo libro agetur de feſtiuitatibus ſanctorum occurrentibus infra tempus in quo eccleſia repreſentat nuptiarum chriſti per tractationem & collocutionem: quod eſt ab aduentu domini uſq; ad natiuitatem. ¶ In ſecundo agetur de feſtis que occurrũt infra temp⁹ in quo eccleſia repreſentat mutui conſenſus obligationem & contractationem: quod eſt a natiuitate uſq; ad ſeptuageſimam. ¶ In tertio de illis que occurrunt infra tempus repreſentans ſponſe ſubarationem & deſponſationem: quod eſt a ſeptuageſima uſq; ad paſcha. ¶ In quarto de his que occurrunt infra tempus repreſentãs ſolennem ſponſe trãſductionem & dotationẽ: quod eſt a paſcha uſq; ad pentecoſten. ¶ In quinto de his que occurrunt infra tempus repreſentans matrimonii conſumationem & confirmationem: a pẽtecoſte uſq; ad octauam corporis chriſti. ¶ In aliis quinq; libris agetur de feſtis occurrentibus infra tẽpus repreſentans liberorum generationem & propagationem. ¶ Ita ꝙ in ſexto libro agetur de feſtis occurrentibus infra temp⁹ repreſentans filios eccleſie fundatores ſcilicet apoſtolos ab octaua ſcilicet corporis chriſti uſq; ad calendas auguſti. ¶ In ſeptimo agetur de feſtis que ueniunt infra tempus repreſentans filios eccleſie conſtructores ſcilicet doctores per totum uidelicet menſem auguſti. ¶ In octauo de feſtis que ueniunt infra tempus repreſentans filios eccleſie conſeruatores ſcilicet confeſſores per totum ſcilicet menſem ſeptembr̃. ¶ In nono de his que ueniunt infra tempus repreſentãs eccleſie defenſores ſcilicet martyres per totum uidelicet mẽſem octobris. ¶ In decimo de his que ueniunt infra tempus repreſentans eccleſie augmentatores hoc eſt uirgines ſcilicet per totum menſem nouembris uſq; ad aduentum. ¶ Hoc addito: ꝙ quia multorum ſanctorum feſta: quibus diebus per annum occurrant inuenire non ualui: quorundam ex eis geſta aliquorum ſanctorum feſtiuitatibus ſubieci: prout mihi congruentius uiſum fuit ex aliqua ſimilitudine uel attinentia precedentis aut ex nominis equiuocatione: utpote ſancti iuliani cenomanenſis feſto: cui ſubiiciuntur acta plurium eiuſdem nominis ſanctorum: quorum feſtiuitates neſciũtur: aut ex aliqua temporis congruitate: utpote geſta patrum omnium prime etatis: quorum dies ignoti ſunt: que ſeptuageſime applicãtur: quia tũc eorum tempora ab eccleſia leguntur: & ſanctorum ſecunde etatis que ſexageſime ſubiiciuntur: quorum etiam acta tunc ab eccleſia recoluntur. ¶ Et notandũ ꝙ aduentum domini & cetera feſta mobilia ut eſt paſcha cum precedentibus & ſubſequentibus dependẽtibus ab eadem: qualia ſunt ſeptuageſima & ſexageſima qnquageſima quadrageſima paſſio domini aſcẽſio ⁊c. quia in calendariis ſedem certam non habent: ſed diuerſimode cõtingũt: iuxta quod mihi melius uiſum fuit: certis diebus appoſui. Nam ut feſtum ſancti andree: quod eſt primum in officiis: aduentui continetur. Idcirco aduentum domini tertio calendas decembris: hoc eſt in uigilia ſancti andree locaui. Reſurrectiõis uero dominice diem ſexto calendas aprilis poſui: eo ꝙ ad litterã tali die dominus reſurrexit: & ꝑ conſequẽs omnia feſta a die paſche dependentia tã precedentia ꝙ̃ ſubſequentia illis diebus locanda decreui: quibus eo ãno contigiſſent: quo dominus ad litteram paſſus eſt: ſi tunc temporis celebrata fuiſſent. ¶ In undecimo uero huius uoluminis libro illorum ſanctorũ geſta deſcribentur: quorum dies feſtiui penitus ſunt ignoti: & quorum legende in aliqua ceterorum librorum parte nequiuerũt cõmode collocari: aut illorum qui forte ꝑ obliuionẽ quã humana fragilitas euadere plerumq; non ualet: ſuis locis ponendi forent omiſſi: uel eorum etiam quorum legende poſt ceptum opus de nouo apparere cõtingerẽt: quod propter numeroſitatem ſanctorum facile ſatis eſſet. ¶ In duodecimo uero & ultimo libro tabula totius uoluminis ſupponetur: in qua ſanctorum omnium per alphabetum nomina conſcribentur: & ubi reperiri debeant: quo ſcilicet libro uel capitulo deſignata: ut facilius: quod quiſq; optauerit eidem occurrat: ſicq; totius preſentis catalogi materia concludetur.

¶ Explicit diuiſio totius uoluminis.

Incipiunt capitula libri primi.

De aduentu domini in carnem i
De aduentu domini ad iudicium ii
De aduentu domini ſpeciali iii
De ſanctis ſaturnino & ſiſinnio martyribus iiii
De ſancto ſaturnino epiſcopo & martyre v
De ſancto amos egyptio abbate vi
De ſancto paſnutio abbate vii
De ſancto andrea apoſtolo viii
De ſancto nathanahele diſcipulo ix
De ſancto nathanahele anachorita x
De ſancto trophiano epiſcopo xi
De ſanctis diodoro & mariano & eorum ſociis martyribus xii
De ſancto diodoro epiſcopo xiii
De ſanctis anſano & maxima uirginibus & martyribus xiiii
De ſancto proculo epiſcopo & martyre xv
De ſancto albano martyre xvi
De ſancto eligio epiſcopo xvii
De ſancta natalia martyre xviii
De ſancta bibiana uirgine & martyre xix
De ſancto petro chryſologo epiſcopo xx
De ſanctis uero & ſecuro martyribus xxi
De ſancto caſſiano martyre xxii
De ſanctis claudio hilaria & ſociis martyribus xxiii
De ſancto lucio rege & confeſſore xxiiii
De ſancta barbara uirgine & martyre xxv
De ſancto meletio epiſcopo ponti xxvi
De ſancto meletio epiſcopo antiochenſi xxvii
De ſancto clemente preſbytero xxviii
De ſancto ſabba abbate xxix
De ſancto baſſo epiſcopo & martyre xxx
De ſancta criſpina uirgine & martyre xxxi
De ſancto dalmatio epiſcopo & martyre xxxii
De ſancto nicolao epiſcopo & confeſſore xxxiii
De ſancto nicolao papa primo xxxiiii
De ſanctis dionyſia datiua & ſociis martyribus xxv
De ſancto ambroſio epiſcopo & doctore xxxvi
De ſancto agathone martyre xxxvii
De ſancto agathone abbate xxxviii
De ſancta phara uirgine xxxix
De ſancto martino abbate xl
De ſancto genebaudo epiſcopo xli
De conceptione beate marie uirginis xlii
De ſancto zenone epiſcopo xliii
De ſancto romarico abbate xliiii
De ſancto eutychiano papa & martyre xlv
De ſancto eutychiano confeſſore xlvi
De ſancto macario martyre xlvii
De ſancta leocadia uirgine & martyre xlviii
De ſancto proculo epiſcopo xlix
De ſancto ſyro epiſcopo l
De ſancto cypriano abbate li
De ſancto melchiade papa & martyre lii
De ſanctis carpophoro & abundio martyribus liii
De ſancta eulalia uirgine & martyre liiii
De ſancta iulia uirgine lv
De ſancto damaſo papa lvi
De ſanctis ſuſciano & uictorico martyribus lvii
De ſanctis pontiano pretexato & tharſone martyribus lviii
De ſancto ſauino epiſcopo lix
De ſancto paulo ſergio epiſcopo lx
De ſanctis euſtratio & ſociis martyribus lxi
De ſanctis epimacho & alexandro martyribus lxii
De ſanctis amonaria & mercuria martyribus lxiii
De ſancta lucia uirgine & martyre lxiiii
De ſancto iudoco confeſſore lxv
De ſancto ſpindione epiſcopo & martyre lxvi
De ſancto agnello abbate lxvii
De ſanctis herone arſenio iſidoro & dioſcoro martyribus lxviii
De ſanctis nicaſio & eutropia martyribus lxix
De ſancto ualeriano epiſcopo & martyre lxx
De ſanctis pueris anania azaria & miſaele lxxi
De ſancto lazaro epiſcopo lxxii
De ſanctis floriano & calanico & ſociis martyribus lxxiii

De tranſlatione ſancti ignatii lxxiiii
De ſanctis ruſo coſmo marty/
ribus lxxv
De ſancto hildefonſo epiſcopo lxxvi
De ſancto nemeſio martyre lxxvii
De ſancto amone & zenone & ſociis
martyribus lxxviii
De ſancto thoma apoſtolo lxxix
De ſanctis dionyſio & pelagia mar/
tyribus lxxx
De ſanctis triginta martyribus lxxxi
De ſancto chiridonio martyre lxxxii
De ſancta victoria uirgine & mar/
tyre lxxxiii
De ſanctis uiginti martyribus lxxxiiii
De ſancto ſeruulo confeſſore lxxxv
De ſancto abdia propheta lxxxvi
De ſancto naum propheta lxxxvii
De ſancto gregorio preſbytero &
martyre lxxxviii
De ſanctis quadraginta uirginibus
& martyribus lxxxix

¶Expliciunt capitula primi libri.

¶Prologus libri primi.

PRimus ergo liber huius catalogi cōtinet ſanctorū geſta: quorū feſtiuitates occurrunt infra tempus: in quo eccleſia repreſentat chriſti ſponſaliū collationem & tractationē: quod fuit ab adā uſq; ad filii dei natiuitatem. Et hoc tēpus eccleſia pretēdit ab aduētus initio uſq; ad diem natalis dominici in perſonam patrum & prophetarum chriſtum uenturum prenuncians: & aſſiduis clamoribus depoſcens. Quattuor uero dominicis ipſe aduentus celebratur: eo q̧ tractatus ipſarum nuptiarum quattuor modis preceſſerunt. ſ. per legis naturalis inſpirationem: per indictam patribus circūciſionē: per impoſite legis ſcripte collationem: & ꝑ afflatam ꝓphetie teſtificationem. ¶ Primū temp⁹ fuit ab adam uſq; ad abraham decurſu duarum etatum: in quo tempore lex naturalis homies docebat de duobus. ſ. q̧ honeſte uiuerent: & proximum non lederent. Hoc autem in prima hebdomada figuratur eo q̧ in dominicali epiſtola mandata legis naturalis continentur. Dicēdo enim apoſtolus: In die honeſte ambulemus: nō in cōmeſationibus & ebrietatibus: nō in cubilib⁹ & impudiciis: docet honeſte uiuere. Et ſubdēdo: non in cōtentione & emulatione: admonet proximum non offendere. ¶Secundum fuit ab abrahā uſq; ad moyſen decurſu tertie etatis: i quo tēpore circūciſio patrib⁹ indicta dei populū a gentilibus ſepauit. Hoc uero in ſecūda hebdomada pretendit: ubi paul⁹ in epiſtola dñica dicit: chriſtū ieſum miniſtrum fuiſſe circūciſionis ad euacuandas promiſſiones patrum. ¶Tertium fuit a moyſe uſq; ad dauid decurſu quarte etatis: in quo tempore lex ſcripta ad bene uiuendum hominibus collata fuit: cuius lator & miniſter extitit moyſes. Hoc autem etiam in tertia hebdomada oſtenditur in qua paulus in epiſtola dominicali in perſonā moyſi dicit. Sic uos exiſtimet homo ut miniſtros chriſti & diſpenſatores miniſteriorum dei: uidelicet legis ſcripte. ¶Quartū fuit a dauid uſq; ad chriſtum decurſu quinte etatis: in quo tempore prophetia ſanctis uatibus inſpirata chriſtū affuturum & propinquū perſonabat: & futura tempora predicebat. Hoc etiam declaratur in quarta hebdomada: in qua in epiſtola dominice apoſtolus in perſonam prophetarum dominum eſſe ꝓpe cum gaudio quodammodo prophetizat Ad huius ergo temporis feſta deſcribenda procedamus.

Finis prologi.

¶Incipit liber primus ab aduentu domini uſq; ad eius natiuitatem.

¶De aduentu dñi in carnem Capi. I.

ADuētus domini generalis duplex ab eccleſia colit᷑. Primus ad ſaluandum Secūdus ad iudicādum. Prim⁹ de preterito celebrat᷑. Secund⁹ de futuro formidatur. De primo luc. 19. Venit filius hominis querere & ſaluū facere: quod perierat. De ſecūdo iſa. 2. Dñs ad iudicium ueniet cū ſenatoribus populi. ¶ Aduentus ergo i carnē: qui fuit ad ſaluandū quattuor agitur ſeptimanis: ꝓpter cauſam ſupius aſſignatam: quia. ſ. ipm aduentum chriſti preceſſerūt legis naturalis inſpiratio: circūciſionis indictio: legis ſcripte impoſitio: & prophetie atteſtatio: que oīa in q̄ttuor dñicis ut ſupius ponit᷑ figurat᷑. ¶Circa aduētum aūt ad ſaluandū duo uidenda ſunt. ſ. aduenìendi opportunitas: & aduentus utilitas. Opportunitas oſtēdit᷑: Primo ex parte hominis: qui conuictus fuit: primo de malitia tempore legis naturalis: quia cū ipſa lex iuberet proximum non ledere: primogenitus ade caim abel fratrē innocentē occidit. Secundo de ignorātia tēpore circūciſionis: qn̄ uidelicet homo idolatrans i peſſimos errores decidit: nam & tunc tēporis idolatria incepit. Tertio de impotētia tēpore legis ſcripte: que quidē lex iugū importabile & mādatum homini fragili ipoſſibile impoſuit. Opportune ergo filius dei uenit: qn̄ homo de malitia: ignorantia: & ipotētia conuictus fuit: ne ſi ante ueniſſet: homo medicine gratus non fuiſſet. Ipſe etiā ueniens ſua potētia hominis ipotentiā ſubleuauit: ſua ſapientia ignorantiā illuſtrauit: ſuaq; gr̄a malitiā expugnauit. ¶Secūdo ex pte tēporis: qa ubi uenit plenitudo temporis miſit deus filium ſuū &c. gal. 7. quod quidem tēpus adimpletū fuit per q̄ttuor ꝓmiſſa: que aduētū dñicum ꝓceſſerunt. Cum eni uidit dei filius hominē nec lege nature: nec circūciſionis ſignaculo nec lege ſcripta: nec ꝓphetarum oraculis a peccato liberari poſſe: deſcēdit cōferre gratiam: i qua nos deo gratificans a peccato redemit. Tertio ex parte uulneris & morbi uniuerſalis. Nam cū morbus erat uniuerſalis opportunū fuit uniuerſalē adhibere medelam. Eteni ante aduentus chriſti eram⁹ ignorantes ſiue ceci: penis eternis obligati: ſerui

diaboli:mala peccati cōſuetudine uincti: in tenebris obuoluti:exules a patria expulſi.Ideo egebam⁹ doctore: redemptore:liberatore:eductore:illuminatore: & ſaluatore Hec autē omnia in.7. antiphonis maiorib⁹ home.que cantant ante xpi natiuitatē oſtendunt.In prima dicit: ueni ad docendū nos uiam prudentie.In ſecūda ueni ad redimendū nos in brachio extento.In tertia:ueni ad liberandū nos iam noli tardare.In qrta:ueni & educ uinctum de domo carceris ꝛc. In qnta: ueni & illumina ſedētes i tenebris ꝛc. In ſexta:ueni ſalua hominē:& hoc in perſonam gentiū: qa illa antiphona icipit O rex gentiū.In ſeptima uero clamat ꝓ ſalute iudeorum:qbus deus dederat legē: iō incipit O emanuel rex & legifer noſter.& infra:ueni ad ſaluandū nos ꝛc. ¶ Vtilitas aūt ipſius aduētus patet luc.7. ubi ſe miſſum teſtatur dicēs ſpūs domini ſup me ꝛc.Ad pauperum conſolationē.Ad cōtritorum ſanationē. Ad captiuorum liberationē. Ad idoctorū iſtructionem.Ad peccatorū remiſſionem.Ad humani generis redemptiōnē. Et ad meritorū retributionem. Hec oīa originaliter ꝓphetantur de xpo iſa.61. ¶ Auguſtinus aūt ponit alias utilitates dicēs:ꝙ chriſt⁹ more mercatoris ueniēs dedit & accepit. Accepit:qd hic abūdat.ſ.naſci:mori:& laborare: dedit renaſci:reſurgere & ieternū regnare. ¶ Bernardus inſup ponit tres utilitates ſupra tactas dicens:ꝙ neceſſarius fuit nobis ſaluatoris aduentus:ut in nobis per fidem habitās illuminet cecitatē noſtram:& nobiſcum manens adiuuet infirmitatē noſtrā: & ꝓ nobis ſtans propugnet:& purget iniquitatem noſtram.

¶ De aduentu domini ad iudicium. II

tingere ſatagebat multiſqꝫ miraculis coruſ-
cabat. ❡ Quadam die cum ſuis clericis ad
refectionem diſcumbēs deficiente ſibi uino
modicum uini in uaſculo allatum quod uix
tribus in menſa ſufficeret cunctis in fundi ꝑ
cepit: & ad ſufficientiā omnibus fuit ſatis.
❡ Alio quoqꝫ tempore dum unicus ſolūmo
do panis in cellario repertꝰ eſſet: operariis
in eccleſia ſua laborantibꝰ appoſuit. Indeqꝫ
plene omnes refecit. ❡ Virum & uxorem q
xxx. fere annis ſine prole fuerant: ad ſe ueni
entes: & ꝓ filio ſupplicantes oleo lampadis
eccleſie inunxit & orationem premiſit. Eo-
demqꝫ anno mulier filium enixa: eundem in
miniſtrum uiro dn̄i obtulit: quem ille bap-
tizauit: & ſacris litteris erudiuit. ❡ Obſeſ-
ſum a demonio de regione andronica libe-
rauit: puellam manibꝰ aridis de caſtello e-
uādis ſanauit: & alios multos a diuerſis paſ
ſionibus dei uirtute curauit. ❡ Dum eccle-
ſiam conſtrui faceret & lapis magnus in edi
ficium opus eſſet: qui a. lxx. hominibus nul
latenus moueri poterat: ſanctus dei ſuper
ueniens ſigno crucis premiſſo cum duobus
clericis ipſum amouit: & ad locum detulit
ordinatum. ❡ Quadam die tēpeſtate ſeuiſ-
ſima quaſſati quidam naute nicolaū aduo-
cant: & continuo uir quidā eis apparuit di-
cens ſe eſſe nicolaum ab eis aduocatum: qui
eos in antēnis & rudentibus iuuare cepit ſta
timqꝫ tempeſtas ceſſauit. Et dum ad eius ue
niſſent eccleſiam: quem nunq̄ uiderant ſine
indice cognouerunt. Quod ille non ſuis me
ritis ſed eorū fidei attribuere docuit. ❡ Dū
quodā tempore fame ualida regio eſſet op-
preſſa & naues onerate tritico ad portū my
ree deueniſſent rogauit ſanctus nautas ut
ſaltem proquaqꝫ naue in centū modiis eorꝫ
inopie ſubuenirent. Cumqꝫ illi rñderent

non audere hoc facere: eo ꝙ menſuratū alexandrie granum eadem menſura conſtantinopoli in horrea imperatoris eos reddere oportebat: inſtat ſibi: ut petita adimpleant: confiſus in chriſti gratia: ꝙ nihil diminutionis in eorum menſura recipient: quod cum feciſſent: menſuram quam receperat integre miniſtris regiis reddiderunt: & miraculum narrauerūt. Granum autem illud quod ſanctus acceperat miraculoſe per biennium ad uictum & uſum ſeminis abundauit. ❡ Sed cum adhuc in regione illa aliqualis cultus idolorum ſupereſſet: arborem quandam diane conſecratam quam quidam colebant ruſtici: ſanctus precidit: diabolo in aera ululāte ſe de ſua ſede per nicolaum eiectum. Et dum quidam uiri ad ſanctum uiſitandū nauigio pergerēt: demon in ſpecie deuote mulieris eiſdem in ſagenula apparuit: oleum ī uaſe tribuit: rogans ut ex eo parietes eccleſie ſancti nicolai perungerent: eo ꝙ ipſa tūc ad ipſum locum accedere non poſſet. Qua diſcedente in alia nauicula eiſdem cum pluribus uir apparuit nicolao ſimillim⁹: mulierem illam dianam fuiſſe docuit: & ut oleū ſibi datū in mari iactarent admonuit. Quod proiectum in mare contra naturam aquam inflāmauit: qui dum myream ueniunt: nicolaum conſpiciunt: ipſumq; eſſe qui ſibi apparuerat recognoſcunt. ❡ Eodem tempore dum imperator conſtantinus tres principes nepotianum: urſum: & neapoleonem contra hoſtes imperii miſiſſet: & illos ad portum myree applicantes: uir ſanctus ad prādium inuitaſſet: cum eſſent in menſa nunciatur uiro dei: cōſulem pecunia corruptum tres iuuenes milites innocentes decollari mandaſſe. Illico ſanctus tribus illis principibus ſibi aſſociatis ad locum properauit: & iuuenes iam genu flexo gladium uibrantis expectantes repperit. Audacter igitur ſe ī ſpiculatorem ingerens gladium ſibi extorſit: innocentes exoluit: quos ſecum adducens conſulem adiit: eumq; durius obiurgans: tandē penitentem ſuſcepit. ❡ Dum autem principes imperiales cum uictoria redeuntes: ab imperatore magnis honoribus ſublimati fuiſſent: ex inuidia apud eum de proditione delati ſunt: quos ille carceri traditos precepit mane ſine audientia decollari. Qui liberationem trium iuuenum factam a uiro dei recolentes eiuſdem ſe meritis cōmendarūt. Eadem nocte uir dei imperatori per uiſionem apparuit: ipſum de impietate redarguit: & niſi innocentes dimittat exitiale bellum eidem cōminatur ad mortem. Interrogatus quis eſſet: dixit ſe eſſe nicolaum epm̄ myreorum: ſimiliꝗ uiſione prefectum exterruit: Euigilans princeps uiros aduocat: & ſi cui ſancto ſe cōmendaſſent interrogat. Qui dum ſe ſancto nicolao cōmendaſſe dicerent. Miratus imperator ueniam petiit: innocentes abſoluit: & eoſdem ad uirum dei cum muneribus deſtinauit. ❡ Fertur beatum nicolaum adhuc ſenem niceneo concilio interfuiſſe: & quendam arrianum zelo fidei in maxillam percuſſiſſe: ob idq; a concilio mitra & pallio priuatum extitiſſe: propter quod ut plurimum ſine mitra depingitur. Sed dum aliquando miſſam beate uirginis: cuius erat deuotus: in pontificalibus celebraret: & priuationem mitre & pallii defleret: quaſi zelo nimio fidei ſibi ablata: ecce cunctis uidentibus duo angeli eidem aſtiterunt: quorum unus mitram: alius pallium ſibi diuinitus reſtituerunt. Et extunc inſignia reaſſumpſit ſibi celitus reſtituta. Qui ad ultimam horam deueniēs: angelos ſibi occurrentes conſpexit: & ſuum cōmendans ſpiritum domino in pace quieuit die octauo iduum decembris āno domini. 343. Ex cuius oſſib⁹ oleum iugiter emanare cōſueuit: quo liniti languidi a cunctis infirmitatibus ſanabantur. ❡ In multis chronicis inuenitur: ꝙ poſt multum temporis deſtructa a turchis myrea ciuitate a mercatorib⁹ barrēſibus corp⁹ ſcī nicolai barrū trāſlatū ē: ibiq; iacere uſq; ī pn̄s: ut plurimū credit: & a multis peregrinantibus uiſitatur. Veneti autem idem corpus aſſerunt uenetiis delatum. Cuius hiſtoria tranſlationis debito loco uidelicet tertio calendas iunii ponetur. ❡ Miracula autem ſancti: tum quia infinita eſſe dicuntur & inumera: prout collecta eccleſia aſſerit: tum etiam quia ea ſola de ſanctis ponere curauimus: que uel in uita eius uel circa mortem: aut erga eorum corpora contigerunt: ex aliis uoluminibus lectori legenda dimittimus. ❡ Hoc ſolo ad eius uenerationem exarato: ꝙ dum beati nicolai hiſtoria de nouo edita eſſet que notata cum ſuo cantu ad manus quorundam fratrū monaſteriū ſancte crucis de ceſena deueniſſet: & fratres eam in eius feſto canere ad officiū uellent: eorum prior omnino recuſauit: & fratres redarguit: dicens ioculatoria ī eccleſia non eſſe licitum decantare. Nocte ſuperueniente ſanctus nicolaus priori apparuit: eumq; uultu terribili lecto abſtraxit: pauimento colliſit: & incipiens antiphonam. O paſtor eterne ꝛc. per ſingulas differētias uocum fuſte quem tenebat: ictus ſupra dorſū patientis ingeminans: per ordinem ad finem uſq; decantauit. Qui ſemiuiuus dimiſſus clamoribus fratres excitans uiſa & geſta narrauit antiphonam quam nunꝗ audierat retulit: & centum notas in ipſa conſiſtere didiciſſe ex centum pcuſſionib⁹ quas ſuſceperat

adiecit :/& prout dixerat ſic eſſe compertū
ſuit. Dataq; licentia fratres nouā hiſtoriam
eo die & deinceps tā ipſi q̄ alii in multis ec-
cleſiis celebrarunt.

¶De ſcō Nicolao papa prīo. XXXIIII.

NIcolaus papa huius nominis pri
mus natione romanus ex patre
theodoro ſucceſſit benedicto .5.
& ſedit annos.ix. menſes.ii.dies
xx. Et ut in chronica martiniana
habetur poſt magnum gregoriū papā nul
lus uſq; ad eum apparuit ī ſede romana ei-
dem ſanctitate ꝯparandus. Floruit autem tē
pore Ludouici ſecundi īpatoris. Hic micha
elem conſtantinopolitanum imperatorem
excōmunicauit propter ignatii patriarche
iniuſtam depoſitionē. Excōmunicauit etiā
lotharium regem gallie ꝓpter gualderade
pelicis ſue ſocietatem. Qui rex tpe hadriani
ſucceſſoris nicolai pape romā ueniens con-
cubina dimiſſa: abſolutionem ab eo recepit
& non multo poſt uita deceſſit. ¶Huius tē-
pore ſanctus cyrillus pene omnium ſclauo-
rum apoſtolus corpus ſancti clemētis pape
a cerſona ubi in mare ponticum proiectum
fuerat: ex mari exiccato auferens romā detu
lit. Quod per nicolaum papā in eccleſia ſan
cti clementis reconditum fuit: ubi & ipſe cy
rillus paucis expletis diebus ſepelitur mi-
raculis corruſcando. Nicolaus uero papa
poſt multas & uberes collatas elemoſynas
& alia multa bona que fecerat in chriſto qe
uit: & in eccleſia ſancti petri apoſtoli ſepul
tus eſt.

¶De ſanctis dionyſia datiua & ſociis mar-
tyribus. XXXV.

DIonyſia: datiua: leontia & Emila
nus medicus & religioſus uir no
mine terrius: nec non bonifacius
& ſeruus & uictricus atq; maiori
cus adoleſcens: apud aphricam
martyrio coronati ſunt. Qui omēs perſecu
tione uandalica ſub Hunerico rege arriano
pro confeſſiōe fidei catholice: & ne ab arria
nis rebaptizarentur decertātes: grauiſſimis
& innumeris ſuppliciis excruciati: confeſſo
rum chriſti numero ſociati ſūt. viii. idus de
cembris. Ex quibus maioricus adoleſcens:
dionyſie matris ſue eidem in tormentis aſſi-
ſtentis ex hortationibus roboratus in certa
mine confeſſionis ſpiritum reddidit. hec ado

¶De ſcō ābroſio epō & doctore. XXXVI

AMbroſius epiſcopus & doctor:
cuius feſtum obitus occurit .ii.
nonas aprilis. Hoc uero die quo
epiſcopus eſt ordinatus ab eccle
ſia romana celebratur filius am-
broſii romani tūc pfecti galliaꝝ ī galliis na-
tus & ī cunabulis ī ꝑtorio poſitꝰ: dū dormi
ret apto ore: examē apū faciē eiꝰ & os iple-
uit: ut q̄ſi ī alueolū ſuū ītrarēt & exirēt: que
poſtea euolantes in tantam altitudinē aeris
eleuate ſunt: ut humanis oculis mīme uide-
rentur. Quod pater cernēs & territꝰ infan-
tulum predixit aliquid magni futurum. Et
cum puer eſſet matri & ſorori manū oſculā
dam porrigebat: ut ſacerdotibus fieri con-
ſpexerat: qđ ſoror tum deridebat. ¶Cū er-
go rome factus iuuenis & litteris eruditus
cauſas ꝑoraret: a probo prefecto pretorii
mittitur ad liguriam emiliāq; regendam ꝓ-
uinciam: uenitq; mediolanum. Mortuo ue-
ro auxentio epiſcopo arriano: cum populꝰ
propter preſulis electionē ī ſeditionem po-
ſitus eſſet: & ipſe pro ſeditione ſedāda ad ec
cleſiam perrexiſſet: uoce īfantis ſubito am-
broſium epiſcopum clamante: ab omnibus
tam arrianis q̄ catholicis pontifex eligitur.
Quod ille audiēs contra morem ſuū homi-
nes torqueri fecit: ut ſic ab eiꝰ electione ceſ
ſarent. Deinde profiteri philoſophiā uolens
quaſi rem chriſtianis ſuſpectam: dum non
permiſſus eſſet publicas meretrices ad ſe ī-
gredi fecit: populoq; magis acclamāte: pec-
catum tuū ſuper nos: noctu aufugit. Et dū
ſe ticenum ire putaret: mane ad portam ro-
manam ciuitatis ſe repperit. Interim miſ-
ſa electione ad ualentinianum imperato-
rem eam approbauit: gaudens ꝙ iudices
a ſe directi ad ſacerdotium peterentur. Am
broſius uero in poſſeſſione leōtii latuit. Sed
relatione imperatoris ueniente producitur
Et q̄uis multam renitens: tandē electiōi cō-
ſentire cōpellitur. Et cū adhuc eſſet cathe-
cuminus baptizatur: &. viii. die in epiſcopū
conſecratur. Qui cum poſt annos quattuor
romam ueniſſet matre defuncta: & germana
manum eius oſcularetur ſubridens dixit in
ſe iam impletum: qđ puer uaticinatꝰ fuerat.
Vbi etiam paralyticam in lecto cubantem:
ſolo ueſtimenti eius contactu: ſanā effecit.
¶Sed & cum contra uoluntarem iuſtine īpe
ratricis arriane: catholicū in epiſcopum ꝓ-
mouiſſet multas ab ea inſidias & perſecutio
nes paſſus eſt: adeo ut etiam una ex uirgini-
bus arrianorum ut eum ad reliquas ceden-
dum traheret: ipſum per pallium cepiſſet:
quā die ſequenti Ambroſius morte defun-
ctam ſubita honorifice ſepeliuit gratiā pro
contumelia rependens. Redienſq; medio-
lañ ad ſuggeſtionē auguſte multi ſibi calū-
niantur: & multas iniurias patitur. ¶Et dū
in exilium mittendus putaretur: & quidam
uicinꝰ quadrigam ad eum exportandū paſ-
ſet iuſto dei iudicio anno uertente ipſe in ea
dē carruca ī exiliū miſſus ē. ¶Cū āt plures
obſeſſi a demonibꝰ ſe ab Ambroſio torqueri
dicerēt & iuſtina cū arrianis ābroſio impo-

nerent:quod pecunia cōparet qui ſe ab immūdis ſpiritibus torqueri aſſereret: ſubito unus ex illis demone oppreſſus clamabat ꝙ utinam qui nō credunt ambroſio:ut ipſe torquerentur:quem ceteri arriani in piſcinā necauerunt.¶Hereticus quidam inconuertibilis:dum predicāte epiſcopo:uidit angelum ad aures eius loquētem:conuerſus eſt: & fidem quam perſequebatur: defendebat. ¶Quidam magus:qui demones ad eum cedendum inuocabat:audiuit ab eis:ꝙ nec ad fores eius appropinquare preſumerēt:quoniam ignis de domo eiꝰ exibat: q̄ etiam eos longe poſitos cruciabat. ¶Quodam demoniato mediolanum intrante: demon ex illo exiens alium ex urbe egredientem īuaſit: dicens ꝙ ambroſium timebat: & ob id urbē ingredi formidabat.¶Dum quidam ad preces auguſte eum noctu uolens gladio percutere:brachium eleuaſſet:ſubito manꝰ eiꝰ exaruit.¶Cum apud theſſalonicam ex ſeditione populus iudices lapidaſſet:iratus theodoſius imperator omnes theſſalonicenſes perimi iuſſit:nocentes ab innocentibus non ſecernens.Et cum mediolanum ueniſſet uolens intrare eccleſiam ab ambroſio prohibetur:& de tanto ſcelere audacius increpat Qui cum dauid homicidam & adulterū allegaſſet:audiuit ab eo: ꝙ quem allegauerat delinquentem imitaretur & penitentem. Et a doctore ſancto ſuaſus publicam agere penitentiam non eſt dedignatus. Cūq; penitentia peracta die paſche pro cōmunione ſumēda cancellos eccleſie intraſſet: ambroſiꝰ eū extra chorum repulit: dicens locum illum clericis aſſignatum:& ꝙ purpura facit imperatores non ſacerdotes:cui imperator humiliter obediuit:& reuerſus cōſtantinopolim:dum in eccleſia extra cācellos maneret inuitatus a patriarcha ut intraret: miratus ait:ſe unum uidiſſe ambroſium ſacerdotem ¶Dum ad palatium macedonii magiſtri officiorum pro cuiuſdam interceſſione acceſſiſſet: & fores clauſas repperiſſet: ꝯminatꝰ eſt illi:ꝙ cito ad eccleſiam ueniens apertis ianuis intrare non poſſet.¶ Poſt modicum tempus macedonius ad eccleſiam fugiens timore inimicorum patentibus ianuis aditū reperire non ualuit.¶In ciuitate florentie filium cuiuſdam nobilis nomine panſonem puerum obſeſſum a demonio liberauit. Et dum poſt dies modicos puer ſubito expiraſſet mater ipſum ī lecto ſcī defunctum locauit:quem ille ſupueniēs oratione & lachrymis ſuſcitauit.¶Nicetius quidam notarius dolore pedum uexatus:dum ad epiſcopum celebrantem pro cōmunione acceſſiſſet:& ille pedes ipſius caſu calcaſſet: exinde a dolore ereptus eſt.¶Hoſpitatus in quadam uilla tuſcie apud quendam diuitem filiis & familia abundantem:dum uir ſe de cunctis ſibi ad uotum ſuccedentibus iactaſſet:& ꝙ nihil ſibi aduerſi in uita ſua aliquando contigiſſet:ambroſius territus inde cum ſociis feſtinus diſceſſit:dicens ibi tutum non eſſe ꝑmanere:ubi dominus non erat. Quo abeunte & aliquantulum procedente uir ille cum domo & omni familia terre hiatu abſortus eſt:uſq; in preſens quadam fouea ibidem in teſtimonium permanente.¶Ipſe ſuum obitum pſciuit & reueleuauit: ꝙ uſq; paſcha cum fratribus eſſet.Et dum die quodā pſalmum.xliii.cum notario dictaret:uidit notarius ignem caput eius in modum ſcuti operientem & per os eius intrantem:facieſq; eiꝰ ut nix effecta poſt modicū ad colorem priſtinum rediit:quo die dictandi & ſcribendi finē fecit. Poſt dies modicos grauiter egrotare cepit. Et dum ad extrema ꝓpinquaret & quattuor eius diaconi de eligendo epiſcopo inter ſe tractantes:ſimplicianum nominaſſent ita ſilenter:ut uix mutuo ſe audirēt: ipſe longe poſitꝰ tertio clamauit:ſenex: ſed bonus. Quod audientes illi mirati ſunt: & non niſi illum poſt eius obitum elegerunt. Honoratus quoq; preſbyter eccleſie uercelleñ.expectans eius obitum: cum ſe ſopori dediſſet: audiuit ſe tertio uocari: ut ſurgeret feſtinanter:quia ſtatim erat receſſurus: qui ſurgens ei corpus domini obtulit: quo ſumpto uir domini manus ī modum crucis expandit:& orans ſub ſilentio expirauit die 2.nonas aprilis anno domini.380. tempore theodoſii ſenioris: celebratur autem eius feſtum ab eccleſia die quo epiſcopus eſt ordinatus ut dictum eſt: ſcilicet die ſeptio idus decembris.¶Eadem hora uiſus eſt in quodam monaſterio in partibus orientis inter monachos pſallentes orans: & notato tempore repertum eſt beatum uirum tūc a corpore migrauiſſe. Et cum ī nocte paſche corpus eius ad eccleſiam delatum fuiſſet:plurimi infantes baptizati eum uiderunt ſedentē quaſi in cathedra tribunali ut dicebāt. Alii eum aſcendentem digito parentibus oſtendebant:plurimi quoq; ſtellam ſupra corpꝰ eius uidiſſe teſtati ſunt. Sepultus eſt die paſche apud baſilicam ambroſianam: ubi demonum turba ſe ab illo torqueri clamabat ubi & infirmitates curantur:& demones uſq; in preſens effugantur.¶Hic doctor ſanctiſſimꝰ multa utilia opuſcula ī eccleſia dei cōpoſuit: uidelicet librū exameron.Item librum de officiis.Itē de conflictu uitiorū & uirtutum.Itē librum de uirginibus. Itē uitam beate agnetis.Item librū de paradiſo & eiectione primi hominis.Item de oblatione caim & abel:& quid ipſa oblatio ſignificet.

Item de receſſu abrahe de meſopotamia. Item ad flacellã reginam de ſpiritu ſancto. Item cõtra arrianos libros plures. Item cõtra apollinarem librum.i. Item ad Sauinuꝫ epm̃ de trinitate librũ.i. Itẽ ꝯmẽtarioꝝ.i.lucam libros plures. Item librum xpianoꝝ. Item ad diuerſos libros.lxxv. Itẽ tractatus xiiii. Epiſtolas breues.lxxvii. Sermones declamatorios.lxxv. Scripſit & libros de ſpũ ſancto quos gratiano principi direxit. Item librum de exceſſu ſatyri. Itẽ rhythmos ſup deprecatõe pluuie & ſerenitatis:& alia multa que enumerare longum eſſet. Compoſuit & officium & hymnos ac ordinẽ miſſe:qui ĩ eius eccleſia obſeruantur.

¶De ſcõ Agathone martyre. XXXVII.

Agathõ martyr apud alexãdriã ſub decio ĩpatore paſſus eſt. Qui cum eſſet miles & prohiberet quoſdã gentiles uolẽtes illudere cadauenerib⁹ martyrum: el amor repente totius uulgi aduerſus eum extollitur. Oblatuſq; iudici cũ in ꝯfeſſione chriſti perſiſteret: capite pro pietate damnatus ẽ.vii.idus decembris. hec ado.

¶De ſancto Agathõe abbate. XXXVIII.

Agathon abbas per triẽnium lapidem in os tenuit donec taciturnitatem diſceret. Interrogat⁹ que uirtus plus haberet laboris. Reſpondit orarẽ deũ:eo ꝙ demones orantẽ ſemper ĩpugnant ut orationẽ ĩterrũpant. Interrogatus a quodã quomodo cũ fratribus habitare deberet. Rñdit ſicut in prima die nunq̃ fiduciam aſſumẽdo: eo ꝙ fiducia ſit genitrix paſſionũ. ¶ Dixit quoq; ꝙ ſi iracundus etiã mortuos ſuſcitaret non placeret alicui:nec ipſi deo propter iracundiam ſuam. ¶ Fuit autẽ agathon ſapiẽs ad ĩtelligendũ:ĩpiger ad laborandum:parcus ĩ cibo & ueſtimento:qui dicebat ſe nunquam dormiuiſſe hñs aliquid aduerſus quẽquam nec dormire ꝑmiſiſſe hñtem aliquid aduerſum ſe. Moriturus triduo aptis oculis ĩ extaſi manſit: & pulſatus a fratribus dixit ſe diuino iudicio aſſiſtere & anxie timere: eo ꝙ q̃uis in mandatis dei laboraſſet pro uiribus: neſciebat adhuc utrum deo placerent opera ſua:quia aliter ſunt iudicia dei:aliter hominum. Quo dicto ſpm̃ cum gaudio emiſit:uidebant enim eum colligentẽ ſpiritum queadmodum ſiquis ſalutat amicos ſuos dilecto s. hec in uitis patrum.

¶De ſancta Fara uirgine. XXXIX.

Fara uirgo de frãcia tp̃e heraclii imperatoris claruit. Cui⁹ pater hagerricus de burgũdia duxit originem. Hic claris natalibus ortus:in aula theodeberti regis frãcorum inclytus ex uxore ſua leodegunda: tres filios procreauit omnes ſanctos.ſ.faronem ualpertũ & canoaldum: filiam quoq; uirginem faram. Que dũ iuuenilibus annis uirginitatem ſuam deo uouere cupet: ſed a patre prohiberetur qui filiam nobilem nobili ſponſo tradere diſponebat: tãta lachrymarum inundantia fleuit: ꝙ uiſum amiſit quem tum dominus ei per beatum euſtaſiũ epiſcopum reſtituit. Adhuc quoq; patre ad eius nuptias intendente:fara ad eccleſiam apoſtolorum principis cõfugit:quam pater cum miniſtris ut eam ꝑimeret inſecutus:tẽtam tandem carceri mãcipauit. Interea beato euſtaſio de legatione regis lotharii redeunte:multa precum inſtantia patre eius placato ꝓcurauit:ut uirgo dei de carcere educeretur & ſanctimonialis conſecraretur:qđ uix patre annuente factum eſt. Et a ſancto gundoaldo meldeñ. epiſcopo habitu uirginitatis aſſumpto cenobio quoq; eidem uirgini in ſolo paterno edificato: ipſa ĩ pudicitia & ſãctimonia perſeuerans plena uirtutibus quieuit in pace. vii. idus decembris: ut ſcribit Sigibertus.

¶De ſancto Martino abbate. XL.

Martinus abbas apud ciuitatẽ ſantonas uite ſanctitate & mirabilibus ſignis prepollẽs die. vii. iduum decembris ĩ chriſto feliciter obdormiuit:ad cuius tumulum crebrerrime diuinitus miracula multa fiũt: ut dicitur in martylogio adonis.

¶De ſancto Genebaudo epõ. XLI.

✠ Latro eps.

Genebaudus epiſcop⁹ lauduneñ. a ſancto r̃migio epiſcopo remeñ ſub clodoneo rege cõſtitutus ẽ. Qui uxorem habebat neptẽ ſancti remigii quam quideꝫ reliquerat:tamẽ ſecuꝫ cohabitabat: unde ex frequẽti conuerſatione cum ea peccauit: que filiũ concepit & peperit: quem epiſcopus latronem nominandum mandauit: eo ꝙ in latrocinio genit⁹ eſſet. ¶ Verum ne ſuſpitio oriretur adhuc coniugem ad ſe uenire permittebat. Penitẽtiaq; de peccato pacta: iterum eam cognouit: & filiam genuit quam uulpeculam nominauit. In ſe tandem reuerſus pro remigio miſit: qui lauduñ. uenit. Et dũ ſibi epiſcopus põtificatum cum lachrymis reſignaret: ille q; cauſam quereret: eidem ipſe peccatum ſuum ꝯfeſſus eſt. Remigius autem eum in eccleſia. vii. annis incluſit. Interim q; pro eo epiſcopatum gubernauit. ¶Poſt ſeptẽnium nocte dominice cene genebaudo flenti:& quia ipſe qui penitẽtes reconciliare conſueuerat: nec locum inter penitẽtes haberet conquerenti angelus aſtitit.

peccata ſibi dimiſſa nunciauit : & ſut exiens
in craſtinum penitentes reconciliaret ad/
monuit. Cūq; ille ſe exire non poſſe diceret:
eo ꝙ hoſtium clauſum & ſignatum eſſet :
remigiuſq; claues haberet : angelus ſaluo
ſigillo hoſtium reſerauit. Iterumq; illo re/
ſpondente: etiam ſi ipſe chriſtus ſibi manda
ret: tamen egredi nollet: niſi qui eum inclu/
ſerat adeſſet : angelus eadem hora remigio
pene uigilanti & oranti ī crypta beate uirgi
nis remiſſus appuit: rei ſeriem pandit: & ad
genebaudum educendū: ut ueniret dei par/
te mandauit: qui etiā ī momento ſe iuxta cel
lam genebaudi trāſlatum reppit: & iuſſa cō
plens ad locum ſuum eodē īſtāti ſe reductū
inuenit. Sanctꝰ quoq; genebaudꝰ ī ſcītate ui
te pſeuerans in pace qeuit. 7. idus decembr̄
Cui & filiꝰ eiꝰ latro ī epātu ſucceſſit : q etiā
ſanctus fuit.

¶ De ꝯceptione beate marie uirginis. XLII

Conceptio ſcē dei genitricis ma/
rie: non qdem ex generali eccle/
ſie īſtitutiōe: ſed ex ſpeciali quo
rundam deuotione in pluriſq; ec
cleſiis celebrat̄ : quāuis enī bea/
ta uirgo fuerit in utero matris etiam ab ipſa
aīe infuſionis die ſcīficata: fuit tn̄ in peccato
originali ꝯcepta: quod tribꝰ rationibꝰ ꝯpro
batur. Primo quia ſi fuiſſet ſine peccato o/
riginali ꝯcepta: ſequeret̄. ꝙ non fuiſſet filia
ioachim ſed ſolum anne: & ſic quodāmodo
q̄tum ad humanitatem eſſet equalis chriſto
quod eſt abſurdum & erroneum. Conſequē
tia ꝓbat̄ : quia non poteſt eſſe ꝑmixtio ſemi/
num uiri & mulieris ſine pruritu libidinis
& delectationis. Conſtat autem: ꝙ talis pru
ritus & delectatio habet annexum peccatū
originale: ut ꝓbat auguſtinꝰ in libro de pec
cato originali. Et ideo cōceptio chriſti fuit
abſq; tali peccato: quia ibi non fuit ꝑmixtio
alicuius ſeminis uirilis: & per ꝯſequens nec
pruritus libidinis. ¶ Secūdo quia ſi fuiſſet
ſine tali peccato ꝯcepta: ſequeret̄ : ꝙ non fu
iſſet chriſti ſanguine per eius paſſionem re/
dempta: quod eſt falſum & peſſime dictum
Et probatur ꝯſequentia: quia chriſti paſſio
fuit ordinata ad peccatum omne delendum
ſiue originale per baptiſmum: ſiue actuale
per penitentiam : ſed cum in beata uirgine
nullum fuiſſet peccatum actuale abolendū
ſi ſine peccato originali concepta fuiſſet xp̄i
paſſio nihil delendum ī ea reppeiſſet: & ſic
per chriſti paſſionem non fuiſſet redempta.
¶ Tertio qnia ex hoc ſequeretur: ꝙ ſi beata
uirgo ante chriſtū deceſſiſſet: quod fuit poſ
ſibile: ipſa imediate paradiſum ingreſſa eēt:
ſed hoc eſt falſum: ut patet ioānis. 3. Nemo
aſcendit in celum ſcilicet ante chriſtum: ni/
ſi qui deſcendit de celo ⁊c. Conſequentia ꝓ/
batur: qnia ſola originali culpa aditꝰ regni
celorum precludebatur decedentibus ſine
peccato actuali. ¶ Verum ad rationes que
in contrarium a pluribus hereſim ſapienti/
bus allegantur: ſic reſpondetur. Et primo
ubi dicitur: ꝙ chriſtus non uenit ſoluere le/
gem ſed adimplere. Cum igitur ipſe in lege
mandauerit: honora patrem tuum & matrē
tuam ⁊c. credendum eſt ipſum etiam matrē
ſuam in hoc potiſſime honoraſſe: reſpondet̄
ꝙ honorauit eam inquantum fuit conueni/
ens: non tamen tantum: ꝙ ipſe ex hoc exho/
noraret ſeipſum. Nam dicere: ꝙ uirgo ma/
ria eſſet equalis in gratia humanitati chri/
ſti: eſſet ignominia ipſi chriſto. ¶ Secundo
cum dicitur a talibus: ꝙ auguſtinus dicit:
Cum de peccatis agitur mentio: nolo de be
ata uirgine fieri mentionem: intelligendum
eſt de peccato actuali etiam ueniali : a quo
omnino immunis fuit. ¶ Tertio cum oppo/
nitur: ꝙ eccleſia dei permittit fieri ſolenni/
tatem de eiꝰ conceptione: quod idem eſt : ac
ſi iuberet : & etiam in curia romana fit tale
feſtum per papam & cardinales. Reſponde
tur: ꝙ licet iſtud feſtum ſortiatur nomen cō
ceptionis: eſt potius feſtum de eius in utero
ſanctificatione. Sed quia tempus ſanctifica/
tionis eſt ignotum ſub nomine & uocabulo
conceptionis agitur feſtum de tali ſanctifi/
catione. ¶ Huius autem celebrationis feſti
principium fuit beatus anſelmus prior mo/
naſterii becenſis poſtmodum cantuarienſis
archiepiſcopus: propter miraculum quod
eidem apparuit: quod tale fuit. Dum enim
ipſe tunc dicti monaſterii prior: pro quibuſ
dam urgentibus ad partes britānie nauigaſ
ſet: diſpoſitiſq; agendis repatriaret: cōtigit
tempeſtate nimia exorta: & intumeſcente ꝓ/
cella nauem periclitari. Et dum cuncti ī diſ
crimine nimio poſiti: omniq; ſpe humana de
ſerti diuinum adiutorium & beate uirginis
flagitarent: potiſſime autem prior anſelmꝰ:
qui beate dei genitricis fuerat ſingularis de
uotus: ſubito conſpiciunt quendam mirabi
li claritate fulgentem: pontificali habitu de
coratum ſuper undas maris uerſus nauem
ambulando uenire. Qui proximus naui an/
ſelmum uocat: eumq; alloquitur: ut ſi peri/
culum maris euadere cupit: & in patriā ſal/
uus redire: eidem promittat coram deo : ꝙ
feſtum conceptionis matris chriſti: ānis ſin/
gulis ſolenniter celebraret: & celebrādum
quibuſcūq; poterit ſuaderet. Et cum ille de
die feſti & officio fiendo interrogaſſet: reſpō
dit: ꝙ. 6. idꝰ decēbris feſtū illud celebrandū
erat: quo die beata uirgo ꝯcepta fuerat: & ꝙ
idem officiū quo eccleſia utit̄ in eiꝰ natiuita
te: in hoc feſto dicēdum erat mutato ſolum
nomine natiuitatis in nomen conceptionis.

Et cum prior de nomie nũcii iterrõgaſſet:re
ſpõdit ſe eẽ Nicolaũ epm̃ a beata dei genitri
ce pro tali reuelatiõe & eoꝝ liberatiõe trãſ/
miſſum:mox anſelmus iuſſa ꝓmiſit: & uoto
iterpoſito ꝯfirmauit:ſtatiq; ſedata tẽpeſtate
& flãte uento ꝓſpero ad ꝓpria redierũt. Et
ſic ab eodẽ anſelmo priꝰ i monaſterio ſuo:&
deinde i eccleſia cãtuariẽſi :cui p̃fuit dictũ
feſtũ celebrari cepit.Deĩde in pluribꝰ eccle
ſiis huiuſmodi ꝯſuetudo ioleuit. Vt feſtum
ꝯceptiõis beate uirgis.vi. idus decẽbr̃.& in
calendariis aſcribat̃ & ſolẽni officio recola
tur. ¶ Hiſtoria uero cõceptionis beate Ma/
rie i feſto eiuſdẽ natiuitatis ſcribetur.

¶ De ſancto Zenone ep̃o. XLIII.

ZEno ueronẽ. ep̃s & doctor cla/
ruit tp̃e Galieni ipatoris . Qui a
cunabulis ſanctus ex eadẽ ciuita
te oriũdus i iuuenili etate mona/
chus factus:deo ſanctis operibꝰ
ſeruiebat:orans ad dominum : ut ſibi aditũ
predicationis in populis aperiret. Egreſſus
aliqñ dꝰ mõaſterio ad piſcãdũ uidit hoiem i
plauſtro bubꝰ a demõe arreptis p̃cipitãt̃ ꝑ
abarupta ad atheſim fluuiũ uelociſſime fe/
ſtinare:quos ille nullatenꝰ poterat retinere
Sãctus aũt ſigno crucis edito diabolũ a bu/
bus effugauit:& boues retinuit:ululãte de/
mone & ꝯminãte ꝙ ad iiuriã ſancti uiri de
bubꝰ eiectꝰ:ad hoĩes uexãdos trãſiret.Poſt
modicũ tp̃s in ep̃m ueronẽ. electꝰ gregem
dñi uerbo & exemplo paſcebat. ¶ Poſt hec
dũ filia Galiẽi ipatoris ab eodẽ demoĩo eẽt
opp̃ſſa:& demõ per os eiꝰ clamaret:inde nõ
egreſſuꝝ niſi Zeno ep̃s adueniret:miſit ipa
tor nuncios ad ip̃m reqrendũ.Quẽ miſſi ue
ronã uenĩetes piſcãtem i flumine atheſi repi
unt:eũq; ad impatorẽ iuitãt negociũ expo/
nentes.Quos ille ſe p̃cedere iuſſit: & ex eiꝰ
piſcatiõe tres piſces de dolio ſumere ꝯceſſit
Illi uero q̃ttuor abſtulerũt.Et dũ eos ad co
quendum i cacabo ferũetis aque poſuiſſent
tribꝰ piſcibꝰ decoctis: q̃rtꝰ ſubreptꝰ uiuus
in uaſe:ac ſi i flumĩe natabat : donec ipſi re/
deũtes ſancto piſcatori ueniã petũt & furtũ
reſtituũt:quibꝰ ille & piſcẽ ꝯceſſit & culpã
idulſit.Dũ ergo romã ad palatiũ impatoris
aduenĩſſet:& demon ꝑ os puelle clamaret:
ſe ibidẽ ampliꝰ manere nõ poſſe:Zeno a uir
gine imũdũ ſpiritũ eiecit & coronã impato
ris ab eodẽ ſibi pro mercede traditã i cõpa/
rabilis p̃cii paupibꝰ errogauit:atque ab eo
dem q̃uis chriſtianoꝝ pſecutore : licentiam
edificande eccleſie in eiꝰ dioceſi ipetrauit.
¶ Rediẽs igit̃ Zeno uerbũ dñi iſtanter pre
dicabat libros & uoluĩa compilabat:idola
ubiq; deſtruebat:& eccleſias fũdabat:mul/
titudinẽ quoq; populi ad chriſtũ ꝯuertebat
Quẽ & ciues nimia dilectõe reuerebãt.Sic
q; ſignis & uirtutibꝰ clarus : eccleſia ſua fe/
liciter gubernata: i pace migrauit ad domi/
num.6.idus decẽbr̃. ſepultꝰ in monaſterio
ſuo:ubi & multiplicibꝰ ſignoꝝ uirtutibꝰ cla
ret. ¶ Refert.gregꝰ.i.iii.dial.capi.19.ꝙ dũ
fluuius atheſis maxĩa inundatione adeo cre
uiſſet: ꝙ ciuitatẽ ueronẽ. uſq; ad feneſtras
magnoꝝ palatioꝝ occupaſſet : excreſcẽs aq̃
ad eccleſiam beati Zenonis deuenit & aptis
ianuis minime itroiuit:& pauliſꝑ uſq; ad fe/
neſtras eccleſie tecto ꝓximãs ꝑuenit : ſicq;
ſtans aq̃ eccleſie ianuas & feneſtras clauſit:
ac ſi elementũ liqdũ in parietẽ fuiſſet muta
tum.Et cũ multitudo populi utriuſq; ſexus
intra eccleſiã repta fuiſſet:& fame ac ſiti de/
ficere formidarent : nec inde egredi poſſent
ad ianuã eccleſie.uenĩetes aquã ad bibendũ
hauriebãt:que ut aq̃ hauriri poterat:ſed de
fluere ut aqua:nõ ualebat.Orãtibꝰ aũt po/
pulis aqua ad alueũ ſuũ decreſcens reuerſa
eſt: aliqua muri ciuitatis ꝑte ex impetu ma
gno dirupta:& que ꝑ aptam eccleſie ianuã
intrare nõ ualuit:firmiſſima urbis munimẽ
ta diminuit hec gregorius. ¶ Scripſit autẽ
hic uenerãdus antiſtes libros:de patientia:
pudicitia:ſide:ſpe: & charitate.iii.De iuſti/
ciaꝛ tractatũ.i. De tĩore dñi.i.De ſpũ & cor/
pore.i.De eo ꝙ ſcriptũ eſt.Cum tradiderit
regnũ deo & patri tractatũ.i.De edificatiõe
domꝰ dei a ſalomõe expoſitionẽ pulcherri
mã.De ꝯtinẽtia tractatũ.i.De baptiſmo tra/
ctatꝰ.iii. De natiuitate dñi & maieſtate tra/
ctatũ.i.De hoc uerbo attẽde tibi ne forte fi/
at ꝛc.tractatũ.i.De circũciſiõe tractatum.i.
De ieiunio.iiii. tp̃rm.i . Super p̃s.lxxx.tra/
ctatũ.i.De auaritia.iii.Sup genеſi.8.Super
exodo.9.Super iſaia.7.Sup daniele.5. Sup
iob .i.De feſto paſche.8.De iuitatiõe ad fon
tes.5.De ſomnio Iacob ſermonẽ.i.de. 12. ſi/
gnis celi ad neophytos tractatum.i.De fide.
ii. Sup Iona.i.Sup hiſtoria ſuſãne.i.De die
dominico tractatꝰ.ii.De abrahã.ii.De nati/
uitate dñi.ii.Epiſtolã arcadii martyris tp̃re
ſuo apud mauritaniam paſſi.

¶ De ſancto Romarico abbate. XLIIII

ROmaricus abbas ut ait ſigiber/
tus:floruit tp̃re heraclii impato/
ris:& tẽporibꝰ ſigiberti regis au
ſtraſioꝝ & cloderici regis frãco/
rum.Hic magnus in palatio re/
gis theodeberti renũcians ſeculo factus eſt
monachus in monaſterio luxouiẽ.ſub ama
to abbate.Quo hũanis exẽpto eidẽ in abba
tie regimine ſucceſſit uita & miraculis cla/
rus.Exiſtẽs aliquando i oppido uoſagi:uas
quoddã ſicere qdꝰ pridie fuerat multis ex eo
potantibꝰ uacuatũ:.dum ſitiẽtibus fratribꝰ
uinũ defuiſſet:& unde apponeret nõ adeẽt
oratione facta diuinitꝰ repletum apportari

iuſſit:& oibus eadem ſicera ſatiatis:de reli/
quo egri qcunq; bibentes ſanabant. ¶ Dū
aliq̄do ſe balneaſſet: eo de balneo egreſſo
puella leproſa ipſius balnei aqua reſperſa
ꝯfeſtim a lepra mundat. Quieuit i domino
plenꝰ ſanctitate ſexto idꝰ decēbris.

¶ De ſcō eutyciāo pape & martyre. XLV

EVtycianꝰ papa & martyr natiōe
tuſcus de ciuitate luna ex patre
marino: marco pape primo i epi
ſcopatu ſucceſſit: ſeditq; annis.8
menſibꝰ.10.diebꝰ.4. Hic ꝯſtitu/
it: ut fruges noue ſup altare benedicant fa/
be & uue ſolūmodo. Hic ſanctiſſimꝰ papa ꝑ
diuerſa loca.342.martyres manu ſua ſepeli
uit. Et hoc ꝯſtituit: ut nullꝰ fideliū martyrē
ſine colobio aut dalmatica ſepeliret: q ſub
ꝑſecutiōe aureliani imꝑatoris martyrio co/
ronatur:& ſepultus eſt uia apia i cemiterio
calixti.6.idꝰ decembr̄.& ceſſauit epiſcopa/
tus diebus uiginti.

¶ De ſcō eutyciano confeſſore. XLVI

EVtyciāus ꝯfeſſor floruit tpe cō/
ſtātini magni imꝑatoris: de quo
in prīo libro hiſtorie triptite di
citur: ꝙ in bithynia circa montē
olympum morabatur: diuina re
pletus gratia i miraculis oñdendis: cuiꝰ tpe
qdam ſpatariꝰ imꝑatoris ex ſuſpitione tyrā
nidis habita contra eum requiſitus dum fu/
geret circa montem olympum reptus gra/
uibꝰ uinculis aſtrictꝰ eſt. Quem ad preces
parentum ſanctꝰ ꝯfeſſor oratione premiſſa:
primo quidem ianuis carceꝝ ſponte diuini/
tus aptis a uinculis abſoluit: deinde ad im/
peratorem accedens: eiꝰ innocentiā allegans
& ꝯprobans eundē pleniꝰ liberauit: eo ꝙ i/
ꝑator ſanctū i maxīa reuerentia haberet.

¶ De ſancto macario martyre. XLVII

MAcariꝰ martyr gente libycꝰ apd
alexandriam tpe decii martyriū
paſſus eſt: q cum a iudice mul/
tis uerbis ad negandū fidē ſuade
ret:& eo maiori ꝯſtātia xp̄m ꝓfi
teretur: uiuus ad ultimū iubet exuri: ſicq;
martyr efficit.6.idꝰ decembris. hec ado.

¶ De ſcā leocadia uirgine & mar. XLVIII

LEocadia uirgo genere hiſpana
& nobilis ſub daciano ꝑſide i ci/
uitate toletana paſſa eſt tempori
bus diocletiani & maximiani im
peratoꝝ: que dū ſacrificare ido/
lis ꝯtēpſiſſet: a iudice dira carceris cuſtodia
macerat: donec cogitaret q̄liter eam graui/
oribꝰ afficeret penis. Qui cū i emeritana ur
be beatā eulaliā uirginē & multos alios ſer
uos xp̄i diuerſis & excogitatis ſuppliciis in
teremiſſet. Et hec oīa leocadia i carcere po/
ſita audiuiſſet: genibꝰ in terrā poſitis orans
in ꝯfeſſione dn̄i ipollutū xp̄o ſpiritū reddi/
dit.5.idꝰ decēbr̄. ſepulta in eadem ciuitate.

¶ De ſcō ꝓculo epō & ꝯfeſſore. XLIX

PRoculus quartꝰ ep̄s ueroñ. cla/
ruit tpe maximini imꝑatoris: q
dū apud mediolanū degens xp̄i/
anos ꝑſequeret: ꝓculꝰ ꝑſecutio
nem declinās extra menia urbis
ueroñ in ꝑua cellula latitabat: gregē dn̄i ſi/
bi cōmiſſum ſermone ut poterat reficiens &
exemplo. Dum aūt martyres xp̄i firmꝰ & ru
ſticꝰ ab anolino ꝓcōſule ueroñ i carcere tē
ti eſſent: ꝓculus amodo ſenex deſiderio mar
tyrii flagrans ſe ſponte gentilibꝰ obtulit: ac
xp̄m ꝓfeſſus ab eiſdē uinctus ꝓcōſuli ꝑñtat
Quem ille delirū putans & ꝑ nimia iā ſene/
ctute amentia ductū ſolutum abire ꝑmiſit:
q a miniſtris colaphis & fuſtibꝰ ceſus extra
urbis menia pulſus ad ſuos rediit: dolēs ꝙ
eum deus indignum martyrio iudicaſſet. Il
li uero eum uti patrē gratiſſime receperunt
Deinde ꝑſecutione ſedata: loca terre ſcē uiſi
tauit cura eccleſie ꝑ̄ſbyteris ſuis cōmiſſa: re
uerſus aūt dum ueniſſet ungariā: barbam &
comā ꝓlixā minuere decreuit iuxta ſacroꝝ
canonū inſtituta. Et dū eſſet i uia fontē oran
do de terra ꝓduxit: quo i loco plures uiato/
res uiſo miraculo ꝯuerſi ſunt & i ipſo fonte
baptizati. Ipſe aūt ibidē aqua eiuſdē fontis
ꝓfluius barbā totōdit & comam quodaꝫ he
beti ferro & rubiginoſo ſic leniter acſi no/
uacula fuiſſet acuta. Indeq; ueronā rediens
ſignis & uirtutibꝰ clarꝰ q̄euit i pace.5.idus
decembr̄. ſepultus in eccleſia ſua.

¶ De ſcō ſyro epō & ꝯfeſ. L.

SYrꝰ ep̄s diſcipulꝰ bti hermarco/
re aqleieñ epi ab eodē ordinatꝰ
ātiſtes papiā ciuitatē miſſus ē ad
ꝑ̄dicandū iuentio diſcipulo eidē
aſſociato. Qui uenientes ad ciui
tatē ueroñ. dū ſyrꝰ filium cuiuſdam nobiliſ
ſime uidue defunctum ſua oroe a mortuis
excitaſſet: eandē dn̄am cū filio & familia &
magna populi multitudine ad xp̄m ꝯuertit
& baptizauit. Ingredienti uero papiā multi
tudo populi audita ſignoꝝ illiꝰ fama eidem
occurrit:& ut eos errātes iſtitutis ſalutari/
bus iformaret: unanimes acclamabant. Ipſe
uero eiſdē uerbū dn̄i ꝑ̄dicare cepit:& qcun
q; eum tangebāt egroti: ſaluti ſunt itegerri/
me reſtituti: Sicq; cunctum populū ad fidē
xp̄i ꝯuertit & baptizauit. ¶ Sed poſtq̄ ſācti
martyres geruaſiꝰ & ꝓtaſius i ciuitate medi
olaneñ ꝓ xp̄o paſſi ſunt: qdam liberiꝰ xp̄ia/
nus de reliqis eorūdē martyꝝ btō ſyro ami
cabiliter detulit: qs ille deuote ſuſcipiens
multis i eis uirtutibꝰ uſus ē: deinde extra ur
bis menia eccleſiā i honore eorūdē martyꝝ
fabricauit: In q̄ dū ſepiꝰ celebraret: die qdā

Iudeus inter xp̄ianos ad colonem acceſſit ut ſacrā ſumēs euchariſtiā luto deiiceret. Sed mox ut eam ore ſuſcepit clamoribꝰ diris ſe ignē ore accepiſſe dicebat: cruciatuſqꝫ ardē/tiſſimos pati. Corpe aūt dn̄i a beato uiro ex ore ꝓphano reſumpto: qđ miraculoſe fau/ces nulla p̄te tāgebat: ſed quaſi in aere pen/debat. Iudeus a cruciatu eripit̄ & peccatuꝫ ꝯfitēs baptizat̄. ¶ In ipſa etiā eccleſia beatꝰ ſyrus diſcipulos ſuos iuentiū & pōpeiū dia cones: chryſantū & fortunatū p̄ſbyteros or dinauit. Qui uicos & uillas predicādo cir/cuiens uiri cuiuſdā natum ſurdum & mutū ab utraqꝫ paſſione curauit. ¶ Et ueniens ad ciuitatē brixieñ puerulū obſeſſum a diabo/lo liberauit: & apud laudeñ ciuitatē cecum quēdā a natiuitate illuminauit. Sicqꝫ in ipſa urbe multos ad fidē ꝯuertit. Deinde repatri ans ꝑſecutiōe xp̄ianoꝝ exorta: dum pagani circūquaqꝫ miſſi fideles opprimerēt: uenien tes ad urbē papiā xp̄ianos appeter̄ minime auſi ſūt eo ꝙ multitudīem timuerūt. Sed dū blandis ſmonibꝰ ſyꝝ ad ſacrificia deoꝝ mol lire nitunt̄: eiuſdē predicatiōe uerſa uice ad dn̄m ꝯuertunt̄. Sicqꝫ multoꝝ ſignoꝝ gloria coruſcās. lviii. ānis epiſcopatū tenuit: & ple nus ſanctis opibꝰ annoꝝ. iiii. ad xp̄m migra uit. v. idꝰ decēbris. Sepultuſqꝫ ē in eccleſia ſanctoꝝ geruaſii & protaſii quā ipſe cōſtru xerat & dedicauerat.

¶ De ſancto Cypriano abbate. LI.

CYprianus abbas peragoriceñ a pud eādē peragorice ciūtatē uir magnifice ſanctitatis & clariſſi/mꝰ in miraculis. v. idus decēbr̄. in dn̄o feliciter reqeuit: ibidēqꝫ ſepultꝰ eſt: ut dicit̄ in martylogio adonis.

¶ De ſcō melchiade papa & martyre. LII

MElchiades papa natiōe apher eu/ſebio in epiſcopatu ſucceſſit: & ſedit ānis. iii. mēſibꝰ. vi. diebꝰ. is hic cōſtituit nulla ratiōe die dn̄i ca aut q̄nta feria ieiuniū celebrā/dum: qa eos dies pagani quaſi ſacrū ieiuniū celebrabāt. Et manichei ab eodē in urbe in uēti ſunt. Fecit quoqꝫ ordinationē unā mēſe decēbris preſbyteros. vii. diacones. x. ep̄os ꝑ diuerſa loca numero. vii. Qui ꝑſecutione ꝯſtantini impatoris anteq̄ fieret xp̄anꝰ mar/tyrio coronatꝰ: ſepultꝰ ē i cemiterio calixti uia apia. iiii. idus decēbris: & ceſſauit ep̄a/tus dies. xvi. ¶ Hic ad utilitatem fidei plu/res edidit libros aduerſus gētiles. Item con tra iudeos. Itē ꝯtra hereticos cathaphrigas uolumē precipuū: Ad principes etiā roma/nos marcū antoniū & luciū ueꝝ librū apo/logeticum pro xp̄i religione conſcripſit.

¶ De ſanctis carpophoro & abundio mar/tyribus. LIII.

CArpophorus preſbyter & abun/dius diaconus apud hiſpalim ci/uitatē hiſpanie paſſi ſunt ſub dio cletiani & maximiani ꝑſecutione agente preſide martiano. Qui ab eo ꝯprehēſi: primo fuſtibus ceſi ſunt: deīde in carcerē pluribꝰ diebꝰ negato omni cibo & potu recluſi. Inde miraculoſe ꝑ angelum educti ſunt. Et dum xp̄m populis ānuncia/rent: iteꝝ tenti: ora eoꝝ lapidibꝰ contuſa ſūt poſt hec in equuleo leuati ac diutius torti: rurſumqꝫ diu in carcere macerati. Nouiſſi/me in ꝯfeſſione fidei gladio ꝑcuſſi ſunt. iiii. idus decembris.

¶ De ſcā eulalia uirgine & martyre. LIIII.

EVlalia uirgo in ciuitate barcino na ꝓuincie hiſpanie martyriū paſ ſa eſt ſub p̄ſide daciano. Que a ſā cto donato p̄ſbytero docta: & ad martyriū aīata cū eſſet ānoꝝ. xiii a p̄ſide deteta ad ſacrificia deoꝝ ꝯpellit̄. Et cū ſe ſoli deo celi ſacrificare diceret: & xp̄m ſponſum ſibi eē aſſereret: primo nodoſis fu/ſtibꝰ ex arbore cū ſtirpibus raptis expolia ta cedit̄. Dehinc māmillis oleo candēti ꝑfū/dit̄. Inde in maſſam calcis uiue demergitur. Et cū hec oīa ꝯſtantius ſupaſſet: iuſſu dacia/ni olla plūbo liquefacto replet̄: ipſaqꝫ nu da ſup lectū ferreū extēdit̄: ut ſi diis imolar̄ renueret plūbo ꝑfunderet̄. Que dū paſſio/nem thyrſi martyris ꝯmemoraret: & ad xp̄ꝫ orationē fudiſſet: plūbum manus iſūdentiū exurebat: uirgini autē tepidū erat. Quā da/cianus rurſum uirgis duriſſime cedi: & fra/gmētis minutis teſtulaꝝ plagas eius cōfrica ri iuſſit. Et cū ad hec oīa ſupplicia redderet̄ imobilis: & xp̄m pro ſalute hoīs paſſum ap/tis rationibꝰ cōprobaret: deoſqꝫ gētiū cōfu/taret: fecit eā p̄ſes cādelis accēſis i genis exū ri. Deīde ſinapi aceto liquefactū naribꝰ eiꝰ infundi: nec non calcē oleo ꝑmixtā ſup uul/nera ipſiꝰ aſpergi: & ſic in caminum ſuccē/ſum imitti. Vbi dū pſallēdo i medio flāma/rū maneret illeſa. Iuſſit eam dacianꝰ inde e/ductam ad ꝯfuſionē eiꝰ nudatā & decaluatā ꝑ totā ciuitatē circūduci. Deīde extra urbis muros decollari. Cuiꝰ ꝯſtātia multi ad mar tyriū aīati ſunt. Et dū eēt decollata exiit de corpore eius quaſi ſpēs columbe: que ad ce los euolauit. Cuius corpꝰ donatus preſby/ter ſepeliuit. iiii. idus decēbris i eadē ciūtate.

¶ De ſcā Iulia uirgine & martyre. LV.

IVlia uirgo apud ciuitatem ean/dem barcinone martyriū ſub eo/dem p̄ſide paſſa ē. iiii. idus decē/bris. Que fuit ꝯuirginalis beate eulalie & comes īdiuidua: eidē ad paſſionem properanti: propter qđ ab eodē daciāo in ip̄o loco ſine audiētia decollata ē.

& a p̄ſbytero donato ſepulta:ut dicit ado.

¶De ſcō damaſo papa & ꝯfeſ. LVI

DAmaſus papa huiꝰ noīs primꝰna/
tiōe hiſpanꝰ ex p̄re antonio felici
pape ſcđo ī ep̄atu ſucceſſit: & ſe/
dit anniſ.18.menſ.2.diebꝰ.10.Et
cū eodē ordinat̄ ſub ꝯtētione ur
ſinꝰ:& ſcō ꝯcilio ſacerdotū ꝯſtituerūt dama
ſum:qa fortior & pluria populi multitudo
cū eo erat:urſinū uero eiecerūt ab urbe:&
ꝯſtituerunt ep̄m neapoli.Damaſus ī ſynoda
li iudicio dānauit liberiū papā eiꝰ p̄deceſſo
rē hereticū:& oīa facta eiꝰcaſſauit.Huic ſciſ
ſimo uiro beatꝰhieroꝰ multa eccleſie religi
onis ſcripta miſit:& ad eiꝰ īſtantiā ipſe hie/
ronymꝰ officiū ī eccleſia romana celebrādū
excepto cātu ꝯpoſuit:pſalterium p̱ noctur
nos diuiſit:& uerſiculū Gloria p̄ri. poſt p̄s
cātari īſtituit: que oīa papa damaſus appro
bauit:& p̱ eccleſias cātari ꝯſtituit:& ut cho
ri ī duas p̱tes diuiſi pſalmos alternatī canē/
rent mādauit.Precepit etiā:ut p̄ſbr̄ celebra
turꝰ ꝯfeſſionē faciat: priuſq̱ ad altare acce/
dat.¶Hic īuidioſe accuſat̄ de adulterio:&
facta ſynodo coram.44.ep̄is ſe purgauit: &
dānauerunt diacones ꝯcordiū & calixtū eiꝰ
accuſatores.¶Hic elegās ī metro ꝯponēdo
īgeniū habuit.Fecitq; baſilicas duas: unam
iuxta theatꝝ ſcī laurētii:& alterā ī catacum
ba ubi iacuerunt corpa apoſtoloꝝ petri &
pauli:ī quo loco platoniā ipſā uerſibꝰador
nauit.Multaq; corpora ſcōꝝ reqrens īuenit
quoꝝ etiā tūbas uerſibꝰ adornauit.¶Huiꝰ
tēporibꝰ ſcđa ſynodꝰ.cl.patꝝ apud ꝯſtanti
nopoli celebrat̄:ī q̄ macedoniꝰdānat̄:q ſpi
ritūſanctū deū eſſe negabat: & aſſertū ē ſpi/
ritūſanctū eſſe ꝯſubſtantialē p̄ri & filio:da/
taq; eſt forma ſymbolo quā latina ꝯfeſſio p̄
dicat ī eccleſiis.¶Hic fecit ordinatōes qnq;
p̱ menſem decēbriū p̄ſbr̄os.32.diaconos.ii.
ep̄os p̱ diuerſa loca nūero.62. Octogenari
us morit̄.3.idꝰ decēbr̄. & ſepultꝰ ē ī baſili/
ca ſua uia ardeatina iuxta matrē ſuā & ger/
manā:& ceſſauit ep̄atꝰdies.31.¶Multa opu
ſcula breuia heroico carmīe ꝯpoſuiſſe fert̄
Scripſit ad beatum hieronymum libellum
de geſtis pontificum & epiſtolas plures:flo
ruit tempore theodoſii ſenioris.

¶De ſcīs fuſciano & uictorico mar. LVII

FVſcianus & uictoricꝰ martyres
urbis romane ciues oriundi:īde
egreſſi ī frāciā ad ſanctū qntinū
eoꝝ ſociū q illuc acceſſerat re/
qrendū adierunt.uenienteſq; ad
ciuitatem arbianis:& ip̄m inde abiiſſe audi/
entes:inde recedētes ut pariſiꝰ tenderent ob
uiant cuidā xp̄iano noīe gentiano:q eis qn/
tinū p̱ xp̄o paſſum nunciauit: & ad domum
ſuā adduxit:& dū eſſent ī mēſa nuncii rictio
narī p̄ſidis ſupuenientes hoſpites cū gentia/
no capiunt:& ad p̄ſidē adducunt:qbus ille:
dū ī xp̄i ꝯfeſſione pſiſterent:iuſſit ſudes fer/
reas ī nares & aures eoꝝ īmitti:&clauis cā/
dentibꝰ eoꝝ tēpora tranſfigi:oculos quoq;
erui mādauit:deīde ſcōꝝ corpa lanceis trāſ
forari:& dū adhuc palpitarent capita eorū
p̄cidi fecit.Sup quoꝝ corpa luce īgēti de ce
lo pfuſa:erecta buſta capita p̄ciſa ī manibꝰ
ſumpſerūt:& uſq; ad hoſpitium ſcī gentiani
eoꝝ hoſpitis deuenerunt:ubi & ſepulta ſūt
tertio idus decembris.

¶De ſanctis tarſone pontiano & pretexta/
to martyribus. LVIII

TArſon martyr & pōtianꝰ ac p̄te/
xtatus eiꝰ ſocii ſub maximiano ī/
peratore martyriū paſſi ſunt:hic
tarſon ī urbe roma locuplex uir
& facultatibꝰplenꝰ xp̄ianis dāna
tis ad fodiēdā harenā dū therme edificabāt̄
multa neceſſaria miſtrabat:que eiſdē p̱ ſiſin
nium & cyriacū eccleſie romane diacones
tranſmittebat:ut ī paſſiōe marcelli pape le
get̄.17.cal̄.februarii. Qui poſt obitū mar/
celli pape p̄fati tentꝰ a maximiano cū pōtia
no & p̄textato eo ꝙ xp̄iani eſſent capitalem
iuſſi ſunt ſubire ſententiam. Sicq; coronam
martyrii perceperunt tertio idus decembr̄.

¶De ſancto ſauino epiſcopo. LIX

SAuinus ep̄s placentīnꝰ ut ſcribit
gregꝰ.iii.dial̄.cap.x.uir magne
ſcītatis & uirtutis fuit: cui dum
die q̄dā eiꝰ diaconꝰnunciaſſet:ꝙ
padus fluuiꝰ alueū ſuū egreſſus
agros eccleſie occupaſſet: mandauit ſauinꝰ
diacono:ut ex p̱te ſua pado mandaret: q̄te/
nꝰſe ꝯpeſceret:& ad alueū ſuū rediret:quod
diaconꝰ audiēs & deſpexit & irriſit.Ep̄s aūt
aduocato notario eidē dictauit ep̄l'am dicēs
Sauinꝰ ieſu xp̄i ſeruꝰ ꝯmonitoriū pado:p̄ci/
pio tibi ī noīe dn̄i ieſu xp̄i:ut de alueo tuo ī
locis iſtis ulteriꝰ nō exeas:nec terras eccle
ſie ledere p̄ſumas. Quod ſcriptū p̱ notariū
in aquā flumīs ꝓiici iuſſit.Mox ſe a terris ec
cleſie flumīs aq ꝯpeſcuit:ad alueū ꝓpriū re
diit:& exire ulteriꝰ ī loca eadē nō p̄ſumpſit
¶Huic ſcō uiro diuina reuelatione oſ̄ſum
eſt corpus ſcī martyris antonini: quod diu ī
ipſa ciuitate latuerat. Ipſeq; iuxta ſibi datā
reuelationem corpus inuenit: & honorabi/
liter tumulauit: ut habebit̄ debito loco.ii.
cal̄.octobr̄.Qui etiam poſt multa laudabi/
lia opera quieuit ī pace.iii.idꝰ decembr̄.

¶De ſcō paulo ſergio ep̄o. LX

PAulus ſergiꝰ ep̄s diſcipulus ſcī
pauli de ciuitate papho iſule cy
pri:ut habet̄ actuū.xiii.Dū pau
lus apoſtolꝰ p̄ueniſſet paphū cū
coapoſtolo eiꝰ barnaba p̄dicātes

& ipſe exiſtens proconſul deſideraret audiř
uerbũ dei: apoſtolos gratãter ſuſcepit: ubi
dum ellimas iudeus magus apoſtolo reſiſte
ret querẽs auertere ꝓcõſulẽ a fide: & paulꝰ
ipm ad tẽpus lumine oculoꝝ priuaſſet. cre
didit ꝓconſul admirãs ſup doctrina domini
Qui ab apoſtolo baptizatꝰ poſt aliqd tẽpus
relicto ſcło diſcipulꝰ pauli effectꝰ ipm uſq;
ad paſſionẽ ſecutus ẽ. Quẽ & idẽ apoſtolus
ante eiꝰ obitũ i epm ꝯſecrauit. ¶ Poſt paſſio
nem ergo ſuã beatus paulus apud paphũ ei
dem per uiſionẽ mandauit: ut ad ptes hiſpa
nie & gallie ꝑgeret predicãdas. Quod & ipe
fideliter adimplere curauit. Et poſt aliquot
dies ueniẽs romã cum rufo & ſtephano dia
conibus ſuis: eccleſiam beati pauli apoſtoli
ꝯſecrauit. Deinde ꝑgens ad ciuitatẽ lune fili
um cecũ mulieris uidue: que ipſuꝫ hoſpitio
ſuſcepat illuminauit: eãq; cũ filio & multis
ad xpm conuertit. Qui a ſapritio ꝓconſule
captus: dũ ille ſubito moriť: paulꝰ a popu
lo liberať: Deinde ueiens galliã ebredimeñ
& auriſieñ urbibꝰ xpm euãgelizauit. Et a
beato apoſtolo paulo monitꝰ ueniẽs narbo
nam duarelateñ urbi appropiquaret: & ro
dani flumẽ trãſiret: nauta i flumẽ cecidit: &
abſorto corpore necatus eſt. Sed orante ſcõ
corpus de ꝓfundo enatauit: & ipſum paulꝰ
ſ̄gius ſuſcitauit. Quo uiſo miraculo multi
ad fidẽ conuerſi ſunt: ueniẽſq; narbonã filiũ
oli principis ciuitatis nup defuncti a demo
nio obſeſſum: ꝓcibus matris uidue ab imun
do ſpũ liberauit: eũdẽq; cũ matre & populi
multitudine baptizauit. Indeq; hiſpaniã cir
cuiẽs predicauit. Et rediẽs narbõnã: poſtq̃
totam ciuitatẽ & regionẽ ad xpm ꝯuerterat
trina uiſione beati pauli apoſtoli monitꝰ: o
bitũ ſuum appropinquare cognoſcẽs eccle
ſiam narboneñ ſtephano diacono ſuo i epm
ꝯſecrato ꝯmiſit regẽdã. Rufumq; preſbyte
rum in auinioñ epm ordinauit. Et oibꝰ fide
liter diſpõitis: orãs in eccleſia ſua i pace qe
uit. ii. idꝰ decẽbris: ubi & ſepultus iacet mi
raculis clarus.

¶ De ſcis euſtratio & ſociis martyribꝰ. LXI

EVſtratius ſtriniariꝰ ordinis duca
lis & primariꝰ ciuitatis aurarice
noꝝ tẽporibꝰ diocletiani & maxi
miani ĩpatorũ cũ ſociis ſuis mar
tyriũ paſſus ẽ. Qui primo i ciui
tate ſatalia a lyſia ꝓſide tẽtꝰ: eo ꝙ eẽt xpianꝰ
& cingulo militari exutus: dũ xpm cõfitere
tur a terra leuatꝰ igne ſubterpoſito: ſemiu
ſtus depoſitꝰ grauiter ceſus ẽ. Deide ſale &
aceto mixtis uulneribus ꝑfuſus. Dũ hec oĩa
patientiſſime tolleraſſet: oĩa eiꝰ uulnera tãq̃
ſquãme ab eiꝰ corpe diuiť exciderũt. Quo
uiſo miraculo ✠ Eugeniꝰ ꝯciuis & officia
lis ꝯuerſus ẽ. Tũc ãbos ferro uinctos lyſias
carcerauit: deĩde i pedibꝰ amboꝝ ipoſita cre
pidine cũ clauis: & pedibꝰ eoꝝ trãſfoſſis de
duxit eos ſecũ ad ciuitatẽ auraris: quorum
exẽplo ✠ Auxẽtius ✠ & mardarius q uxo
rem & liberos dimiſ̄at ad iudicẽ accedẽtes
xpm publice nũciabãt: lyſias igiť ambobus
ipſis ꝯprehẽſis: primo quidẽ auxẽtiũ decol
lauit: deinde mardariũ imiſſis funibus p pe
des ipſius trãſforatos: a terra ſuſpẽſum: &
baculis ferreis ignitis ceſum ĩteremit. Inte
rea dũ ✠ oreſtes qdã xpianꝰ occultꝰ & mi
les cũ ceteris ꝯmilitiõibꝰ iacularet: & crux
quã ad collũ appẽſam geſtabat i publicũ ꝓ
ſiliſſet: & hoc ꝓſidi nũciatũ eẽt: eũ cũ multis
aliis xpianis: quos i eadẽ reppit ciuitate tene
ri fecit. Et dũ ſeditionẽ populi formidaret:
ipſos oẽs cum euſtratio ad agricolaũ ꝓſidẽ
ciuitatis ſebaſteñ puniẽdos tranſmiſit. Qui
primo qdem oreſtẽ ſup lectũ ferreũ ignitũ
& flãmis ſuppoſitis extendi fecit. Quo poſt
longos cruciatꝰ migrãte ad dñm: euſtratiũ
carceri mancipauit. Ad quẽ eps ciuitatis oc
culte noctu ueniẽs ipm cõicauit: ubi & poſt
modũ uoce celica ꝯfortať. Quẽ mane pre
ſes eductũ igne conſumi fecit: reliquos xpia
nos decollauit. Quoꝝ oium corpora i ciui
tate auraricenoꝝ a xpianis ſepulta ſunt. Ho
rum oium paſſio recoliť. ii. idus decẽbris.

¶ De ſanctis Epimacho & Alexandro mar
tyribus. LXII.

EPimachꝰ & alexander martyres
apud alexandriã paſſi ſunt. Qui
cũ multo tpe in uinculis extitiſ
ſent: & diuerſis ꝯfecti ſuppliciis
ꝑduraſſent i fide: ignibꝰ tandem
cõſumi iubenť. ii. idus decẽbris: hec ado in
ſanctoꝝ martylogio.

¶ De ſanctis Amonaria & Mercuria & ſo
ciabus martyribus LXIII.

QVattuor ſancte mulieres. ſ. amo
naria: mercuria: dionyſia & alia
amonaria apud alexandriã paſſe
ſunt ut ſcribit dionyſiꝰ libro de
martyribus. Quaꝝ primã iudex
inmẽſis cruciatibꝰ afflictã capite puniri fecit
Secundã uero uenerabilẽ anũ & facundiſſi
mã uirginẽ. ſ. mercuriam ꝓfatus iudex: nec
non reliquas duas uidelicet dionyſiam & a
monariã diuerſis ſimiliter pẽis cruciatas tã
dẽ ferro pemit. Haꝝ paſſio. ii. idꝰ decẽbris.

¶ De ſcã lucia uirgine & martyre. LXIIII.

torem cunctoꝝ. Inde tranſgrediens inter be
thel & ai aliud edificauit altare: &ultra pro
grediens habitauit in damaſco. Annus uero
ſubſequẽs q eſt. lxxvi. etatis abrahã. Primꝰ
annus ẽ repromiſſiõis dei facte ad eũ: a quo
uſq; ad egreſſum filioꝝ iſrael de egypto ſup
putantur anni. 430. poſt quos apoſtolus ad
gala. iii. dicit factam fuiſſe legem. ¶ Verum
ꝓpter famẽ que facta eſt: deſcendit abrahã
in egyptum: timẽſq; libidinem egyptioꝝ: ne
eum ꝓpter uxoris pulchritudinẽ occiderẽt:
dixit eam ſororem ſuã eſſe: ſicut & erat re ue
ra quia filia fratris. Et quia laudata eſt pul-
chritudo eius apud regem egypti: in domũ
eius ſublata ẽ. Sed deꝰ regis deſideriũ ĩpedi
uit: ne tãgeret eã ĩ egritudiẽ & tumultu cau
ſaꝝ: ut dicit ioſephꝰ. Cũq; ꝓ ſalute regis ſa-
crificarẽt ſacerdotes: per iram dei hoc acci
diſſe ſignificauerũt: eo ꝙ uxori peregrini in
iuriã inferre uoluiſſet. Sicq; rex egypti uxo
rem ſuam intactã abrahe reſtituit: & de cõ-
miſſo ueniam poſtulauit. ¶ Sane abrahã eo
tẽpore arithmeticã & aſtrologiam egyptiis
primus tradidit: a quibus poſtmodũ perue-
nerunt ad grecos. Reuerſus aũt abraham ex
egypto habitauit in loco: ubi fixerat taber-
naculum inter bethel & ai. Et cũ eſſet diues
ualde in auro & argento familia & iumentis
& paſtores eius cũ paſtoribus loth ꝓ paſcu
is rixarent: diuiſus eſt a loth nepote ſuo: &
dedit ei optionẽ eundi quo uellet. Loth ele-
git regionẽ circa iordanẽ fertilẽ & amenam:
& moratus eſt in oppidis ſodomorũ. Abra-
ham uero deſcendit ad conuallem mambre
iuxta hebron: & habitans ibi iuxta quercũ
uel terebinthum edificauit altare dño. Mã-
bre uero eſchol & anel fratres erant: & fede
rati ſũt abrahe: a quorum primogenito ual
lis cognominabatur. Ibi ꝓmiſit deus abra-
he omnẽ circũſtantem terram per quattuor
ꝑtes dare ſibi & ſemini eius. ¶ Poſt hec cho
dorlaomor rex helamitaꝝ cum aliis tribus
regibus quinq; reges ſodomorũ uicit ĩ bel-
lo: & tulit omnem ſubſtantiam eoꝝ: cũ loth
& omni ſubſtãtia eius. Quo audito abrahã
cum. cccxviii. uernaculis ſuis & tribus pre-
dictis fratribus mambre: eſchol: & anel ꝑſe
cutus eſt eos uſq; ad dan: & plurimis truci-
datis uictoriam obtinuit: & loth nepotẽ mu
lieres & populũ omnẽq; ſubſtantiam redu-
xit. Cui melchiſedech rex ſalem & ſacerdos
occurrit: & ſacrificium panis & uini primus
obtulit: cuiq; abraham decimas perſoluit:
ut infra de melchiſedech dicetur. Ab hac ui
ctoria pro remiſſione captiuorum dicunt q
dam initium habuiſſe iubileum: quod remiſ
ſio interpretatur. Et inſtitutus eſt anno qn-
quageſimo: quia tunc erat loth quinqginta
annorum. ¶ Poſt que abraham per inflãma
tionem ſacrificii diuinitus illapſam: accepit
ſignum de promiſſione ſobolis in ſtellarum
numerum multiplicande. Quod quia uti na
turaliter ĩpoſſibile deo credidit: de fide me-
rito commendatur. Tuncq; primum ſuſce-
pit filium ex agar ancilla cui nomen iſma-
hel: a quo iſmahelitarũ gens: qui & agareni
ab agar dicti ſunt: qui & poſtmodum uti ſa
re filii ſaracenoꝝ falſum nomẽ uſurpauerũt

¶ Deide abraham qui primo dicebatᷓ abrã a deo uocatus eſt abrahã: uxorq; ipſius que ſarai dicebatᷓ a deo ſara uocata fuit. Preceptũq; accepit diuinitus abraham ut ſe cum ſua ſobole circũcideret: ut inter cunctas nationes tali ſignaculo corpis electoꝝ uirorũ ſoboles noſcerentᷓ. Et cũ eſſet ãnoꝝ. 99. circũcidit ſe & iſmahelẽ filiũ ſuum annoꝝ. xiii ac omnẽ familiã ſuã ſexus maſculini. ¶ Iterum quoq; dñs abrahe: per ſubiectã angelicã creaturã appuit: filiũq; de ſara repromiſit: eãq; heſitantem redarguit: & abrahe ſodomoꝝ iteritum nunciauit. Tunc ſanctꝰ patriarcha beate trinitatis priꝰ myſterium itellexit. Cum tres uiros uidit & unũ adorauit: quos & hoſpitio ſuſceptos fertili ꝯuiuio refecit: ubi trinitatis expreſſe myſterium põitur. Cum abrahã nunc ad unũ nunc ad tres loquitᷓ. Ipſeq; deus in tribus appentibus angelis: nunc ſingulariter nunc pluraliter uiꝝ ſanctum affatᷓ. Abraham poſt hec pegrinatus in geraris ſarã uxorẽ ut fecerat ĩ egypto ſororem eſſe dixit: & ſimile necis periculuꝫ ſimili modo per dei ꝓuidentiã euaſit. Cum uero eſſet annoꝝ. c. corpuſq; iaꝫ hẽret mortuum naturaliter ad generandum: ſara uero ſterilis & nonagẽaria eẽt. iuxta repromiſſionem dei ad eos factam natus eſt iſaac: qui & octauo die iuxta diuinũ mandatũ circũciſus eſt: anno ab inſtitutione circũciſionis ꝑo: ab ortu uero iſmahelis. 14. Ablactato uero iſaac: & aliquantulum excreſcente dũ cũ iſmahele luderet & eum ille uti maior in ludo leſiſſet: cum etiam ut dicunt hebrei iſmahel aliqua idola de terra finxiſſet: & iſaac ad ea colenda inducere uellet ad inſtantiã ſare: abraham iſmahelẽ cũ matre ſimul eiecit: ſed dñs iſmahelẽ cuſtodiẽs. xii. duces tribuum ſuaꝝ ex eo multiplicãdos procreauit. ¶ Dei de abimelech rex geraris timẽs abraham ditatum & multiplicatũ: cum fichol principe exercitus ſui ad eũ uenit & cum illo ad puteum fedus iniit: ubi & abrahã nemꝰ plãtauit. ¶ Cũ autem abrahã adhuc habitaret in berſabe & iſaac eſſet annoꝝ. xxv. uel ut quidam aſſerunt. 40. dñs fidem & obedientiã ſci patriarche tẽtare uolens: non quia neſciret: ſed ut nobis exemplũ inoteſceret: precepit eidẽ imolare filiũ ſuum iſaac in monte moria: in quo poſtea templũ dñi a ſalomõe edificatũ eſt. Quod quidẽ ille creatori ſuo amplius q̃ ſuo affectui cupiẽs deſuire adimplere curauit. Et dũ cum aſſumptis duobꝰ pueris & filio ſine uictima pgeret: & dimiſſis famulis natus parentẽ ubi eſſet uictia quereret: adhuc abraham eidem diuinũ mãdatũ noluit reuelare: dicẽs ꝙ deus ſibi de uictia ꝓuideret. Cum aũt ad montẽ peniſſent: refert ioſephꝰ uerba patris ad filiũ dicentis: quia ſicut ex uoluntate dei igreſſus fuerat mundũ mirabiliter: ſic dei uoluntate neceſſe erat ei egredi inuſitanter: quẽ dñs quidẽ iudicaſſet non egritudine non bello nõ aliqua paſſione humana uitã finire: ſed cũ orationibus & ſacrificiis aĩam ipſius ad ſe reuocare: & ꝙ non dubitaret quia infallibiliter deus eũ ſuſcitaret: ob ꝓmiſſiones iplendas. Et ſic iſaac imolandus libẽs acceſſit ad arã. Sed nunq̃ credẽtibus dura diuinitas permãſit. Nam & deus angelica uoce ſuſpẽdit abrahã a filii nece oſtendens ei quẽ imolaret pro filio arietẽ: ut abſq; pietatis diſpendio tantũ ſacrificiũ cõſumaretur: In hoc mortẽ xpi pfigurans: ut ſicuti reſeruato iſaac aries imolatur: ſic diuinitate in xpo ſuata humanitas in cruce patitur. Ex hoc forte quidã codices autumant ſacrificium abrahe eodẽ anni die cũ xpi paſſione ꝯcurriſſe ſcilicet. viii. cal. aprilis: quo etiam die tradũt melchiſedech primũ ſacerdotem & regẽ: panis & uini deo primitꝰ myſterium obtuliſſe. ¶ Reuerſo aũt abraham ad ꝯualleꝫ mãbre: mortuaq; ſara eiꝰ uxore: miſit ſuũ ſuũ eliezer ad meſopotamiã ſyrie ad nepotẽ ſuum bathuelẽ filiũ nachor: adiurans eum ut filiã nepotis ſui de cognatione ſua filio ſuo uxorem aſſumeret. Qui recto gradu pueniẽs ad domũ bathuelis: cũ eſſet adhuc in agro & expectaret diuinitus iſpiratus uxorem iſaac predeſtinatã rebeccha bathuelis filii nachor filiã nunq̃ ſibi uiſam cognouit. Cogitans ut quecũq; puella ad hauriendam aquã pgens ſibi potum peteti quin etiam camelis aquã preberet: ipſa futura iſaac ꝯiũx eſſet. Que oĩa cum in rebeccha cõtigiſſent: ſeruuſq; cũcta patri narraſſet: dedit ei pater puellã in uxorẽ iſaac deſpõſandam. Quam ſecum adductam: iſaac deſponſauit cum eſſet annoꝝ. 40. uel ſecũdum quoſdã. 50. & in tantum eam dilexit: ut dolorẽ qui ſibi ex matris morte acciderat temperaret. ¶ Abraham uero aliã duxit uxorem nomine cethuram quam quidam dicunt agar ancillã eius fuiſſe: & ex ea plures genuit filios quibus & munera dedit & eos ab iſaac ſepauit. Illi uero ut heredi omnem poſſeſſionem ſuam tribuit. Et poſtq̃ genuerat iſaac ſuper uixit annis. 75. uidelicet uſq; ad. xv. annum natiuitatis iacob & eſau. Sicq; cum eſſet annorum. 175. in ſenectute bona mortuus eſt. Et ſepultus eſt in ſpelunca duplici quam emit ab effron in ſepulturam generis ſui: ubi & ſara eiꝰ uxor ab eo fuerat tumulata. Dies autem dormitionis abrahe ſecundum hieronymum fuit. vii. idus octobris: hec ex libro geneſis a. c. xii. uſq; ad. xxv. incluſiue: & ex dictis ioſephi hieronymi & hiſtorie ſcholaſtice: atq; ex chronicis guilelmi.

¶ De ſancta ſara matre. LXXXIX.

SArai quã ꝓpter eius incredulitaté detracta una lr̃a eiꝰ nomini & addita nomini abrahe deꝰ ſarã noiauit: filia fuit aram fr̃is abrahe: & ipſius abrahe ꝯſobrina. i. neptis ex fratre. Nam eo tp̃e ad augendum & multiplicandũ genꝰ humanũ cuiuſcunqꝫ gradꝰ ꝑter ſororem ꝯiugem accipe licebat. Hec cũ ſterelis eſſet: agar egyptiã ancillam ſuam abrahe dedit uxorem: ex q̃ ſuſcepit filiũ iſmahelé. Deinde ꝓmiſſiõe ſibi a deo fcã cũ eſſet annoꝝ. 90. ex abrahã centenario filium ꝯcepit: & pepit: quẽ uocauit iſaac. Et cũ aliquantulũ creuiſſet puer: & cũ iſmahele luderet: ꝑpendit ſara: ꝙ iſmahel de luto idola finxerat: & iſaac ad ea coléda ꝓuocabat: uñ & uiro inſtitit: ut ancillã cũ filio a ſe eiiceret: ne filius innocẽs iſmahelis malitia fedaret̃. Supuixit autem ſara nato iſaac ãnis 37. Et cũ eſſet ãnoꝝ. 127. mortua eſt: & a uiro ſepulta in hebron ĩ ſpelũca duplici: quã abraham emit imperpetuam ſui & ſuoꝝ poſſeſſionem ſepulchri. hec unde ſupra.

❡De ſcõ melchiſedech rege. XC

MElchiſedech rex ſalẽ: que poſtea dicta eſt hieruſalẽ: cui apoſtolus paulus ad hebreos. 7. ſcitatis teſtimoniũ ꝑhibet: in pleriſqꝫ ſacre ſcripture locis ſanctiſſimꝰ noiat̃. Cuius tñ genealogia ſ̃m apoſtolũ ſubticet̃ xp̃m in hoc ꝑfigurãs: q ſ̃m humanitatẽ p̃re caruit: & cuiꝰ ſ̃m diuinitatẽ generatio narrari neqt. Hunc tñ hebrei autumant ſem filiũ noe fuiſſe: & uſqꝫ ad iſaac tẽpora uixiſſe: & oẽs primogenitos a noe uſqꝫ ad aaron ſacerdotes extitiſſe: q in cõuiuiis & oblationibus populo benedicebant: & primogenita recipiebãt. Siue aũt melchiſedech idem q & ſem fuerit: ſiue alter extiterit: hoc ex diuina pagina exp̃ſſũ habemus: ꝙ rex & ſacerdos fuit q & primũ & aliis inuſitatũ ſacrificiũ deo in pane & uino obtulit: cui etiã abrahã uti uero dei oipotẽtis ſacerdoti decimas exoluit. In qbus oibus xp̃m exp̃ſſiꝰ deſignauit: qui & rex iudeoꝝ & hieruſalẽ ex regis dauid carne ꝓgenitus fuit: quẽ & magi ab oriente uenientes: ut regem iudeoꝝ adorãt: & pilatus impii romani uicariꝰ in titulo cruci ſuppoſito regẽ iudeoꝝ affirmat. Hic etiã ſacerdos uerꝰ extitit ſacrificiũ ſui corporis & ſanguis imaculatũ ſub ſpẽbus panis & uini deo offerens: oblationẽqꝫ melchiſedech ꝑfiguratam adimplẽs. De quo pater eiꝰ ſ̃m carnẽ dauid ꝓphetauerat dicens. Tu es ſacerdos ieternũ ſ̃m ordinẽ melchiſedech. Ablato eni ſacerdotio aaron qđ fuit ad tp̃s: ſacerdotiũ melchiſedech in xp̃o innouatũ eternaliter cõfirmatur. Cui etiã uti uero & legitimo ſacerdoti ois laicoꝝ decimatio ꝑſoluenda debet̃: & ꝑ ꝯſequens eiꝰ uicariis in eccleſie regimĩe ſubſtitutis: q & eius idem ſacrificiũ adminiſtrant. Quõ aũt melchiſedech: aut q̃ morte: uel ubi: ſeu quo tp̃e uita exceſſerit: ignorat̃ imo ꝙ aliqñ mortuus ſit oĩno ſilẽtio preterit̃. In hoc etiã xp̄i ſacerdotis typũ repñtãs qui & ſi in carne aliqñ paſſus fuit: imortalis tamen ex reſurrectione factꝰ nunq̃ de cetero moriturꝰ ab eccleſia predicatur.

❡De ſancto loth. XCI

LOth filiꝰ aram fr̃is abrahe naturalis: abrahe uero filiꝰ adoptiuꝰ fuit: cuius ſarai ſororẽ idẽ abraham in ꝯiugiũ accepit. Hic cũ adoptiuo patre & naturali patruo de aram in terrã chanaã ꝓgreſſus ẽ & poſt modũ ab eo diuiſus habitauit in oppidis ſodomoꝝ: ut dictũ eſt ſupra. Hic etiã cũ ipſis regibꝰ achodorlaomor helamitaꝝ rege captus ab abrahã redemptus eſt. Cũ autẽ dñs ꝓpter uitiũ abominabile ſodomiticũ qnqꝫ ciuitates ſodomoꝝ. i. ſodomã: gomorrã: adama: ſeboim: & ſegor ſubuertere decreuiſſet: que in ꝯfinio arabie & paleſtine poſite erãt. Loth abrahe nepotẽ ꝓpter eiꝰ iuſtitiam & abrahe p̃ces ſaluare diſpoſuit. ❡ Venienteſqꝫ duo ãgeli ſodomã ueſpe miſſi a deo ad eius ſententiã exequẽdã: apud loth hoſpitati ſunt. Quos ſodomite iuuenes putantes: & eis abuti uolẽtes: ad domũ loth inſultũ fecerunt: ut uiros ad ſe educeret. Quos ille defenſare ſtudens: duas filias ſuas uirgines deſponſatas qdem ſed nõdũ uiris cognitas eis illudendas tradere uoluit. Quod illi renuẽtes: & ut iuuenes ſibi daret inſtantes: ab eiſdem angelis cecitate ꝑcuſſi ſunt: ita ut ianuas uidere non poſſent. Tunc angeli emiſerũt loth de ciuitate cũ duabꝰ filiabus & uxore: duobꝰ generis ſuis exire nolẽtibus: & ꝓpter loth pepcit dñs ciuitati ſegor: ne cum aliis ſubuerteret̃: ad quã loth declinare ꝓpoſuit forte qa minor erat aliis quattuor ſubuertẽdis: uel minus peccauerat. Admonueruntqꝫ angeli loth: ne qs eoꝝ poſt tergũ reſpiceret ❡Cũ aũt ſol ortus fuiſſet: & loth ĩ ſegor ĩtroiſſet: ſubuertit deꝰ q̃ttuor ciṫates reliq̃s ſodomoꝝ cũ puulis & mulieribꝰ & pecudibus & oibꝰ hoibꝰ exiſtẽtibꝰ ĩ eis: que ſulphure & igne celico cõbuſte ſunt: & in fauillam redacte. Reſpicienſqꝫ uxor loth poſt ſe: uerſa eſt ĩ ſtatuã ſalis. Cum aũt nec etiã ĩ ſegor loth ſe tutum reputaret: aſcendit & habitauit in mõte: ubi duabꝰ noctibus a duabꝰ filiabus ſucceſſiue inebriatus cũ eis concubuit: & utraqꝫ ipſaꝝ ex eo filiũ genuit. Maior filium ſuũ uocauit moab: ipſe eſt pater moabitaꝝ: minor uero ſuũ natũ appellauit amon: ipſe eſt pater amonitaꝝ. Nec peccauit loth cũ filiabꝰ coeũdo: qa ipſas nõ cognoſcebat:

quãuis peccaſſet ſe inebriãdo : uel forte nec
etiam in ebrietate deliq̃t:quia uirtutem uini
noue regiõis nõ cognouit:ſicut nec noe quã
do inebriatus ẽ.Forte etiã filie minus pecca
uerunt: que nõ ꝯcupiſcẽtia ducte:ſed ut ſal
uarent ſemẽ de patre ꝯcũbendi ſecũ modum
inuenerunt:putantes oẽs homines mundi ſi
cut & ſodomitas incendio piſſe & ſicut alias
diluuio audierant eſſe factum.Potiſſime q̃a
ſ̃m diluuium ignis extitiſſe putabant:q̃d fu
turum intellexerãt prophetatũ.Si autẽ loth
peccauit credẽdũ eſt ipſum penitẽtiã egiſſe
Alioquin in ſcõꝝ collegio non poneretur.
Quod autẽ ſcũs nominandus ſit:non ſolum
ex teſtimonio petri apoſtoli in ſ̃a epiſtola.
c.2.ꝓbatur :ſed etiã ex geñ. teſtimõio ubi
ſolus ipſe iuſtus inter cũctos unius ciuitatiſ
peccatores homines nominat̃. Quis autem
aut q̃n uite ſue finis fuerit:ulterius nõ legit̃
hec unde ſupra.

¶De ſcõ iſaac patriarcha. LXXXXII.

ISaac patriarcha abrahe filiꝰ q̃a
in ſcõꝝ patrũ catalogo ꝯſcribit̃
eccleſiaſtici. xliiii.p̃ ꝑ̃promiſſio
nẽ ãno.c. patris natꝰ octauo die
circũciſus:a deo in tantũ dilectꝰ
fuit : ut tentans patrẽ de eodẽ ſibi exhiberi
holocauſtum mandaſſet:& eius obediẽtia ꝓ
palata ꝑ ipſo arietẽ ꝯmutaſſet:& eũ a mor
te reſeruaſſet:que oĩa in abrahe legenda ſu
perius dicta ſunt.Cum ergo iſaac eſſet anno
rum.xl.& rebeccham bathuelis filiã duxiſ
ſet uxorẽ ut iam pretactũ eſt:in geraris pe
regrinatus ẽ & ibidẽ in opibus multiplica
tus:ubi & fedus cum abimelech iuramento
firmauit:& dominũ ſibi pollicentem que &
patri ſuo promiſerat audiuit.¶ Cum ergo
rebeccha uxor eius.xx.fere annis ſterilis ex
titiſſet: orante pro ea uiro ſuo:ut impleret̃
promiſſio:tandem duos geminos cõcepit.
Quoꝝ mutua colliſione adiuicem afflictio
nem in utero ſubſtinuit. Conſultoq; dño &
accepto de duobꝰ populis ex eis naſcituris
diuino oraculo:geminã prolem edidit anno
iſaac .lx. Primo egreſſus rufus & hiſpidus
dictus ẽ Eſau:qui & edom:a quo gens idu
meoꝝ.Secũdo natus dictus eſt Iacob : quia
plantam fr̃is manu tenebat:qui poſtea iſrael
nominatus eſt:a quo iſraelite : qui nunc iu
dei deſcenderunt . Cum ergo adoleuiſſent
eſau factus eſt uenator & iacob agricola &
paſtor in tabernaculis habitabat.Pater dili
gebat eſau q̃a primogenitus:& q̃a de uena
tionibus eiꝰ ueſcebat̃ libẽter . Mater uero
diligebat iacob pro eius ſimplicitate ac etiã
diuina inſpiratione.Cum aũt iacob lenticu
lam coxiſſet: & eſau laſſus de agro rediret:
& de pulmẽto fr̃is peteret:illeq; ſibi dare re
cuſaret:uendidit ſibi eſau primogenita ſua:
ea paruipẽdens:& ſe morituꝝ putans niſi in
inſtanti comederet:deditq; ſibi primogenita
ꝑ edulio lentis: & iurauit talẽ uenditionem
ſe ratũ habituꝝ.Et quia lenticula ſulua erat
& hebraice edom fuluũ dicitur : extũc eſau
uocatus eſt edom. Erant autem primogẽita
dignitates quas habuerunt primogeniti icõ
gnatiõibꝰ ſuis uſq; ad aarõ:uidelicet ueſtes
ſpeciales quibus induebant̃ tantũ in ſacrifi
ciis offerendis:& receptio finalis benedictõ
nis a patre. Ipſe uero in ſolẽnitatibꝰ & con
iugiis benedicebat minoribus: & in his du
plam ciboꝝ benedictionẽ percipiebat:Simi
liter & in diuiſione hereditatis. Nec pecca
uit iacob fr̃em eſurientẽ non reficiẽdo gra
tis ſ̃m gregorium:quia laborabat ille uitio
gule:non nature neceſſitate.¶Cum autẽ ſe
nuiſſet iſaac & uidere non poſſet mandauit
eſau primogenito ſuo de uenatiõe ſibi cibos
pari ãteq̃ moreretur:ut ſibi benedicere poſ
ſet.Quo ad uenandũ egreſſo iuſſit rebeccha
iacob filio ſuo:ut ſibi afferet duos hedos o
ptimos:ex quibus eſcas gratas faceret patri
ſuo:ut ſibi pro eſau benedictionẽ daret. Et
cum ille ex hoc ſe deprehendendũ dubita
ret:& fortaſſe maledictionẽ pro benedictio
ne recepturum:proteſtata eſt mater ꝙ talis
maledictio in ſuum caput uerteretur: dum
modo iuſſa per filium ꝯplerent̃. Quod cuꝫ
iacob perfeciſſet:patis cibis iduit iacob ue
ſtibus eſau ualde bonis : quibus ut dictũ ẽ
primogeniti utebãtur.Pelliculaſq; hedorũ
manibus & collo circundedit: ut ſimilitudi
nem fr̃is qui piloſus erat exprimerẽt:iacob
ergo cibis acceptis: & patri iſaac allatis cũ
ipſuꝫ minime cognouiſſet de cibis comedit:
& palpato illo putãs eſau: iacob poſtmodũ
benedixit. Egreſſo igitur iacob uenit eſau :
& cibos patri intulit ac beneditionẽ petiit.
Quo audito expauit iſaac uehemẽti ſtupo
re:& in hac extaſi uidit i ſpiritu ut ait come
ſtor a dño hoc factum eſſe: & ſignificationẽ
pie fraudis intellexit:& ideo non iraſcẽs q̃d
fecerat confirmauit. In hoc autẽ facto ut ait
gregoriꝰ:non peccauit iacob nec ꝑ fraudem
benedictionẽ primogeniture ſurripuit: ſed
ſibi debitam accepit : quam alias pro lentis
edulio a fr̃e ꝯpauit. Nec falſo dixit pr̃i ſe eẽ
eſau :q̃a erat ipſe non perſona ſed primoge
niture dignitate ſicut ioannes helias non na
tura ſed uirtute. Benedictus eſt aũt:non ſ̃m
intentionẽ patris que ad eſau erat:ſed ſecun
dum uirtutẽ uerborũ que proferebat.Sicut
ep̃s qui ordinauit clericum alienũ: quẽ cre
didit eſſe ſuum:& tamẽ uere eſt ordinatus.
¶Superuixit autẽ iſaac poſt natos eſau & ia
cob annis.120.Et ſic annoꝝ.180.ſenex & ple
nus dieꝝ mortuus eſt. Et ſepelierunt eũ fi
lii ſui i ſepulchro paterno:q̃d eſt i hebron

in ſpelunca duplici: de qua dictū eſt ſupius Hec ex libro geñ.a cap.25.uſq; ad.28. & ex dictis hieronymi:ioſephi:&comeſtoris:atq; ex chronicis guilelmi.

¶De ſcā rebeccha. XCIII

REbeccha filia bathuelis filii nachor fris abrahe & iſaac neptis ex auunculo ꝓgenita:eidē iſaac n uxorem dina diſpenſatiōe queſita fuit:ut ſupius in geſtis abrahe continetur.Hec multo tpe ſterilis duos poſtmodū geminos edidit natos: eſau uidelicet & iacob . Et qa naturale eſt:ut mater ſemp ꝑdiligat:quē pater minꝰ amat.Rebeccha iacob ꝑdilexit : quē iſaac reſpectu eſau quodāmō ꝯtēpſit.Et de matris ꝯſilio acꝓuidentia ſūma adhibita cautela minor maioris benedictionē accepit:ut ſupius dictū eſt Eadēq; circūſpectiōe iacob ab eſau ira ſaluauit:dū ipm ad tps ad laban auūculū ſuū & ipſius rebecche germanū i meſopotamiā trāſmiſit:ut mortē euaderet:quā ſibi fuerat eſau cōminatꝰ . Quo apud laban cōmorāte p ānos.20.ut dicet :anteq̄ inde rediret : rebeccham deceſſiſſe credit : quo aūt tpe: uel quō ſcripture textu ſilentio ꝑteritur.

¶De ſcō iacob ſiue iſrael pȓiarcha.XCIIII

IAcob qui &iſrael pȓiarcha iſaac filius:&ipſe ſcōꝝ patꝝ catalogo ſcriptus eccleſiaſtici.44.āno patris.60.cū eſau ꝯgenitꝰ eſt. Hic poſtq̄ fris benedictionē diuina diſpenſatione ſurripuit:ut ſupra ꝓximo dictum eſt:a fratre exoſus:de ꝯſilio matris ad laban auunculū ſuū in meſopotamiā ꝯfugit ubi in itinere iuxta luzā dormiens:ſcalam e terra ad celum erectā:p quā angeli aſcendebant:& deſcendebant:uidit:&dn̄m ſūmitati ſcale innixū ſibi terrā & benedictionē ſeminisꝓmittentē audiuit.Perueniens aūt ad laban.14.eidem annis ꝑ duabꝰ filiabꝰ ſuis lia & rachele ſ̄uiuit.Cum enim laban cū iacob pepigiſſet:ut ſibi.7.annisꝑ filia ſua minore rachele:quā ipſe amabat ſeruiret.Et cōpleto ſeruitio.7.annoꝝ: iacob uxorem ſuā expeteret:laban nuptiis celebratis noctu liam filiam ſuā maiorē i thalamo collocauit:cui ancillā zepham tradidit:cum q̄ iacob rachelem arbitrans nocte dormiuit.Cū aūt mane liam cognouiſſet:& de hoc ſocero ꝯqueſtus eſſet:excuſauit ſe laban :nō eſſe de more patrie:ut minores filie āte maiores nuptui traderent .Promiſit quoq; ſibi poſt.7.dies rachelem datuꝝ: & ſic iacob utrāq; ſororem habituꝝ ꝑ ſeruitio.7.alioꝝ annoꝝ futuroꝝ quo ſibi ſeruire debuiſſet:cōpletaq; hebdomoda eidem rachelē tradidit : cui ancillam balan noie dedit:iacob quoq; ſocero.7. aliis annis ꝑ lia iam obtēta ſeruiuit. ¶Genuit quoq; iacob.12.filios ex uxoribus & earum ancillis.Ex lia habuit ruben:ſymeon: leui: iudā:& iſachar:& zabulon:& unā filiā noie dinam.Ex ancilla lie zepha gad:& aſer. Ex ancilla rachelis bala dan:&neptalim.Ex rachel ioſeph : & beniamin . Finitis uero. 14. annis ſeruitiiꝑ uxoribus ſuis iacob a laban diſcedere uoluit: ſed laban adhuc ipſo reqrēteꝑ alio ſeptēnii ſ̄uitio iacob remāſit:poſtulauitq; iacob pro precio quicquid naſceret uarii coloris ex gregibꝰ:quos paſcebat: quod annuente laban iacob nouam nature ſtropham cōmētatus cōtra naturā arte naturali pugnauit:uirgas.ſ.uarias in canalibus ponēs.& in feruore diei dū ad potandū auide pecora ꝑgerent:& accēderent ad coitum oues & capras aſcendi faciens:ut tales fetus cōciperent:q̄les umbras arietū &hircorum ſupra ſe aſcendentium in aquis ꝯſpicerent. Varius eni erat color umbraꝝ: ſicq; multitudine agnoꝝ & hedoꝝ uarii coloris naſcentium:iacob ultra modū ditatꝰ eſt . ¶Iacob igitur ioſeph nato ꝯpletis annis.20.apud laban:nec ualens uigeſimūprimū pficere propter nequitiā laban:q mercedē eius pluries mutauerat:cum uxoribꝰ& filiis & ſubſtātia ſua clam diſceſſit. Quē laban iratus pſecutus eſt cū cognatis & amicis:ſed ipſum dn̄o cohibēte:ne iacob noceret:inito ſecū ſedere reuerſus eſt in pace filiabus & nepotibꝰ deoſculatis. ¶Iacob uero ceptum iter pagēs angelos dei ꝯfortantes ſe cōtra fris ſui eſau iram:quē ualde timebat:obuios habuit: & ante aurorā cum ſibi apparēte angelo lucta dimicauit:q & eius femoris neruū tetigit: & ſtatim emarcuit:& nomē iſrael impoſuit: atq; quia cōtra fratrē inuictꝰſtaret:eidem ꝑ dixit.Iacob uero ad placandū animū fratris munera ſibi p nuncios miſit:ipſe autem ſubſequēs filios & uxores ac familiā & iumenta i duas turmas diuiſit. Cui eſau cū quadringentis armatis occurrens:& munera eius recuſans:ipm cū uxoribus & filiis ſuis amabiliter cū amplexu & oſculo ac fletu ſuſcepit: & in ſeyr reuerſus eſt.¶Tranſacto uero iordane iacob habitauit in agro ſichem : quem emit a rege emor.Et tunc dina filia eiꝰegreſſa:ut mulieres regionis uideret:corrupta ē a ſichem filio emor.Quā poſtmodū in cōiugium petēs:ſymeon & leui doloſe egerunt: ut filius emor cū patre & populo iuxta ipſorum ritum circūciderent :aſſerentes ſe ſororem icircūciſo homini copulare non poſſe: quod ſi facerent:nedū dinā filio regisꝑmiſerunt tradere:ſed etiā cū eoꝝ populo connubia ꝯfederare. Cū aūt omnes mares circūciſi fuiſſent:& ꝑdolore inciſionis tertio die in lectis iacerent.Symeon & leui arreptis gladiis urbem aggreſſi ſunt:cunctiſq; maribus

interfectis cetera diripuerunt. Vnde territus iacob propter icolas terre: ſed cōfortatus a dño receſſit. Peruenienſq; bethel edificauit altare: & iuxta id qđ prius in itinere meſopotamie dño uouerat: ibidē obtulit holocauſtum. Egreſſus igit iacob de bethel uenit uerno tpe ad terrā que ducit effratā .i. bethleem. Ibiq; cum rachel filiū pepiſſet: & pre dolore ptus moreret: uocauit eū bēnoni .i. filius doloris. Pater uero uocauit eū beniamī .i. filius dextere. Ibiq; rachele ſepulta: iacob peruenit ad terrā chanaam. Et cum eēt annoꝝ .120. patrē ſuūm iſaac mortuū ſepeliuit. Erat autem iacob annoꝝ .91. qñ genuit ioſeph. Et cū eēt ioſeph annoꝝ .39. iacob deſcēdit in egyptū in animab⁹ .70. qui tūc erat 130. annoꝝ ut in proximo dicetur. Qui poſtea uixit in egypto annis .17. Et ſic iacob annoꝝ .147. uidēs apropiquare obitū ſuū uocauit ioſeph filium ſuum adiurans eū ut ipſ ſepeliret ubi abrahā ſepultus fuerat. Conuocatis autem omnibus filiis ſuis benedixit eis ac pphetice multa uētura predixit de diuiſione terre promiſſiōis ad litterā: & de futuro ſtatu .xii. tribuū: aptiſſime aūt de utroq; xpi aduētu. Et poſthec i pace dormiuit. quē filii aſſumentes portauerūt in hebron: & ibi eundem ſepelierūt: cū patrib⁹ ſuis. Hoc ex geñ. a. c. xxviii. uſq; ad .xxxvii. & ex a aliis libris quibus ſupra.

De ſancta rachel. LXXXXV.

RAchel filia laban filii bathuelis filii nachor fris abrahe & iacob neptis ex auūculo pcreata i uxorem iacob diuinā diſpenſatiōe a patre tradita eſt. Pro qua ut ſupra proxie dictū eſt: iacob laban ſuierat .7. annis. Et uidebant ſibi dies pauci pre amoris magnitudine qua ipſam adamauit. Nam ſororē liā quaſi coact⁹ accepit. Quia tñ dei iuſtitia exigit ut minus accepti i aliquo ſubleuent: Vidēs deus ꝙ iacob rachelē prediligeret eā multo tēpore ſterilitate damnauit: liam autē multis filiis fecundauit. Cū autē cōtēplatiōe filioꝝ amor lie ſororis dilectioni adequatus eēt in iacob: tunc & rachel parere cepit. Peperitq; primū ioſeph iacob iā 91. āno etatis agēte ut .ſ. ioſeph⁹ tradit. Poſt quē annis .xii. genuit beniamī & in puerpio deceſſit: quā iacob i effrata que ē bethleem ubi & filiū peperat ſepeliuit: & titulū eius iſcriptionis deſuper appoſuit. Prefate tres ſāctiſſime matres .ſ. ſara rebeccha: & rachel i multis ſacre ſcripture locis cōmemorātur: & eaꝝ celebris ſanctitas recolit. Specialiter autē petrus in prima epiſtola .c.3. de ſanctitate ſare mētionē facit: ꝙuis & ceteras cōmēdare in genere uideat: propter qđ merito in ſcāꝝ mulieꝝ catalogo deſcribunt que tātorum uiroꝝ cōiuges & factoꝝ filioꝝ meruerunt eſſe genitrices. Ioſephus etiā eas inter ſcās hebreoꝝ matres imo pre ceteris cōmemorat. Hec omnia unde ſupra collecta ſūt.

De ſanctis duodecim patriarchis filiis iacob. LXXXXVI.

DVodecim patriarche filii iacob a quibus .xii. tribus iſrael deſcenderunt: ab eodē ex duabus eius uxoribus: rachele & lia: & duabus ancillis zelpha & bala progeniti fuerūt: quoꝝ nomina hec ſūt: ruben: ſimeon: leui: iudas: iſachar: zabulon: gad: aſer: dan: neptalim: ioſeph & beniamī. Hos enim in ſcōꝝ numero ponendos iducunt: non ſolū paterna ſciſſima merita: quoꝝ illi imitatores fuiſſe creduntur: ſed etiā eoꝝ in multitudinē filioꝝ iſrael inumera generatio diffuſa. Quod ut ipſoꝝ ſcitas plenius inoteſcat ex omni tribu eoꝝ .xii. milia ſignatorū in apocalypſi deſcribunt: ut ſic ex electis filiis parentes eoꝝ ſci ꝯprobentur. Excepta ſola tribu dan: que ideo in nouo teſtamēto repellitur: non ex ulla pgenitoris culpa: ſed quia ex ea xpo cōtrarius antixps naſciturus dicit. Verū & ſi ex eiſdē patriarchis aliq peccauerunt in aliquo: utpote ruben q patris ꝯcubina abuſus eſt: uel forſitan oēs: quādo ioſeph iuſtum in egypto uendiderunt: pie creditur eoꝝ culpas āte mortē p penitētiā fuiſſe deletas: ut patrū ueſtigia imitātes oēs ex hac luce ſine delicto migrarēt. Cōfirmatur etiam hec opinio ex .xii. teſtamētis ipoꝝ: que in hebreorū codicibus repta nup in latinū tranſlata ſunt: que uincentius in ſpeculo ponit. In quibus de aduētu xpi & articulis humanitatis tot & tanta myſteria uaticinata ꝯtinētur: ut uideantur dino afflati ſpiritu non futuram prophetiā predixiſſe: ſed trāſactam hiſtoriā texuiſſe. Et potiſſime in hoc ꝯcordātes: ꝙ xps dñs de tribu iuda & tribu leui fuerat naſciturus: ipſas duas tribus pre ceteris extollentes: & in hoc xpo regnū & ſacerdotium attribuentes. Neq; enim arbitrandū eſt tantam diuini ſpiritus afflationē i reprobatos homines eadē ſacra ſic unico ore pphetantes: potiſſime mortis tempore ꝯcurriſſe.

Omnes autē patriarche ſicut cū patre iacob in egypto intrauerunt: ſic ibidē uitam finierunt. Ex iſtis ut dictū eſt .xii. trib⁹ filiorum iſrael dicte ſunt. Inter quas: ꝙuis trib⁹ ruben ex eo ꝙ fuerat primogenitus ceteras dignitate precellere debuiſſet: tamē tribus iuda ei⁹ locum obtinuit: & ideo merito regnum accepit: qa aperto rubro mare filiis iſrael tranſituris: cunctis intrare dubitantibus: prior tribus iuda mare tranſiuit: & ceteris tranſeundi audaciam pbuit. Poſt hanc ſa tribus leui merito pficitur: quia ipa ſola

ex omnibus diuina uocatione ad ſacerdotiū
ſublimatur . Et quia ex oibus fratribus ſuis
leuite ſeperati fuerāt:ut de ſacrificiis & ob
lationibus ceteroꝝ uitam ducentes ſortem
hereditatis cum aliis nō acciperent:ita ꝙ ſo
lum tribus.xi.remanebant.Iccirco tribꝰ io
ſeph in duas ſubdiuidit:que ex duobꝰ filiis
effraim & manaſſe deſcenderunt:ut numerꝰ
duodenarius impleret: & ut tribus ioſeph
cuius occaſione ceteris fratribꝰ tanta bona
ꝓuenerant:duplici portione ditaretur:Iōq;
tribus ioſeph inter ceteras non nominatur:
ſed loco eius due tribꝰ uidelicet effraim &
manaſſe ſurrogantur.

❡De ſcō ioſeph patriarcha XCVII

IOſeph patriarcha iacob filiꝰ ex
rachele in ſanctoꝝ patꝝ catalo
go eccleſiaſtici.44.& primo ma
ch.2.ſpēaliter nominat.Qui pa
tri dilectiſſimus eo ꝙ in ſenectu
te genitus cū annoꝝ.16.paſceret gregem:in
uidiam fratrū ſuorū incurrit:tum ꝓpter fa
miliarem patris erga ſe dilectionē:tum pro
pter ſomnioꝝ narrationem.Viderat eni ſom
nia:ꝙ fratꝝ manipuli ſuum in agro adora
rent:& ꝙ ſol & luna & ſtelle.xi.ſe ſimiliter
honorarent : quod pater exponens ioſeph a
fratribꝰ pdixerat adorandū.❡Cū igit a pa
tre in ſichem:ubi fratres paſcebant pecora:
mitteret:ipm tunica talari nudatum depo
ſuerunt i ciſternā ſiccam: & deinde ꝯſilio iu
de extractū iſmahelitis.30.argēteis uendide
runt.Tunicā aūt ipſius in ſanguine hedi tin
xerunt: ſimulanteſq; illum a feris occiſum
eandem patri miſerūt : qui ipm interfectum
exiſtimans incōſolabiliter oī tempore defle
bat . Madianite uero q & iſmahelite ioſeph
in egypto uēdiderūt phuthiphari eunucho
magiſtro militie pharaonis.Hic habuit uxo
rē & liberos:nondū eni eunuchꝰ factus erat
Nam & ioſeph poſtmodū duxit uxorem eiꝰ
filiam : qui eunuchus factꝰ ad ſacerdotium
fuit ꝓmotus.❡Tradūtq; hebrei:ꝙ ipſe phu
thiphar uidens ioſeph elegantē emit eū : ut
ſibi miſceret.Dñs aūt cuſtodiens ioſeph: a
deo illum infrigidauit:ut deinceps tanq̄ eu
nuchus impotens ad coitum fuerit:propter
quod & eunuchꝰ dicit . Videntes autem eū
ierophanti arefactū de more ſuo ipſum pon
tificē heliopoleos : que poſtea fuit damiata
creauerunt.Phuthiphar aūt q̄uis cū ioſeph
peccare nō poſſet:ipm tamē diligens in tan
tū honorauit : ꝙ oī domui ſue illum pfecit.
Cum autē uxor eius inieciſſet oculos in io
ſeph:quadā die dū eſſet in camera ſolus:illa
ingreſſa apphendit palliū eius:& eū ad con
cubitum inuitauit.Sed ioſeph iratus relicto
pallio in manu eius effugit.Illa uero contē
p tam ſe uidens:in argumentū fidei retētum
palliū oſtēdit uiro redeunti:accuſās ioſeph
ꝙ ipſam uoluiſſet uiolare.Qui uerbis uxo
ris credulus:uinctū ioſeph tradidit in carce
rem regis.Vbi etiā poſt dies aliquot retruſi
ſunt a rege princeps pincernaꝝ & piſtoruꝫ
magiſter ex culpa ipſoꝝ. Qui cū ambo no
cte una ſomnia uidiſſent:&ea ioſeph interro
gāti narraſſent:principi pincernaꝝ qui dixe
rat ſe uidiſſe:ꝙ ex uite triū ꝓpaginū uuas
exprimens in calicē pharaonis poculū regi
dabat:expoſuit ioſeph:ꝙ poſt dies tres ſuo
fuerat officio reponēdꝰ.Principi uero piſto
ruꝫ dicēti:ꝙ uiderat ſe tria caniſtra panibꝰ
ſ̄ferta geſtare:aueſq; ex eis comedere:expo
ſuit ipm poſt tres dies in patibulo ſuſpendē
dum:carneſq; eiꝰ ab auibus lacerandas:que
omnia ut predixerat:rei probauit euentus.
❡Poſt duos annos uidit pharao ſomnium:
ꝙ ſeptē boues craſſe de fluuio aſcendebant:
quas ſequebantur ſeptē alie macilente prio
rum pinguedinem deuorantes.Septē quoq;
ſpice plene & uberes pullulabant : quas ſe
quebant alie ſeptē tenues & arentes priorū
pulchritudinem abſorbētes:Cūq; ſapientes
egypti ſomniū regi interpretari neſcirēt: ad
ſuggeſtionē pincerne ioſeph recordati: pha
rao ioſeph educto de carcere ſōniū rettulit:
quod ille ſibi expoſuit: Dicens ſeptem āuos
fertilitatis nimie in orbe uenturos:quos ſub
ſequēt alii ſeptē ſūme ſterilitatis . Cōſuluit
q; regi:ut ꝓuideret uiꝝ: q q̄ntā partē frugū
tpe fertilitatis i horreis congregaret: & tem
pori future poſtmodum famis reſeruaret.
Rex ergo miratus in ioſeph ſomnii ſolutio
nem:& ꝯſilii diſcretionē cōmiſit ei huiuſmo
di diſpenſationem : faciens eum totiꝰ egypti
ducem & principem cū eſſet annoꝝ triginta
Primo igitur fertilitatis anno uenit ioſeph:
ut cōgregaret frumenta i fines heliopoleos
ideſt damiate: & diuertit ad domū phuthi
pharis:qui ipſum emerat:& per dolum uxo
ris carcerauerat:qui prīceps & ſacerdos re
gionis heliopoleos factꝰfuerat.Huius filiaꝫ
aſennech uirginem dedit pharao ioſeph in
uxorē:ex qua nati ſunt ſibi duo filii manaſ
ſes & effraim priuſq̄ āni ſterilitatis uenirēt.
❡Tranſactis igit annis ubertatis & grano
collecto: uenerūt anni inopie:& ceperūt tā
egyptioꝝ q̄ aliarum ꝓuinciaꝝ populi con
currere ad ioſeph ꝓ frumentis emendis:un
de & exinde infinitam pecuniam cōgregauit
& in arcis regis repoſuit. ❡Inter hec uene
runt in egyptum de terra chanaan.x.fratres
ioſeph:beniamin cum patre relicto:pro fru
mētis emendis:qui ad ioſeph intrantes eum
adorauerunt:quibus ille cognitis duriꝰ lo
cutus eſt:dicēs eos exploratores eſſe : eoſq;
diebus aliquibus in uinculis mancipauit .il
li uero ſe excuſantes omnē ſuam ꝓgeniem

narrauerũt: & inter alia frem aliũ beniamin domi relictum ſe habere dixerũt. Quod ioſeph audiẽs ſymeonẽ detinuit: ceteros uero cum cibis dimiſit: iurãs ꝙ fratrẽ illorũ nunq̃ dimitteret: niſi beniamĩ ſibi adducerẽt: ut ſic illos uerũ dixiſſe cõprobaret. Qui redeuntes omnia patri narrauerunt: & eũ noua triſtitia afflixerunt. Cõſumptis ergo triticis de mandato parentis iteꝝ pro aliis emendis in egyptũ deſcendũt: & q̃uis dudum iacob recuſante beniamĩ ſecum adducunt: uenienteſq; ad ioſeph eum adorauerũt: & beniamĩ ſibi preſentauerũt: & munera ſecum delata obtulerunt. Quos ille ad cõuiuium inuitauit & ſymeonẽ eductum cũ fratribus diſcũbere fecit. Factoq; mane diſpenſatori ſuo mandauit: ut eis frumẽtum tribuat: ſcyphũq; ſuũ in ſacco iunioris abſcõdat. Quod cum factũ eſſet: & illi de ciuitate exiſſent: fecit eos iſeq & teneri eo ꝙ ſcyphum prĩcipis rapuiſſent. Quod dũ negarẽt: & apertis ſaccis omnibꝰ granum effuſum eſſet: repertus ẽ ſcyphus in ſacco beniamĩ: illiq; omnes uincti ad ioſeph reducti ſunt. Cũ autem eos ioſeph de ꝯmiſſo furto durius increparet & ſolũ beniamĩ uti culpabilem ceteris dimiſſis in ſeruum retinere uellet: iudas propius accedens: eidem cum lachrymis expoſuit: qualiter puerũ a patre in fidem ſuam ſuſcepat: & pro puero miſericordiam poſtulabat: ſupplicans illũ ad patrem remittendũ: & ſe loco pueri ĩ ſeruitium detinendum. Ioſeph ergo ſe amplius cohibere non ualens: alienis omnibꝰ eiectis ſe cum lachrymis fratribus ĩnotuit: omneſq; ſibi cũ amplexibus reconciliauit: datiſq; muneribus ad patrem remiſit: eũq; cum omni familia & facultatibus ad ſe deferendum mandauit. Qui feſtinanter ad patrem redierunt: & ſibi per ordinẽ cuncta rettulerunt. Audiens autem iacob ꝙ ioſeph filius eius uiueret: & totius terre egypti dominator eẽt: quaſi de graui ſõno euigilans deum benedixit. Quẽ dominꝰ per uiſionẽ ꝯfortauit. Qui mox ſurgens ſecundo anno famis cum uniuerſa familia in egyptũ deſcendit. Fuerũtq; anime. 70. numero ipſo & ioſeph cum duobus eius filiis computatis. ¶ Pharao igitur benigniſſime iacob ſenẽ annoꝝ. 130. ſuſcepit & ab eodem benedici uoluit: deditq; ei & filiis ſuis terram geſſen uberrimã ad habitãdum. Sicq; occaſiõe ioſeph iacob & filii eiꝰ omnibus bonis egypti locupletati ſunt. Sepeliuitq; ioſeph patreũ ſuum defunctum ut ſupra dictum eſt in ſepulchro patrum ſuoꝝ in hebron. Erat auteũ ioſeph annoꝝ. xxxix. quando iacob in egyptũ intrauit: ubi & ãnis 17. ſuperuixit. Sicq; ioſeph annos etatis ſue lvi. agebat decedẽte genitore. Quo mortuo ſuperuixit annis. 54. & uidit filios effraim in tertiam generationẽ: filii quoq; machir filii manaſſe nati ſunt ĩ genibus ioſeph. Oblituſq; omnium maloꝝ que fecerãt ei fratres ſui mortuo patre eos benigne pertractauit: & prediis ac poſſeſſionibꝰ ditauit. Et ad extrema deueniens fratribꝰ predixit: ꝙ deus eos uiſitaret: & ad terram pro qua patribus ſuiſ iurauit illos reduceret. Adiurãs eos: ut oſſa ſua tunc ex egypto trãſferrent: & in paterno tumulo ſepelirent. Mortuuſq; ẽ ioſeph cum eſſet annoꝝ. 110. & conditus aromatibus reſuatus eſt in loculo in egypto. Hec de libro geñ. c. xxxvii. uſq; in finẽ & ex aliis uoluminibus quibus ſupra.

¶ De ſcis effraim & manaſſe. LXXXXVIII.

Effraim & manaſſes patriarche filii ioſeph fuerunt: qui tribuũ eiꝰ in duas ſubdiuiſerunt. Quorum priogenitꝰ manaſſes anno. xxxii. etatis ioſeph ſecundogenitus uero effraim anno. xxxv. eiuſdẽ natus ẽ. Effraim autem minor manaſſe maiori prelatus ẽ: qa ſemen eius magis excreuit: & populorum multitudine: & regni dignitate. Nam regno iſrael in duo diuiſo: tribus effraim caput x. tribuum fuit cuius regni ſamaria in ipſa tribu poſita ciuitas regalis multo tempore claruit: unde & cum iacob morti apropinq̃ret: ioſeph filius ſuus manaſſem & effraim ad eum adduxit: ut antequã decederet filiis ſuis benedictionem daret. Applicanſq; illos ad iacob: manaſſem primogenitũ poſuit ad dexteram patris effraim uero minorem ad ſiniſtram: cupiens ut pater maiori dexteram: minori uero ſiniſtram ſuper caput poneret. Iacob uero qui iam oculis caligauerat nec luminibꝰ corporis nepotes uidebat: ſpiritu tñ futura preuidens manus cãcellauit: & ſuper caput effraim dexterã ſuper caput uero manaſſe ſiniſtram impoſuit eiſq; benedixit. Quod ioſeph moleſte ferens dexteram pr̃is de capite effraim leuare & ſuper caput manaſſe trãſferre nitebaẽ. Cui iacob reſpondit ſe ſcire q̃d faceret: nam quãuis manaſſes magnus futurus eẽt ipſum tñ effraĩ & ſeminis multiplicatione & honoris dignitate precelleret. Qui poſt aui & patris exceſſum in eorum ſemine mirabiliter excreuerũt: & cum ceteris patriarchis in egypto diẽ extremum cõcluſerũt. Hec ex libro geñ. c. xlviii. & ex aliis uoluminibꝰ q̃bus ſupra diſperſim collecta conſcripta ſunt.

¶ De ſancto uedaſto epo. LXXXXIX.

Vedaſtus epiſcopꝰ atrebateñ fuit. Qui a beato remigio remeñ archiepiſcopo eidem urbi ĩ epiſcopum ordinatus: cum ueniſſet ad portum ipſius ciuitatis: & duos pauperes unum cecum & alium claudũ ad

elemoſynam ſedentes inueniſſet:facta orati/
one cecum illuminauit:& claudum erexit.
Cum autem in quadam eccleſia derelicta ue
pribus operta lupus habitaret: eidem man/
dauit: ut inde diſcederet: nec illuc ulterius
redire p̄ſumeret:quod & factum eſt. ¶De/
niq; cum uerbo & exemplo multos conuer/
tiſſet:quadrageſimo ſui epiſcopatus ãno ui/
dit colũnam igneam a celo in eius domum
deſcendentem. Finemq; ſuum poſt modicũ
futurum eſſe cognouit. Et circa annum dñi
600.in pace requieuit.8.idus februarii. Cũ
autem corpus eius transferretur:audomar⁹
quidam pre ſenio cecus dolens: ꝙ corpus
ſancti uidere non poterat. Mox lumine rece
pto corpus aſpexit: ſed poſtmodum pẽſans
hoc forte non eſſe anime ſue perutile ad uo/
tum lumen amiſit.

¶De ſancto amando epiſcopo. C

AMandus epiſcopus nobilib⁹ pa/
rentibus ortus monaſterium in/
troiuit. Qui die quadam maxi/
mum ſerpentem inuenit: quem
ſtatim uirtute crucis ad foueam
inde nunꝗ̃ exiturum ire coegit. Poſt hoc dũ
romam ueniſſet:& in eccleſia ſancti petri a/
poſtoli pernoctaret: cuſtos eccleſie ipſum
irreuerenter foras proiecit. Cui poſtmodũ
ante fores dormitanti beatus petrus apparu
it:& ad gallias ipſum redire mandauit. Qui
cum ibidem regem dogobertum de ſuis cri
minibus diuinitus admonitus increparet:
rex ipſum de regno ſuo eiecit. Cum autem
rex filium non haberet:& amandus ſibi ora
tione natum a domino impetraſſet. Diſpoſu
it rex:ut eum ab amando baptizari faceret.
Queſito igitur ſancto & ad regem adducto
proſtratus ad pedes eius rex ueniam petiit:
& ut filium ſuum quem precibus ſancti do/
minnm ſibi conceſſiſſe nouerat baptizaret:
inſtantius poſtulauit. Ille uero primam de
uenia petitionẽ exaudiuit: ſed ſecularibus
negociis implicari nolens ſecundam recuſa
uit. Tandem uictus precibus annuit uoto re
gis. Et cum baptizaretur infans tacentibus
cunctis reſpondit amen. ¶ Poſt hec ipſum
rex in traiecteñ epiſcopum ſublimari fecit.
Vbi cum uerbum predicationis contemni
uideret: in uaſconiam iuit. Et dum ibi
predicaret: & quidam ioculator ipſum ir/
rideret: continuo a demone arripitur: &
propriis dentibus ſe diſcerpens: ꝙ uiro
dei iniuriam fecerit confitetur:& tandem mi
ſerabiliter moritur. Ibi etiam cecus quidam
aqua lotionis manuum eius oculis perfuſus
illuminatur. ¶Cum in quodam loco de uo
luntate regis monaſterium conſtruere uel/
let:& epiſcopus proxime ciuitatis hoc egre
ferret:miſit ad eum famulos ſuos: ut aut ſan
ctum inde expellerent: aut doloſe occiderẽt
Qui uenientes ei in dolo ſuaſerunt: ut ſecũ
pergeret:& ſibi locum aptum ad monaſte/
rium conſtruendum oſtenderent. Qui mali/
tia eorum per ſpiritum agnita: ad cacumen
montis cum eis acceſſit: ubi eum occidere
diſponebant:eo ꝙ & ipſe martyrium affecta
ret. Subitoq; tanta pluuia & tẽpeſtate mons
tegitur:ut ſe mutuo uidere nõ poſſent. Qui
ſe mori putantes:proſtrati ueniam poſtula/
bant:& ut eos uiuos abire permitteret exo/
rabant. Ipſeq; orationem fudit:& mox ſere/
nitas illuxit:epiſcopiq; famulos amandus ĩ
pace dimiſit. Poſt que multa alia miracula
faciens ĩ domino feliciter obdormiuit. 8.id⁹
februarii circa annum domini.620. tempo/
re heraclii imperatoris.

¶De ſancta dorothea uirgĩe & martyre. CI

DOrothea uirgo & martyr apđ ce
ſareã cappadocie paſſa ẽ. Cuius
cũ due ſorores chriſta & calixta
que ĩ tormẽtis territe fuerãt apo
ſtataſſent:tradita ẽ dorothea uir
go a iudice duabus ſororibus ſuis: ut ipſi⁹
animum ad deorum ſacrificia inclinarent.
Quas diuino nutu ſancta uirgo uerſa uice
ad fidei ueritatem reuocauit:& ad martyri/
um animauit. ✠Qua de re ambe ipſe ſancte
in cuppam miſſe & in conſpectu ſororis in
cenſe, chriſto animas tradiderunt. ¶Do/
rothea uero ĩ cataſtam leuata & palmis diu
tiſſime ceſa tandem data ſententia ad decol/
landum ducta eſt. Que dum ad paſſionem
tenderet:ſcholaſticus quidam nomine theo/
philus uirginem irridendo rogauit:ut quia
ad paradiſum ſponſi ſui p̄gere ſe dixerat:de
ipſo paradiſo roſas ſibi aliquas deſtinaret.
Quod & illa ſpopondit. Dum autem iugu/
lo ferienda foret:aſtitit ei iuuenis cernenti/
bus multis:qui eidem in ſinu ſuo tria mala
& tres roſas preſentauit: quas ſibi de para/
diſo ſponſi ſui attuliſſe aſſeruit. Quem ſan/
cta rogauit:ut eas theophilo deferat: quod
& factum eſt. ✠Propter quod cum theophi
lus roſas uiſas tempore hyemis aſpiceret:
& miraculum conſideraſſet: conuerſus eſt:
& poſt decollationem uirginis & ipſe tent⁹
in equuleo leuatus ac diutius tortus: tandẽ
gladio cedente martyrium conſumauit. Paſ
ſa eſt autem uirgo chriſti. 8.idus febr.

¶De ſcã dorothea uirgine. CII

DOrothea altera uirgo apud ale/
xandriam tempore maxentii &
maximini imperatorum paſſa ẽ.
Que ut octauo libro eccleſiaſti
ce hiſtorie traditur: nobili pro/
genie orta chriſto domino ſeruiebat:& uo/
tum uirginitatis emiſerat. Sed maximinus ĩ
partibus egypti exiſtens pudicitie hoſtis &

fidei :|chriſtianos mares ad deorum cultu/ram:uirgines ad uoluptatem obſcenam:to/tis niſibus prouocabat. Dum igitur uirgo chriſti ab eodem pro adulterio impetitur: accepta dilatione timenſq; uirginitateʒ amittere: nocturno ſilentio clam aufugit: & ere/mum petens orationibus & ieiuniis multo tempore uacans in pace quieuit. Cuius ex/emplum multe uirgines imitate ſunt. hec ibi.

¶De ſancto moyſe abbate. CIII.

Moyſes abbas ĩ deſerto de ſcythĩ penitentiam egit. Qui fratri a ſe petenti ſermonem dixit: ut in ſua cella ſederet:& ipſa eum uniuer/ſa doceret. Cum quidam frater ſenex infirmatꝰ in egyptũ uellet ire:ne fratres nimis grauaret prohibebat eum moyſes abbas ne iret:quoniam in fornicationem inci/deret. Qui contriſtatus eſt nimium: tam ĩfirmitatem ſuam quam ſenectutem cõſiderãs. Et contra abbatis inhibitionẽ diſceſſit. Cui cum uirgo quedam ex deuotione ſeruiret ille conualeſcens eam uiolauit. Que concepit & peperit. Senexq; infantem in ulnis ſuſcipi/ens:in die magno feſtiuitatis que erat in ſcythi eccleſiam cum multitudine fratrum itrauit. Et puerum cum lachrymis omnibus ad ſui confuſionem & aliorum exemplum oſtẽdebat:& ipſum filium inobedientie fore di/cebat: ac ut nemo de ſenectute preſumeret admonebat:nec non ut pro ſe orarent omnibus ſupplicabat. Cui moyſes abbas peni/tentiam impoſuit:& ille ad cellam reuerſus ad priſtinũ ſtatum rediit. ¶Fratrem quẽdã qui peccauerat abbati moyſi miſerunt iudi/candum. Qui accepto ſacco pleno harena uenit ad eos. Et iterrogatus ab eis quid hoc eſſet:reſpõdit ꝙ erãt peccata ſua poſt ſe currentia in ſimilitudinem harene ponderoſa: que ipſe non poterat uidere:qui tamen uenerat aliena iudicare. Illi autem hoc audien/tes fratri pepercerunt. Hec in uitis patrum. Quieuit autem abbas moyſes in domino & agitur eius feſtum ſeptimo idus februarii.

¶De ſancto moyſe abbate alio epiſcopo ſaracenorum. CIIII

Moyſes alius abbas ethiops nati/one epiſcopus ſaracenorum fuit ut habetur in hiſtoria tripartita Hic poſtmodum ab egyptiis ca/ptꝰ:& ſeruus effectus ꝑpter multas culpas a domino ſuo expulſus:latrocinis & homicidiis deditus eſt. Tandem exem/plo ſanctorum anachoritarum ad peniten/tiam prouocatus: & xp̃ianus ac monachus effectus eſt. Fuitq; diſcipulus iſidori abba/tis. Cuius ſanctitatis exemplo omnia diabolifigmẽta deuicit:& demõnibus admoduʒ terribilis fuit. Deinde ad ſacerdotii ordinem aſcendit:& ſeptuagintaquinq; annis ĩ eremo deo ſeruire ſtuduit. Cum autem primo cle/ricus factus eſſet:& epiſcopus ei ſuperpelliceum impoſuit:dixit ei epiſcopus: ꝙ factus fuerat nimiũ candidatus. Ille uero queſi/uit ab epiſcopo:an a foris:an ab intus: qua/ſi diceret: ꝙ dealbatio exterior ſine iteriori nihil prodeſt. Volens autem epiſcopus eius patientiam comprobare:dixit clericis ſuis: ut quando ad altare accederet: eum cum in/iuria expellerent. Deinde ipſum inſequentes quid loqueretur audirent. Proiiciẽtes ergo eum foras dicebant. Exi foras ethiops:nam ethiops niger erat:qui egreſſus inter ſe dicebat: ꝙ illi optime fecerant ipſum expellendo:eo ꝙ cum homo non eſſet inter homines ſtare preſumpſiſſet. Hic autem ſex annis in cella incluſus ſtetit quibus nulla neceſſitate exiuit:panem ſolum comedens & aquam ad menſuram bibẽs: totaq; nocte ſtans apertis oculis orabat:ut tentationes quibus in ſom/nis fatigabatur deuinceret. Tranſactis ſex annis omnibuſque tentationibus ſuperatis ex charitate ductus nocturno tempore cel/las moncahorum circuibat: & aquam ali/quando a decem aliquando a duodecim ali/quando a.20.deferẽs ſtadiis:omniũ fratꝝ lagenas implebat:factoq; mane ne ſciretur qs eſſet ad cellam redibat. Quem nocte quadã demon ut eum ab hoc opere euerteret:qua/ſi ad mortem in dorſo percuſſit:qui mane iacens repertus: & quis eſſet agnitus ad eius tugurium per fratres reductus fuit. Quie/uit in pace in deſerto ſcythi ſeptimo idus februarii.80.diſcipulis derelictis.

¶De ſancto augulio epiſcopo. CV.

Augulius epiſcopꝰ ĩ britãnia martyrium paſſus eſt. Hic enim pon/tifex auguſte ciuitatis britannie etate ac uirtutibus prouectus: curſum temporis per martyriuʒ complens eterna meruit ſuſcipere ꝑmia ſe/ptimo idus februarii:ut ait ado.

¶ De ſancta coiuta uirgĩe & martyre. CVI

Coiuta uirgo & martyr apud alexandriam ſub decio ceſare paſſa eſt agẽte diuino preſide. Qui ut habetur ſexto eccleſiaſte hiſto/rie libro: beatum metranum ſe/nem uolentem impia uerba proferre: iuſſit omne corpus eius membratim fuſtibus col/lidi:uultumq; eiꝰ ac oculos acutis calamis terebrari. Deinde ipſum extra ciuitatem eiectum lapidibus mactari:ut ſuperius dictũ eſt ſecundo calen. februarii. ¶ Poſt hec iu/bente iniquiſſimo preſide. Coiutam uirgi/

tiem adorare idola recuſantem: pagani pedibus innectentes: & per plateas ciuitatis hinc inde trahentes horrendo ſupplicio corpore diſcerpſerunt. Sicq; chriſto ſpiritum reddidit ſexto idus februarii.

¶De ſancta apollonia uirgine & martyre. CVII

APollonia uirgo & martyr apud alexandriam ſub decio ceſare paſſa eſt agente diuino preſide predicto. Quam pagani detentam ad idola perducentes iuſſu preſidis adorare cogebant. Quod cum illa execraretur perſecutores ipſius omnes primum dentes excuſſerunt. Deinde copioſo igne accenſo cum minarentur uiuam ſe eam incenſuros: niſi cum eis impia uerba proferret: paululum quidem intra ſemetipſam deliberans: repente de manibus impiorum prorupit: & in ignem quem parauerant: proſiliuit. Sicque igne combuſtam in odorem ſuauitatis ſuauiſſimum chriſto hoſtiam obtulerunt quinto idus februarii. Cuius corpus una cum reliquiis coiute uirginis & metrani martyrum a chriſtianis alexandrie ſepultum eſt.

¶De ſancto auſberto epiſcopo. CVIII.

AVſbertus epiſcopus filius ſircanii illuſtris cum eſſet iuuenis: + andragaſinam uirginem filiam illuſtris roberti officialis lotharii regis francorum: ſatis renitentē tandem a parentibus coactam deſponſauit uxorem. Nam cum ab annis puerilib⁹ deo uirginitatem uouiſſet: uirū omnino accipere recuſabat. Cum autem deum lachrymis propulſaſſet ut eius pudicitiam conſeruaret antequam a uiro traducta eſſet: ſubito graui in faciem lepra percutitur: & a conſortio hominum ſeperatur. Sicq; diſpenſante andoeuo epiſcopo a uiro repudiatur: & in cenobio uirginū iuxta monaſterium beluaci ſitum uirgo ipſa ſacro uelamine conſecratur. Sed poſt dies modicos a lepra mundata: priorem ſpeciē reaſſumpſit. Que & poſtmodum eiuſdem loci abbatiſſa facta laudabiliter uixit. ¶Auſbert⁹ uero uxoris exemplo relicta aula regia in qua inuite morabatur: de uoluntate lotharii regis monachus effectus eſt in monaſterio fontanelle: ſub ſācto uandegiſillo abbate. Deinde ab andoeuo epiſcopo preſbyter conſecratus: theodorico regi nundum regnanti: eum ad regnum aſcenſurum predixit. Et in huius ſignum in agro ipſiuſ theodorici tempore hyemis herbam uirentem produxit: que uſq; i preſens ibidem perpetua uiriditate cōſpicitur. Succeſſit autem uandegiſillo in regimine monaſterii fontanelle. Ac deinde poſt beatum andoeuum ad epiſcopatum rothomageñ electus fuit. Qui uti bonus paſtor commiſſi ſibi gregis dominici mirabilem curam egit. Sed tandem regi pipino quāuis falſo tamen de proditione ſuſpectus ab eodem apud altummontem in exilium actus eſt. Vbi in pace uitam finiuit quinto idus februarii. Cui⁹ corpus dum inde trāſferretur: uiſum eſt oculos tertio aperuiſſe. Sepultuſq; eſt ad preſens apud beluacum uirtutibus clarens.

De ſancto amonio confeſſore & abbate. CIX

AMonius confeſſor uir eruditiſſimus origenis didymiq; diſcipulus fuit. Qui a iuuentute uſq; ad mortem preter panem aſſum nihil unq̄ comedit. Nunq̄ uiſus eſt iraſcens: aut iurans: aut mentiens: aut uanū uel aſperum uel infirmum protuliſſe ſermonem. Cum athanaſio epiſcopo romā tendēs & rediens: nullū ciuitatis edificiū uel opus ſpectabile preter apoſtolorum & lateraneñ eccleſias conſpexiſſe narrauit. Electus aliquando in epiſcopum: aurem ſibi precidit: ut ſic uti mancus & mutilatus epiſcopatu iudicaretur indignus. Et dum adhuc omnino hoc non obſtante electioni inſiſterent: proteſtans ꝙ ſibi linguam precideret: dimiſſus eſt. Ignem de domo uicinorum aſſumens: nec in quo deferret paratum habens prunas inuſtis ueſtibus in ſinu portauit. Quieuit in pace apud cyprum quinto idus febr̄. ubi & ſepultus eſt.

¶De ſancta ſcholaſtica uirgine. CX

SCholaſtica uirgo beati benedicti ſoror ab ipſo infantie tpe domino dedicata in monaſterio fuit. Ad quam uir dei ſemel per annum uiſitandam uenire conſueuerat. Quadam die cum diſcipulis ad eam ex more deſcēdit. Qui totum diem in ſacris colloquiis deducentes: incumbentib⁹ iā noctis tenebris ſimul cibum ſumpſerunt. Cū ergo adhuc ad menſam ſederent: & tardior ſe hora protraheret: ſanctimonialis uirgo fratrem rogauit: ut ibi ſecum eadem nocte permanens diuinis eam ſermonibus refoueret. Quod ille omnimode facere denegauit. Et cum tanta eſſet in celo ſerenitas: ut nec parua nubecula appareret. Scholaſtica inſertis digitis manus ſuper menſam poſuit: & caput in manibus dominum rogatura declinauit. Moxq; tanta coruſcationis & tonitrui uirt⁹ tātaq; inundatio pluuie erupit: ut neq; pater ſāct⁹. neq; q̄ cū eo erāt frēs: extra loci limē pedē mouere potuiſſēt. Sicq; ipſe exire extra tectū nō ualēs: q̄ remanere ſpōte

noluit: inuitus in loco cum ſorore permāſit Totāq; noctem peruigilem deduxerunt & ꝑ ſacra uite colloquia ſe uicaria relatione refecerunt. Dieq; ſequenti uir dei ad monaſterium rediit. ¶ Poſt triduum uero in cella conſiſtens eleuatis oculis: uidit ſororis animam de corpore egreſſam ī columbe ſpecie celi ſecreta penetrare. Quod mox fratribus nunciauit: eoſq; ut corpus ad monaſterium ſuum deferrēt tranſmiſit. Quod ī ſepulchro qđ ipſe ſibi ꝑauerat tumulauit. Sicq; ꝯtigit: ut quorum una mens ſemper in deo fuerat: eorum quoq; corpora nec ſepultura ſepararet: Quieuit in pace uirgo domini. iiii. id⁹ februarii. Hec gregori⁹ ꝯo dial. c. xxxiiii.

¶ De ſcā ſothera uirgine & martyre. CXI.

SOthera uirgo & martyr in orientis partibus paſſa eſt. Que grauiter & diutiſſime alapis ceſa: cum cetera quoq; penarum genera uiciſſet nouiſſime gladio martyriū conſumauit. quarto idus februarii. Hec ado in martylogio.

¶ De ſcā auſtreberta uirgine. CXII

AVſtreberta uirgo filia ſiſinnii illuſtris: & ſancti auſberti rothomageñ epiſcopi ſoror fuit. Que uoto uirginitatis emiſſo ab eodē fratre ſuo in cenobio uirginum apud ciuitatem rothomagum incluſa: poſt laudabilia ſanctitatis & uite teſtimōia. 4. id⁹ februarii migrauit ad domium: ut dicit guilelmus.

¶ De ſcā euphroſyna uirgine. CXIII.

EVphroſyna uirgo apud alexandriam claruit. Que ipſius ciuitatis nobiliſſimo patre pannutio ꝓgenita fuit. Hic enim dum prole careret: & monaſterium quoddā monachorum ciuitati proximum frequentius uiſitaret: Eiq; multas elemoſynas conferret. Agabitum abbatem & monachos exorauit: ut ſibi gratam ſobolem a domino precibus impetrarent. Cui deus orationibus fratrum filiam euphroſynam conceſſit. Duȝ autem ad annos nubiles perueniſſet: & uirginitatem ſuam chriſto uouiſſet: eamq; pater licet inuitam cuidam nobili iuueni deſpondiſſet: uirgo chriſti uotum adimplere cupiens de paterna domo latenter abſceſſit: & ſumpto uirili habitu ſeq; ſmaragdum nominans ad dictum monaſterium ſexum uirilem fingens acceſſit: ſeq; monachum fieri poſtulauit. Quem abbas gratanter excepit: & monaſticum habitum ſibi tradidit. Que in ſancta religione ieiuniis & uigiliis pre omnib⁹ occupabatur: & ab omnibus maſculus putabatur. Cū autem eius eleganti decore fratres aliquādo tētarentur: iuſſu abbatis ſepe ratim cellulam petiit: & ſolā incluſa deo ſeruiens omni tempore manſit. Verum pater & ſponſus euphroſynam ubiq; perquirentes: nec uſquā inuenientes: nimia triſtitia afflicti eam ut mortuam deflebant. Pater uero occupatus triſtitia: ſepius ad abbatem agabitum ueniebat & ſe ſuis orationibus cōmendabat. Ille uero cum fratribus deum exorabant: ut qui pannutio conceſſerat filiam: eandem ſibi reuelaret uel defunctam. Sed cum abbas a domino ſe exaudiri minime conſpexiſſet: & pannutius nullam conſolationem recipere poſſet: perduxit abbas pannutium ad ſmaragdum incluſum: ut eius facuudo colloquio conſolaretur. Quem euphroſyna cognoſcens: ſed ab eo minime cognita: utpote habitu uirili uultu ſqualida & afflicta: patrem ſuper amiſſione filie blandis adeo ſermonibus conſolatur: & ſacris colloquiis exhortatur ꝙ quaſi rediuiuus effectus ex mortuo eam frequenti⁹ uiſitabat. Sicq;. xxxviii. annis incluſa oībus incognita manſit. Poſt hec graui ualitudine preſſa mortiq; proxima: patrem ſecreti⁹ aduocat: eiq; omnia ſua occulta reſerat: & ꝙ ſit euphroſyna ipſius filia ueris indiciis manifeſtat. Omnibuſq; detectis inter eius manus ſpiritum exhalauit. Quam pater amariſſime deflēs: utpote ſero cognitam: audita abbati & fratribus reuelauit. Dum corpus lauari deberet ueritas detegitur: & uirgo domini a fratribus cum lachrymis in monaſterio ſepelit. In cuius exequiis monachus monoculus corpus deoſculans lumē accepit. Pannutius uero omnib⁹ uenditis pauperibus medium precii: & aliud mediū monaſterio ceſſit. Vbi & ipſe monachus factus in ſancto propoſito decennio filie ſuperuixit. Quieuit ī chriſto uirgo ſancta tertio idus februarii. (1a. Januarii).

Paphnutio

¶ De ſcis ſaturnio & ſociis marib⁹. CXIIII

SAaturninus preſbyter: dauid: felix: apuleus: & plures ſocii eorundem martyres: apud aphricam paſſi ſunt. Qui ſub anolino proconſule per diuerſa tormenta glorioſiſſime triumpharunt tertio idus februarii. Vt ſcribit ado.

¶ De ſancto ſeuerino confeſſore. CXV.

SEuerinus confeſſor claruit tempore clodouei regis francorum. Hic abbas fuit monaſterii agaunenſis multorumq; miraculorū gloria celeberrimus efulſit. Nā prefatum clodoueum regeȝ dudum ualidiſſimis febribus oppreſſum quem nullus medicorum curare potuerat: ab eo accerſitus ſua confeſtim oratione ſanauit: & in ciuitate pariſienſi multos languentes a diuerſis infirmitatibus liberauit. Dum autem

rex eidē ꝑ beneficii uiciſſitudine multas pecunias obtuliſſet: nihil oīno recepit: nihilq; aliud pro munere petiit: niſi ut ī toto regno quicūq; in carceribus qualitercunq; detenti libere laxarentur: quod & factum eſt. Qui diebus aliquibus pariſiꝰ reſidens: poſtquā obitum ſuum angelo nunciante cognouit: egreſſus ex urbe ad montē qui caſtrum nauonis dicit̄ ꝑperauit. Ibiq; in oratorio quodā inter manus ſacerdotum domino ſeruientiū expirauit. Admirabili luce inſtar ſtelle ī eiꝰ tranſitu eccleſia circunfuſa: ibiq; ſepultus eſt. 2. idꝰ febr̄.

¶ De ſancto iuliano hoſpitatore confeſſore. CXVI

IVlianus confeſſor qui a tranſeuntibus ꝑ bono hoſpitio inuocat̄: qui & hoſpitator bonus dicitur: utrūq; parentem ignoranter occidit. Cum eni exiſtens iuuenis uenationi inſiſtens ceruum inſequeret̄: ceruus conuerſus ei miraculoſe locutus predixit: ꝙ patrem ſuum & matrem ſuam occidere debebat. Quod iuuenis audiens timuit: & ne ſibi ꝓphetata ꝯtingerēt ad regionem longe remotam latenter abſceſſit: ubi cuidam principi adheſit: & tam ſtrenue ſecum ſe habuit: ꝙ principem militie eum fecit: & quandam caſtellanam uiduam in cōiugem ei tradidit: & caſtellum pro dote accepit. Interea parentes iuliani ꝑ amiſſiōe filii uagantes eū ubiq; ſolicite reqrebāt. Tandē ad caſtrū cui filius preerat deuenerunt. Caſuq; iulianꝰ abſceſſerat. Quos cū uxor iuliani uidiſſet: & q nam eſſent inquiſiſſet: & illi cuncta que de filio contigerant enarraſſent: intellexit ꝙ uiri ſui parētes erant: utpote que hec a uiro frequenter audierat. Ipſos igitur benigne ſuſcepit: & ꝑ amore uiri ſui lectum eis dimiſit: & īpſa ſibi alibi cubile preparauit. Factoq; mane ſummo diluculo caſtellana ad eccleſiam perrexit. Iulianus rediens thalamū ſuū uxorem excitaturus intrauit. Et inueniens duos pariter dormiētes: uxorem cum adultero ſuſpicatus: extracto gladio ambos pariter iugulauit. Exiens autem domū obuiauit uxori ab eccleſia redeunti: & admirans interrogauit: qui nam eſſent illi: qui ī ſuo lecto dormirent: que reſpondit parentes ſuos eſſe: qui ipſum dudum queſierant: quos honorifice ſuſceptos ī ſuo thalamo collocauerat. Ille hoc audiens effectus exanimis amariſſime flebat: & ſe miſerum & patricidā exclamabat. Et dum coniugem uellet deſerere pro penitentia peragenda: uxor omnino eum ſequi propoſuit: ut que fuerat ſecū participes letitie: fieret & doloris. Sicq; abeuntes iuxta fluuium ubi multi peribant: hoſpitale fecerunt: in quo omnes pauperes hoſpitio recipiebant: & penitentiam peragebant: omneſq; inde itinerantes iulianus tranſuadabat. Poſt multum temporis media nocte cum eſſet grauiſſimum gelu: audiuit iulianus uocem lugubrem: ut ſe traduceret inuocantem. Qui concitus ſurrexit: & pauperem frigore deficientem tranſuexit: & accenſo igne in domo ſua calefacere fecit. Sed cum calefieri non poſſet: ipſum in lectulum ſuū portauit: & diligenter operuit. Poſt modicā horam qui infirmus & quaſi leproſus apparuerat: ſplendidus ad ethera conſcendit: & uale faciēs hoſpiti ſuo: dixit ꝙ ipm ad eū deꝰ miſerat: & peccatū ſuū ſibi dimiſſū ꝑpter hoſpitalitatem nunciabat. Sicq; ille diſparuit. Et iulianus cum uxore poſt modicum plenus ſanctis operibus uitam finiuit. 2. idus februarii. Et quia fuit pauperum peregrinoꝝ ſuſceptor: inde a uiatoribus pro bono inuocatus hoſpitio dicitur iulianus cognomine hoſpitator.

¶ De quadrageſima. CXVII

QVadrageſima incipitur a dominica qua cantatur Inuocauit me ꝛc. & ſignificat tempus afflictionis: ubi eccleſia que tot tribulationibus clamauerat Circūdederunt me ꝛc. Et poſtmodum inuocandum adiutorium reſpirauerat dicens. Exurge domine ꝛc. Eſto mihi ī deum protectorem ꝛc. Nunc ſe exauditam oſtendit dicens Inuocauit me ꝛc. ¶ Notandum autē: ꝙ quadrageſima quādoq; dicit̄ habere quadragintaſex dies: quādoq; quadragintaduos: quandoq; quadraginta: quandoq; uero tantum trigintaſex ſecundū diuerſos reſpectus. ¶ Dicitur autem eſſe quadragintaſex dierum omnibus ipſius diebus computatis incipiēdo uidelicet a feria quarta cinerum: & procedendo uſq; ad diem paſche omnibus diebus tam dominicis q̄ feriis computatis. Quāuis enim diebꝰ dominicis non ieiunemus: tamen a carnibus abſtinemus. Ratio autem huius obſeruātie eſt: quia licet ſecūdū theologos corpus humanum quadragīta diebus formetur: tamē ſ̄m philoſophos quod uerius reputatur: hominis corpus quadragintaquinq; diebus organizatur: & perficitur: & quadrageſimo ſexto die anima corpori infunditur. Ideoq; q̄dragintaſex diebus abſtinemꝰ: ut ſicut aīa corpori infuſa ex carnis ꝯmixtione. xlvi. die maculatur: ſic in carnis afflictione. xlvi. diebus a macula expietur. ¶ Vel ut hō tot diebus deo ꝑſoluat abſtinētie debitū: quot ab eius clementia ſe nouit eſſe perfectū. ¶ Dicitur etiam quadrageſima fore. xlii. dieꝝ incipiendo a prima dominica a qua munda quadrageſima incohat̄: & numerādo omnes dies uſq; ad reſurrectionē tam dominicos q̄

feriales.Cuius obſeruãtie ratio eſt.Quoniã mattheus quadragintaduas generationes ab abraham uſq; ad xp̄m poſuit:ex quibus xp̄s ſecundum carnē deſcendit.Quoto ergo numero ad nos deſcendit per carnis generationem toto ad eum aſcendere debem⁹ per carnis macerationē.Et hec eſt ratio ambroſii. ¶Vel quia ſicut filii iſrael ad terrã promiſſionis ꝑgentes.xlii.mãſionibus per deſertũ factis ad ipſam terram deuenerũt.Sic & nos ad patriam eterne ꝓmiſſionis feſtinãtes.xlii diebus per huius mundi eremũ ieiuniis afflicti ad eande3 patriam deuenire oportet: & hec ē ratio auguſtini.¶ Dicitur inſuꝑ quadrageſima.xl.dierum incipiendo a die cinerum uſq; ad paſcha ſolis diebus ferialibus ꝯputatis & dominicis in quibus non ieiunamus deductis.Cuius obſeruantie ratio eſt: quia ut dicit auguſtinus.Ad hoc ut hēamus qnquagenariũ quadragēario denarius adiiciē dus eſt. Quia ad hoc ut ueniam⁹ ad eternam requie3:oportet nos p̄ntis uite tempore laborare: Vnde dominus poſt reſurretionem.xl.diebus cum diſcipulis manſit & poſtea.x.die ſpiritũ eis paclitum miſit. ¶Vel ut dicit gregorius.Cur ī abſtinētia quadragenarius numerus cuſtodit̄:niſi quia uirtuſ decalogi per libros quattuor ſcī euangelii īpletur.In hoc etiam mortali corꝑe ex quattuor elemētis ſubſiſtimus : & ꝑ uoluptates eiuſdem corporis decalogi preceptis cõtrahimus . Quia ergo ꝑ carnis deſideria decalogi mandata ꝯtēpſimus:dignũ eſt ut eandē carnem quater decies affligamus.¶Dicitur preterea quadrageſima eſſe .xxxvi. dierum incipiēdo a prima dominica uſq; ad paſcha deductis diebus dominicis & ſolis feriis cõputatis.Cuius ratio ē ut dicit gregorius qa dum per.365..dies annum ducimus .xxxvi. diebus ieiunantes quaſi anni nr̄i ſiue tēporis decimas deo damus. Non ſolum enī deo debētur decime reꝝ ſed etiã decie dieꝝ.¶Notandũ autem ꝙ xp̄s poſtq̄ baptiſmũ ſuſcepit ſtatī ſuum ieiuniũ incohauit. Quare aũt eo tempore nr̄m ieiuniũ non obſeruam⁹ ſed cũ paſcha potius illud ꝯtinuam⁹: quadruplicē rationē aſſignat ioãnes beleth in ſũma de officiis.¶Prima ē ut ſi uolum⁹ cũ xp̄o reſurgere quia pro nobis paſſus eſt & nos cũ eo ꝯpati debemus.¶Secũda cã eſt ut ꝑ hoc filios iſrael imitemur : qui eo tꝑe exierunt de egypto & ſubſequēter eodē tēpore de babylonia.Quod inde probat̄ :quoniã tã iſti q̄ illi ſtatim egreſſi celebrauerũt paſcha: Sic & nos imitantes illos:hoc tꝑe ieiunamus ut de egypto & babylonia .i. hoc mundo exeuntes in terrã hereditatis eterne ingredi mereamur .¶Tertia eſt quoniam feruor libidinis magis accēdit̄ tꝑe ueris: ut ergo refrenem⁹ corꝑis eſtũ hoc tꝑe maxīe ieiũam⁹.¶Quarta ē qa ſtati poſt ieiuniũ d̄bem⁹euchariſtiã ſumere. Sicut igitur filii iſrael priuſq̄ agnũ comederent ſe affligebant:edentes latucas agreſtes & amaras.Ita nos debemus ꝑ penitentiã prius affligi:ut digni ad eſum agni uite ꝑuenire ualeamus: hec ioãnes beleth ubi ſupra.

¶De ſcō agabo propheta. CXVIII.

AGabus ꝓpheta ut abbas dorotheus ſcribit unus fuit ex.72.diſcipulis xp̄i. Hic natione antiochenus ut habet̄ actuũ.xi. tꝑe apoſtoloꝝ ex hieroſolymis ãtiochiã ueniens:ſignificabat ꝑ ſpiritum famē in uniuerſo orbe futurã : que facta ē ſub claudio ceſare.Cui⁹ rei grā diſcipuli ꝓut quiſq; habebat propoſuerunt in miniſterium mittere habitantibus ī iudea fratribus: quod & fecerunt mittētes & ſeniores ꝑ manus barnabe & pauli.¶Hic etiã cũ paulus eſſet ceſaree illuc ſupueniens tulit zonam pauli : & alligans ſibi pedes & manus dixit ꝑ ſpiritũſanctum:uiꝝ cui⁹ erat zona illa ſic alligandũ per iudeos in hieruſalē & tradendum in manus gentium:ſicut & rei euentus probauit. Sic ergo ſub noui teſtamenti gratia iſte ꝓphetico ſpū claruit. Qui & antiochie ī pace qeuit idibus febr̄.

¶De ſcīs fuſca uirgīe & maura mr̄i. CXIX

FVſca uirgo & maura nutrix eius apud rauēnam martyrium paſſe ſunt ſub preſide qntiano.Hec nobili patre eiuſdem urbis nomine ſyroi gentilitatis errore detēto ꝓgenita:cum eſſet annoꝝ.xv.deſiderabat eſſe xp̄iana.Qu od cũ maure nutrici ſue ſecreto reuelaſſet: & ipſa puelle ꝯſenſiſſet imo etiã ad xp̄i fidem tranſire diſponeret : uenerunt occulte noctu ad ſanctũ preſbyterũ hermolaũ:q eas baptiſmatis unda ꝑfudit & de fide diligenter inſtruxit. Que cũ ſyroi pater ei⁹ didiciſſet:& filiã ab intentione xp̄iana reuocare nõ poſſet:eam ī carcere clauſit: & cibũ omnē triduo denegauit.Quibus dieb⁹ſyroi miſſis ad filiã matronis & coetaneis puellis ut eã ad patris uolũtatē iflecterēt uirgini ꝑſuaderi fecit:ſed nihil oīno ꝓfecit.Deide ipē idē in carcerē ꝑſonaliter acceſſit: & fuſcam blandis ſermonib⁹ demulcēs aīum ei⁹ī nullo mutare ꝑualuit. Quã ide poſtmodũ eductam gladio pimere uoluit: ſed mater eius ſe iterpoſuit ſperans ex dilatione temporis filiam ad patris uoluntatē blanditiis demulcendam.Tunc ad ſacrificandum diis ſuis pater acceſſit:ut ipſi filie propoſitum commutarent. ¶ Poſt dies aliquot preſes quintianus rauennam igreſſus hoc audiēs mãdauit ſuſcã & maurã cũ parētib⁹ ſuis ad ſe uictos

adduci. Miniſtri uero uidentes eā orantē:& angelum dn̄i ſplendidū iuxta eā ſtantē territi redierunt. Et dū hec p̄ſidi renūciarent: fuſca & maura ſe ſpōte ſibi p̄ntauerunt:& xp̄ianas eſſe uiua uoce pnunciarūt. Dū aūt preſes ſyroi tentū interrogaſſet: cur filiā xp̄ianam fieri pmiſiſſet: illeq; e cōtra ſe excuſans oīa geſta per ordinē rettuliſſet: quintian⁹ quidem ſyroi dimiſit: fuſcā uero xp̄m ꝯfitētē & idola ꝯſutantē flagellari mandauit. Deinde i carcerem una cū maura trudi fecit. Et dū in fide imobiliter perſeuerarent: iuſſit eas p̄ſes ex urbe educi: ibiq; illas gladio tranſuerberari. Cum autē ad locū certaminis adducte fuiſſent: fuſca oratione fuſa ad dn̄m: ut ſuſciperet aīas eaꝝ in pace: uoce celica confortatur: deide a ſpiculatore gladio p latera trāſfixa necatur. Maura uero nutrix eius tenens corpus uirginis cū lachrymis rogauit carnifices: ut eam ſimili paſſione tranſfoderent quod & factū eſt. Quaꝝ corpora naute q̄dā xp̄iani noctu rapientes ad prouinciā tripolitanam ciuitatē ſabratā ea deduxerunt:& ibidem honorifice cōdiderunt. ¶ Trāſactis uero multis ānoꝝ curriculis ciuitate illa a paganis depopulata: uitalis quidā uenetus diuinitus ad urbē ipſam deſertam nauigauit: & corpus ſcē fuſce inde ſublatum ad puīciā uenetie tranſtulit: & in ciuitate torcellenſi cum honore collocauit: ubi & eccleſia eius nomini fabricata eſt. Paſſa eſt aūt uirgo xp̄i cum eius nutrice idibus februarii.

¶ De ſcō ſtephano abbate. CXX

Stephanus abbas ordinis grandimonteñ fundator claruit anno dn̄i. 1081. Hic de aluernia natus nobiliſſimi cuiuſdā ſtephani filius in annis puerilibus ab eodem beneuentum deduct⁹ ſcōq; miloni archiep̄o traditus ānis. 12. ſub ipſo doct⁹ & educat⁹ ē. A quo poſtmodū diſcedens uitāq; anachoriticā ducere cupiens: multis eremis pagratis ut locū q̄etis inueniret: tandē deuenit aquitaniā pp̄e ciuitatē lemouiceñ: montēq; nemoroſum & aſpeꝝ qui dicit̄ muretus ꝯſcēdit: quē ſibi locū aptū elegit: factoq; paruo tugurio monaſticā uitā ducere cepit: pane ſolo & aqua refect⁹: lectulo ex tabulis tantū abſq; aliquib⁹ ſtramētis decūbens: ueſtes uiles & leues induēs: q̄s nullo calore minuebat: nullo frigore paugebat. Ibiq; ordinem incohauit plurib⁹ miraculis fulgens. Interque dū q̄dā miles peccatū aliq̄d ſibi ꝯfeſſus eēt: a quo nullatenus deſiſtere uolebat: imo etiā ne crimē deſereret: ſi forte p ſe ſcūs oraret ualde dubitabat: abbatē rogauit iſtāter: ne p ſe p̄ces ad deū ullas effunderet. Pro eo tn̄ ſtephan⁹ orauit: & anteq̄ inde recederet: militē a peccato uolūtarie ſubtraxit. ¶ Cū q̄dā diues ei uictualia ſepe deferret: quadā die cibaria portans: a p̄donibus in itinere capitur & ſpoliat̄. Quod ſcūs dei per ſpiritū intelligens: p uiro xp̄m orauit. Et ecce nocte uir ille liber dimittitur:& cū furibus diuinitus uinculatis mane uictualia deferens ante monaſterii ianuas reperit̄. Predoneſq; uiſo miraculo conuertunt̄:& impoſita eis p abbatē penitētia relaxant̄. ¶ Ipſe obitū ſuū ſibi reuelatum a deo lōge ante p̄dixit:& anno etatis ſue. 80. ſanctitate mirificus in pace quieuit idib⁹ febr̄. Cum aūt fratres ei⁹ obitū occultarent: ut pacifice ſine populoꝝ cōcurſu corp⁹ ſepelire poſſent. Adeſt ſubito p̄ſbr̄ ciuitatis & populi multitudo eius obitū cognouiſſe clamātes:& ei⁹ ſepulture intereſſe ſupplicātes. Et interrogati quō ei⁹ tranſitū didiciſſent. Rn̄derunt: ꝙ puer quidā nuper migrauerat: q biduo ante loquelā amiſerat ſed dū ad ultimā deueniſſet horam locutus fuerat dicens: ꝙ ſcalam luciḋiſſimā uiderat cuius cacumen celum & infima pars montē muretū tenebat: p quā domnū ſtephanū cōſcēdiſſe ꝯſpexerat: cū quo & ip̄m ſtatim abire oportebat. Et his dictis ꝯtinuo expirauerat. Sicq; popul⁹ eius interfuerūt exequiis. Sepultuſq; ē in monaſterio ipſo. ¶ Poſt aliquot annos ſub abbate petro ei⁹ ſucceſſore mōachi dīna reuelatiōe mōiti: cenobiū & ordinē ad grādimōtē trāſtulerūt: a quo & ordinis uocabulū aſſumpſerunt: ubi & nouū monaſterium ꝯſtruentes corp⁹ ſci ſtephani detulerunt: ubi & iacet ſignis coruſcans.

¶ De ſcō ſtephano alio abbate. CXXI

Stephanus ali⁹ abbas mōaſterii iuxta reatine ciuitatis menia conſtituti pater fuit tēpore gregorii pape primi. De quo idē doctor ſcribit: ꝙ fuit uir ualde ſanct⁹ patientie ſingularis. Cui⁹ lingua licet eſſet ruſtica: docta erat eius uita. Hic pro amore celeſtis patrie cuncta deſpexerat: tumult⁹ hominum deuitabat: crebris orationibus intētus erat: in quo uirtus patientie in tantū excreuerat: ut eum ſibi amicum crederet: qui ſibi moleſtiam irrogaſſet. Reddebat in contumeliis gratias: ſiquid ſibi damni fuiſſet illatum: hoc maximū lucrum putabat. Hunc cum dies mortis egredi de corpore urgeret conuenerunt multi: ut tam ſancte anime de mundo recedenti ſuas animas cōmendarent Quorum alii circa eius lectulum conſiſtentes corporeis oculis angelos ingredientes uiderunt: ſed dicere quicquā non potuerūt: alii omnino nil uiderunt. Et hi ergo qui uiderant:& qui nil penitus conſpexerant: uno omnes timore percuſſi fugierunt: nulluſq; illic aſſiſtere eo moriente potuit: ut palā daretur intelligi: que illa egrediens ſcā anima

ſuſciperet: cuius egreſſum nemo mortaliuꝫ
ferre potuiſſet. Hec gregorius.

¶De ſcō ualētino epo & mar̄e. CXXII.

VAlentin⁹ eps ichtyrañ i urbe ro/
ma martyriū paſſus eſt. Nam cū
craton qdā ciuiſ athenieñ orator
ꝯſpicuus grece & latine ligue pe
ritus. Rome clar⁹ haberet: treſqꝫ
haberet diſcipulos ꝯciues nobiles athenieñ
ſcilicet ꝓculum phebū & apolloniū ſecū in
urbe perorantes: ꝯtigit filiū ei⁹ ceremonē tā
ta egritudine ꝑ triēnium detineri: ut incur/
uatus dorſo caput circa genua deflexū tene
ret: & niſi portaret ab aliis ſe oīno mouere
non poſſet. Cum autē nullus medicoꝝ eidē
ſubuenire potuiſſet: extitit qdam tribunus
frōtonius: q germanā ſuam aſſuit per quen/
dā ualentinū ichtyrañ epm a ſimili paſſione
liberatā. Quē craton per quoſdā nobiles a/
micos ſuos ad ſe romā accerſiuit: & ut filiū
ſuum ſanaret ſicut & germanā tribuni ſana/
uerat inſtantius ſupplicauit. Promittens ei
dimidiū ſuaꝝ facultatum: ſi filium ſuū red/
deret ſibi ſanum. Scūs uero ei⁹ diuitias con/
tēpſit: ſed pauperib⁹ dandas ꝑſuaſit: nihilqꝫ
aliud ab eo petiit: niſi ut in xpm crederet: &
filius eius ſalutē ꝑcipet. Qui dum ſe cū om/
ni familia & tribus eius diſcipulis fidē xpi ꝑ
cepturos ꝓmitteret: ſi filium eius curaret in
greſſus ualentinus cum filio cratonis cubi/
culuꝫ: tota nocte in oratione pſeuerauit. Et
circa mediam noctē ſubito lux maxima i cu
biculo effulſit: & ceremō ſanatus cum epo
pſallere cepit. Et facto māe ualentinus pue
rum patri erectū reſtituit atqꝫ cratonē cum
uxore & filio & omni eius familia: nec non
proculum phebum & apollonium baptiza
uit. & in fide diligenter iſtruxit. Ceremō aūt
diſcipulus eius effectus epm predicātem ſe
quebatur. ¶Cum aūt preſati cratonis diſci
puli xpm predicando multos conuerterent:
& ualentinus eps plurima miraculoꝝ ſigna
faceret: ſenatores romani iuidia accēſi eo ꝙ
propter iſtos multi deoꝝ cultuꝫ deſerebāt:
ualentinū epm detineri fecerūt: & uirgis ce
ſum eo ꝙ ſacrificare nollet placido urbis ꝑ
fecto tradiderunt. Qui ipſum in arta cuſto/
dia recluſit: & media nocte populū timens
illum in ipſo carcere decollari fecit. Cuius
corpus ✠ procul⁹ ✠ phebus ✠ & apollo/
nius noctu rapuerunt: & ad ciuitatē ichtyra
neñ deferentes in ſuburbaio ciuitatis hone/
ſte ſepulture tradiderunt: ubi cū in dei lau/
dibus iugiter perſiſterent tenti a gentilibus
traditi ſunt licentio cōſulari. Qui ſciens eos
a multis populoꝝ inſignibus dilectos: no/
ctis medio iuſſit eos ſibi preſentari: & imo/
lare diis recuſantes capitali ſnīa clandeſtine
puniri. Statimqꝫ de ciuitate illa diſceſſit: &
quo abiret nemini reuelauit. Quorum cor/
pora a quodā abūdio preſbytero iuxta cor/
pus ſancti ualentini tumulata fuerūt. Paſſio
horum recolitur. xvi. cal. martii.

¶De ſcō ualētino pſbytero & mr̄e. CXXIII.

VAlentin⁹ pſbyter & mr̄. Rōe paſ/
ſus eſt ſub claudio imperatore.
Quē imperator de xpianitate ac/
cuſatū teneri fecit i uinculis duo
bus diebus. Deinde ſibi i amphi/
theatro preſentatum interrogauit: cur deos
non adoraret. Sanctus uero xpi fidem ꝯſtan
ter multis rationibus ueriſſimā cōprobauit
& omnes deos gentium ꝯfutauit: in tantū ut
imperator ipſum de ſapiētia ꝯmendaret. Ve
rum dum calphurnius prefectus aſſiſtens
claudio diceret imperatorem ſeductum: ti/
mens imperator populi aſtantis confuſionē
animo imutatus ualentinum tradidit aſterio
principi: ut eum in domum ſuam adductuꝫ
patienter tractaret: & ipſum ad deoꝝ ſacri/
ficia ſuaderet. Cum autem ſanct⁹ domū pri
cipis introiſſet: & xpm lumē uerum inuocaſ
ſet: ut domū aſterii illuminaret: dixit ei aſte
rius: ꝙ quia xpm lumē appellauerat ſi filiā
eius adoptiuam cecam illuminare in chriſti
nomine poſſet: ipſe cū omni ei⁹ familia xpo
crederet. Sanctus autē preſbyter oratiōe fa/
cta puellam illuminauit & aſterium cum oī
domo ſua & filia conuertit & baptizauit.
Que cum audiſſet claudius iuſſit ✠ aſteriū
& puellam atqꝫ omnem eius familiam tene/
ri: ipſoſqꝫ cūctos ad ciuitatem oſtiaꝫ miſſos
per diuerſa tormenta uita preſente priuari.
Sanctum uero ualentinum iuſſit fuſtibus ce
di: & confitentem chriſtū uia flaminia addu
ctum capite truncari. Cuius corpus a qua/
dam matrona ſauinella collectum in eodeꝫ
loco ſepultum eſt. xvi. cal. martii.

¶De ſanctis baſſo & antonino & ſociis mar
tyribus. CXXIIII

BAſſus: antoninus: protolicus: ty/
rion preſbyter: moyſes: baſſian⁹
agathon: dionyſius & amonius a
pud alexandriā paſſi ſunt. Quo/
rum baſſus: antoninus & protoli
cus pro chriſti nominis confeſſione in mare
demerſi ſunt. Tyrion uero preſbyter: moy/
ſes baſſianus & agathon igne combuſti fue/
runt. Dionyſius autem & amoniuſ gladio ce
dente paſſionem conſumauerunt. xvi. calen.
martii. Hec hyeronimus in martylogio.

¶De ſancto ſiſinnio epoſcopo. CXXV.

SIſinni⁹ epiſcopus thauſineñ que
ciuitas eſt prope epheſum & uo
catur thaus apud ipſam urbem
claruit. Hic eutityo & eutitya no
bilib⁹ pentibus ſmyrne ciuitatis
ortus eſt. quorum precibus a deo obtentus

eſt: cum prius prole carerent: & gratia ſu/
ſcipiende ſobolis eccleſiam bti ioannis euā/
geliſte apud epheſum ſepius cū oblatióibꝰ
uiſitarent. Qui dum infans adhuc ubera ma
tris lamberet: quarta ſexta feria & ſabbato
ſemel tantū in die mámillas ſuggebat. Cuꝫ
aūt eſſet annoꝝ octo a patre liberalibus di/
ſciplinis imbuendus traditur: & in eis breui
tempore perfectꝰ erudit. ¶ Die q̄dā miſſus
a pr̄e ut blada ſubiectis ſibi gētibꝰ diſpenſa
ret: totum triticū pauperibus errogauit: qđ
pater audiens moleſte tulit: ad ſuggeſtioné
tamen filii ad horrea que prius ille uacua/
uerat ꝓceſſit: & ea omia decoro & nouo fru/
mento repleta diuinitus inuenit. ¶ Mortuo
uero epo tauſineñ theodorus eps epheſinus
metropolitanus ipſius diuina reuelatione ei
dem ciuitati ſiſinnium licet ſatis recuſantem
cum adhuc eſſet annoꝝ uiginti in epiſcopuꝫ
ꝑfecit. Qui gregem dominicū ſibi cōmiſſuꝫ
uerbis & exemplis ſolicite paſcere curauit.
¶ Cum quidam leontius p̄ſbyter per annos
octo loquelá amiſiſſet: ſiſinnius ei in chriſti
nomie mádauit: ut die natalis dn̄i tunc de ꝓ/
ximo futuro miſſam populo celebraret: qđ
& ille adimpleuit: loquela ſibi exinde pleni
us reſtituta. ¶ Poſt hec ſiſinnius filium mu/
lieris uidue ab annis. xiiii. maligno uexatuꝫ
ſpiritu: poſt triduanum ieiunium & oratio/
nem ac uigilias tribus diebus in eccleſia ce/
bratas a demonio liberauit. ¶ Sed dum per
annos. 54. eccleſiá ſuam feliciter guberna/
ſet die quadam hora ſexta eo celebrante au
dita eſt uox de celis eum ad celeſtia uocans.
Qui omni clero & populo conuocato: & in
domino ꝯfortato: ea die qua poſtmodū de/
ceſſit ſe ad dn̄m migraturum predixit: & ut
predixerat: ſic euenit. Quieuit náq; in pace
16. calen. martii. Cuius corpus in eccleſia ſá
cti ioannis euágeliſte apud epheſum prout
ipſe iuſſerat delatum: ibiq; condigna uenera
tione tumulatum ſeruatur.

De ſcō cratone martyre. CXXVI

CRaton martyr ciuis athenienſis
orator inſignis rome paſſus eſt.
Cuius cum filium ceremonem
contractum ſanctus ualentinus
epiſcopus ſanaſſet: ut dictum eſt
in eius paſſione. 16. calen. martii: conuerſus
eſt ad chriſtum craton cum filio & omni fa/
milia ſua: & ab eodem epiſcopo baptizati
ſunt. Poſtq̄ uero ualentinus epiſcopus paſ/
ſus eſt. Craton etiam a ſenatu romano ex in
uidia detentus & eorum ſententia decollatꝰ
eſt. ✠ Cuius corpus ceremon filius ſepeli/
uit in predio ſuo. 15. calen. martii. Qui poſt
patris martyrium in ſanctis operibus chri/
ſto deſeruiens: & ipſe poſt tempus aliquod
laudabiliter ex hac uita deceſſit.

¶ De ſcis fauſtino & iouita mar. CXXVII

FAuſtinus & iouita martyres apđ
ciuitatem brixie paſſi ſūt ſub ha/
driano imperatore. Quorū pri/
or in preſbyterum: ſecundus ue/
ro in diaconum in ciuitate medi/
olaneſi a ſancto apollonio epiſcopo ordina
ti: apud brixiam chriſtum dn̄m predicabát.
Quos imperator hadrianus ipſam urbem i/
greſſus comprehendi fecit: & ſacrificare no/
lentes in equuleo leuari & torqueri iuſſit.
Qui cū ex equuleo ſoluti ante capitoliū ſta
rent illeſi: unus de miniſtris noie calocerus
conuerſus eſt: & magnum deū chriſtianoꝝ
clamare cepit. Qué hadrianus extra capito
lium eiici fecit: fauſtinū uero & iouitá in er/
gaſtulo cōcludi. Ad quos uiſendos xp̄s no/
ctu ueniens cū luce nimia ꝯfortauit eos. Cū
q; hec cuſtodes carceris calocero nūciaſſent
uenit ille ad hoſtiuꝫ carceris: & uiſionem ui
dit: atq; a dn̄o exhortationé accepit: ipſe ue
ro cuſtodibus fidem xp̄i predicauit: & eos
ipſa nocte conuertit. Et cū a ſanctis martyri
bus omnes ſtantes ante ianuam carceris ba/
ptiſmum expeterét: angelus dn̄i eduxit ſcós
ianuis clauſis: q caloceꝝ cū militibus ad ſá
ctum apollonium adduxerunt. Illeq; ipſos
baptizauit hora q̄ſi. 12. Et cū altare nō habe
rent: in quo dominicū corpus ꝯficerét: ſubi/
to apparuit quaſi linteamen niueū extenſuꝫ
habés corpꝰ dn̄i inuolutum cum quattuor
luminaribus accenſis. Sicq; omnes ſacram
euchariſtiam ſumpſerunt. Deinde ab ange/
lo confortati ſunt. Qui & ſanctos martyres
in carceré reduxit: & cum eis calocerum &
eius milites clauſis ianuis & ſignatis intro/
miſit. Mane autem facto cum hec hadrianꝰ
uidiſſet: & quia calocerus cum eius officio
intra carceré clauſis ianuis introiſſet. Iratꝰ
omnes milites illos ante ſe adduci precepit:
& eos omnes chriſtum confitentes decolla/
ri mandauit. Calocerum uero fauſtinum &
iouitam ſecum uinctos mediolanum addu/
xit. Quos ſacrificare nolentes in equuleo le
uatos diu mandauit torqueri: deinde lampa
des ardentes eorum lateribus apponi: &
poſt hec ſtupa reſina & oleo adhibitis i/
gnem copioſum ſubter eos accendi. Oran/
tibus autem ſanctis: ignis ad ſtatuas deo/
rum que capiti imperatoris ſupereminé/
bant: proſiliit: & eas incendit. Imperator ue
ro fugiens ſanctos dei pedibus ad poſterio
ra taurorum ferocium ligari fecit: & in ſil/
ua dimitti: ut tracti poſt eos diſcerperent.
Tauri uero in ſilua uti agni ad preſepe ſtete
runt. Angeli uero martyres exoluerunt: &
eos tauris cum omni manſuetudine inſequé
tibus ad ciuitatem reduxerunt. Venienteſq;
ad palatium coram imperatore ſteterunt

illeſi:tauri uero omnes ſibi obuios cornib⁹
uulnerabant:& ad ſcoꝝ pedes humiliter ꝓ/
cũbebant. Cũq; hec hadrianus arti magice
deputaret uoluit eos abinuicẽ ſepare.Et ca/
loceꝝ quidẽ antiocho preſidi tradidit puniẽ
dum:fauſtinũ uero & iouitã carceratos ſuo
iudicio reſeruauit. Antiochus autẽ cum al/
pes cotias eẽt tranſiturus caloceꝝ ante ſe ꝑ
miſit cuſtodie traditũ. Cuſtodes uero calo/
ceꝝ ad ciuitatẽ aſteñ adductuꝫ carceri tradi
derunt:expectantes aduentum antiochi.In/
terea imperator cum ſibi antiochus neceſſa/
rius eſſet miſit prefectũ ſapritiũ ad ciuitatẽ
aſteñ:ꝯmittens eidem ut calocerũ diris tor/
mentis cruciaret:antiochum uero ſecũ deti/
nuit.Calocerus uero in ciuitate aſteñ carce
ri mancipatus:Scd̃m militẽ conuertit:& eũ
ad fauſtinum & iouitã baptizãdũ mediolañ
trãſmiſit:ut dicet̃ in paſſione ſcdi.5.cal. a/
prilis.❡ Dũ autẽ mediolanũ ueniſſet ange/
lus dñi fauſtinũ & iouitam de carcere ad ſe/
cũdũ extra ciuitatem eduxit:a quib⁹ baptiſ/
ma nube quadam aquam prebente ſuſcepit.
Et ecce colũba de celo uenit & ſacrã hoſtiã
deferens martyrib⁹ tribuit. Fauſtinus uero
ſcd̃m cõicauit: & reſiduum euchariſtie ei de
dit:ut ad martianũ deferret q apud tridonã
uinctus detinebat̃:ut in eius paſſione dicet̃
2.noñ martii. Quo abeũte angelus dñi mar
tyres ad carcerem reduxit.Poſthec hadria/
nus brixiã rediit & martyres xp̄i ſecũ redu/
xit:quos ſacrificare nolentes capitali ſentẽ/
tia dãnauit.Quoꝝ corpa brixie a xp̄ianis ſe
pulta ſunt.xv.cal. martii. Calocerus uero
poſt hec ſub ſapritio pro cõſule in ciuitate
aſteñ martyrium ꝯſumauit:ut ſuo loco dice
tur.xiiii.cal.aprilis.

❡De ſcõ fauſto mõacho & ꝯfeſſ. CXXVIII

FAuſtus monachus bti benedicti
diſcipulus fuit. Qui eiuſdẽ beati
patris uitã ꝯſcripſit. Aquo cum
ſcõ mauro abbate ad gallias miſ/
ſus eidẽ mauro exĩde ſemp adhe/
ſit:& ipſius uite ac ſanctitatis imitator effe/
ctus hortantib⁹ eum fratrib⁹ ſuis ſuos act⁹
& geſta memorie tradidit:& in andegaueñ
monaſterio laudabilẽ uitã duxit:& poſt ma
gr̃i trãſitum ad caſſineñ monaſteriũ rediit:
ubi & in pace in xp̄o qeuit.xv.cal.martii.

❡De ieiuniis quattuor tẽporum. CXXIX.

IEiunia quattuor tẽpm a calixto
papa iſtituta ſũt. Circa que tria
uidenda occurũt.ſ.quare ieiuna
mus.quattuor ãni temporibus:
quare illis mẽſibus.ſ.martio:iu
nio:ſeptẽbri:& decembri: & nõ aliis:& qua
re tribus i ſeptimana diebus.ſ. feria.4.6. &
ſabbato.❡Primo igit̃ uidẽdũ eſt quare q̃t
tuor anni tẽporib⁹ ieiunam⁹.ſ.in uere:eſta/
te: autumno:& hyeme. Cuius q̃ttuor aſſi/
gnant̃ rationes.❡Prima ratio ſumit̃ ex pte
ipſoꝝ q̃ttuor tẽpoꝝ ãni.Quoniã uer eſt ca/
lidum & humidũ.Eſtas calida & ſicca. Au/
tumnus frigidus & ſiccus.Hyems frigida &
humida.Ieiunam⁹ igitur in uere ut noxium
humorem luxurie tẽpemus.In eſtate ut no/
xium calorẽ auaritie extringuamus.In au/
tũno ut caſtigemus ariditatẽ ſupbie.In hye
me ut refrenemus frigiditatẽ accidie. ❡ Se/
cunda ratio ſumitur ex pte q̃ttuor cõplexio
num:quoniã in uere augmẽtatur ſanguis: ĩ
eſtate cholera:in autumno melãcholia:& in
hyeme phlegma.Ieiunam⁹igit̃ in uere ut in
nobis debilitet̃ ſanguis ꝯcupiſcẽtie & iepte
letitie.Sanguineus eni ẽ libidinoſus & let⁹.
In eſtate ut debilitet̃ cholera iracũdie & fal
lacie.Cholericus eni eſt iracundus & uerſu
tus.In autumno ut debilitet̃ melãcholia cu
piditatis & triſtitie.Melancholic⁹ enim ẽ na
turaliter cupidus & triſtis. In hyeme ut de/
bilitet̃ phlegma hebetudis & pigritie.Nam
phlegmaticus ẽ hebes & piger.❡Tertia ra/
tio ſumit̃ ex parte q̃ttuor elemẽtoꝝ. Quo/
niam uer cõpatur aeri. Eſtas igni. Autũn⁹
terre.Hyemes aque. Ieiunamus ergo in ue/
re ut in nobis edometur aer elationis & ſup
bie.In eſtate ut edomet̃ ignis cupiditatis &
auaritie. In autumno ut edomet̃ terra frigi
ditatis & ignorantie.In hyeme ut edometur
aqua leuitatis & ĩcõſtantie. ❡Quarta ratio
ſumitur ex pte q̃ttuor etatum.Quoniã uer
refertur ad pueritiam. Eſtas ad adoleſcen/
tiam.Autumnus ad etatẽ uirilẽ. Hyems ad
ſenectutẽ.Igitur ieiunamus in uere ut ſim⁹
pueri per inocẽtiam.In eſtate ut efficiamur
iuuenes per cõſtantiã.In autumno ut efficia
mur maturi p modeſtiam. In hyeme ut effi/
ciamur ſenes per prudẽtiam & honeſtã uitã
❡Vel potius ut ſatiſfaciam⁹ deo qcq̄d p il/
las etates aut p illas cõplexiones in q̃ttuor
anni tẽporibus uel i quattuor elemẽtis eum
offendimus.❡ Quare autẽ in illis poti⁹ mẽ
ſibus q̃ in aliis ieiunamus duplex ratio aſſi/
gnat̃. ❡ Prima ratio ẽ ut iudeos imitemur
qui quater in ãno ieiunabant.ſ.ante paſcha:
ante pentecoſtẽ: ante ſcenephegiã.i.fixionẽ
tabernaculi i ſeptẽbri: & ante encenia.i.de/
dicationẽ tẽpli in decembri. ❡ Secunda ra/
tio eſt quoniã hec ieiunia fiunt:i martio ger
minante terra ut in nobis uirtutũ germina
oriantur:in maio uel iunio qñ ſegetes colli/
guntur:ut nos mãipulos bonoꝝ opum deo
noſtro reddamus.In ſeptembre qñ uue uin/
demiantur: ut nos dĩna charitate inebriari
ualeamus.In decembre qñ herbe moriunt̃:
ut nos uitia carnis mortificemus. ❡ Quare
autem tribus diebus in hebdomada ieiuna/
mus duplex ſimiliter rõ redditur.❡Primo

quia ſicut homo cõſtat ex q̃ttuor elementis
quantũ ad corpus:& tribꝰ uirtutibus quãtũ
ad aiam uidelicet rõnali:ꝯcupiſcibili:&ira/
ſcibili:ſic p tres dies q̃ttuor anni tẽporibus
ieiunamus:ut quicq̃d in carne uel aïa deli/
quimꝰ:deo per ieiuniũ exoluamus: ſicut q̃/
ternariꝰ ad corpꝰ ternarius uero ad animaꝫ
refert̃. ¶Secũdo ut per hoc ſatiſfaciamus i
die quicq̃d peccamꝰin menſe.Nam ſingulis
menſibꝰ tribus diebꝰ ieiunamus.Et fiũt hec
ieiunia in quarta feria:q̃a dñs a iuda ea die
uenditus fuit.In ſexta q̃a in cruce pependit.
In ſabbato quia in ſepulchro iacens diſcipu
lis triſtitiam dereliquit.Hec ex ſũma de offi
cio ioannis beleth:& ex dictis damaſceni &
guilelmi.

¶De ſcõ oneſimo diſcipulo. CXXXII

ONneſimꝰ diſcipulꝰ apoſtoli pau
li ſeruꝰ fuit philemonis nobilis
coloſceñ eiuſdem apoſtoli fami/
liariſſimi . Hic a dño ſuo fugiẽs
romã ad apoſtolũ iam i carcere
detentũ uenit:eiq; ſedule miniſtrauit . Quẽ
paulꝰad xp̃m cõuertit & baptizauit . Et ad
dñm cũ epiſtola que ĩtitulat̃ ad philemonẽ
xp̃ianum & correctũ remiſit. In qua epiſto
la paulꝰ philemonẽ rogat:ut oneſimo deli/
ctum ignoſcat:& ip̃m ut xp̃ianũ & ꝯfratreꝫ
benigne ſuſcipiat.Quem philemon apoſto/
li intuitu manumiſit : & ip̃m ad eũ remiſit.
Apoſtolꝰuero ipſum ep̃m epheſi ordinauit.
Qui pacto p̃dicatiõis officio poſt paſſioneꝫ
pauli iteꝝ romã rediit:ubi &ꝓ fide xp̃i lapi
datꝰ occubuit.Corpuſq; eiꝰ ĩde ad locũ ubi
fuerat ep̃s ꝯſtitutus:delatũ eſt.Qui paſſus ẽ
i 4.calẽ.martii:ut dicit ado.

¶De ſcã iuliana uirgĩe & martyre. CXXXI

IVliana uirgo & martyr paſſa ẽ i
ciuitate nicomedia tẽpore maxi
miani imp̃atoris. Hec aphricani
nobilis & gentilis filia ex eadem
urbe oriunda ab ãnis ĩfantilibuſ
xp̃iana:tradita eſt i ſponſã a p̃re cuidã eleu
ſio p̃fecto.Quã cũ ſponſus traducere uellet
& uirgo dñi ſibi copulari nollet: niſi fieret
xp̃ianus:fecit eã pater ſuus expoliari & gra/
uiter cedi.Sicq; flagellatã tradidit prefecto
ſponſo eius.Ille ergo eã ſibi p̃ſitatã &dudũ
exaïatam:cũ diceret ſe nullatenus ſibi copu
landã niſi fieret xp̃ianus:iratus iuſſit uirgi/
nem extẽſam a q̃ttuor ſibi inuicẽ ſuccedenti
bus uirgis crudeliter cedi:deinde p ſex ho/
ras capillis appendi:& poſt hoc plumbũ li/
quefactũ in caput ipſiꝰ perfundi . Quod cũ
nihil ſibi nocuiſſet:eã catenis ligauit:& i car
cerem recluſit.Ad quã uenit belial demon i
ſpecie boni angeli:eiq; dixit : ꝙ xp̃s ip̃m ad
eã miſerat:ex cuiꝰ ſibi p̃te mãdabat: ut diis
ſacrificaret:ne in tormentis male deficeret.
Iuliana uero dubitans:cũ lachrymis orauit
ut dñs ſibi reuelaret:q̃s eẽt q talia ſuaderet
Factaq; eſt uox ad eam:ut ip̃m app̃henderet
& quis eſſet cõfiteri cogeret.Que cũ demo/
nem tenuiſſet:iterrogãſq; q̃s eſſet:dixit ei:
ꝙ belial demon erat:&ꝙ p̃r ſuꝰ beelzabuth
ip̃m ad eã decipiendã miſerat:q & demones
facit grauiter flagellari quoties a xp̃ianis fu
erint effugati.Dixitq;:ꝙ erant ĩnumerabiles
demones: q a dicto beelzabuth ad oïa mala
ꝑpetranda mittebant̃.Ipſe multa ſcelera cõ
mitti fecerat : & nunq̃ ab aliquo xp̃iano eo
modo detentus fuerat.Nam adã & euã fece/
rat i paradiſo preuaricare:& abel a caim oc
cidi:& populũ in deſerto ad uitulum adorã
dum cõuerti:& tres pueros in caminũ ignis
immitti:& hieruſalẽ inflãmari:& alia multa
a pluris peſſima op̃a ꝑpetrari.Tunc iuliana
manibus retrorſum ip̃m ligauit : & cũ cate/
na qua uincta erat diutiſſime uerberauit.Et
cũ die ſequenti iuſſu p̃fecti de carcere edu/
ceret̃ :demonẽ poſt ſe trahebat ligatũ . Qui
cũ miſericordiã eius peteret: ne amplius de
ſe ridiculũ faceret:per totum foꝝ illum tra
xit:& tandẽ i latrinã quandam ꝓiecit. Et cũ
ante prefectũ ꝯſiſtens xp̃m ꝯfiteret̃ :i quadã
rota extenditur:intantũ ut oïa oſſa eius uſq;
ad exitum medullaꝝ ꝯfringerent̃ . Angelus
aũt dñi rotam cõminuens uirginẽ in momẽ/
to ſanauit.Quo miraculo uiſo.120.gentiles
ꝓmiſcui ſexꝰad xp̃m cõuerſi ſunt: & in ꝯfeſ
ſione noĩs xp̃i decollati.Deinde in ollã plũ/
bo liquefacto repletam iuſſu eleuſii mittit̃ :
ſed plũbo uelut ſuaui balneo tepefacto uir
go illeſa educit̃ :qua educta plumbũ ebuli/
ens ꝓſiliit:&.75.gentiles ex circũſtantibus
interfecit.Tũc p̃ſes gladio caput eiꝰ ãputari
p̃cepit.Quã demon quẽ uerberauerat in ſp̃e
iuuenis inſeq̃ cepit:& gẽtiles exhortari:ne ſi
bi p̃cerent que deos uitupauerat:&ſe nocte
p̃cedente grauiter flagellauerat . Et cũ ipſũ
uirgo reſpexiſſet:aufugit demon : dubitans
ne iteꝝ ſe cape uellet.Ducta eſt igit̃ extra ci
uitatem & orõne p̃miſſa decollata eſt. Cuiꝰ
corpꝰ ſephonia ſenatrix accepit:& eũ in na/
ui detulit:ut romã ueniens ip̃m ibidem ſepe
liret.Sed orta tẽpeſtate nauis in fines cãpa/
nie ad portum puteolanũ impellit̃ :& ibidẽ
uno miliario a mare corpꝰ uirginis ſepelit̃ .
Eleuſius uero nõ poſt multo tempore naui
gans maris tẽpeſtate cum trigintaquattuor
uiris ſubmerſus eſt . Paſſa eſt autem uirgo
xp̃i.14.calen.martii.

¶De ſcõ pollochõrnio ep̃o & mar.CXXXII

POllochroniꝰep̃s & martyr apud
babyloniã ciuitatẽ paſſus ẽ ſub
decio ceſare.Qui cum aduerſus
perſas ꝯgreſſus eẽt:& habita ui
ctoria multas ciuitates obtinuiſ

ſet:ueniens ad ciuitatẽ babylõie.Pollochro
niumq́ epiſcopũ xp̃ianoꝝ teneri iuſſit cũ pre/
ſbyteris parmenio:elimate & chryſotello:&
diaconib⁹ luca & mutio : quos fecit duci ad
ſacrificandum:& ſacrificare nolentes ac xp̃ʒ
ꝯfitentes in cuſtodiã recluſit multis diebus.
Interiq; in ipſa urbe tẽplum ſaturno edifica
uit.Et cũ ad nouũ tẽplũ epm̃ cum eius cle/
ro duci feciſſet:& ut ſacrificia offerrẽt inſta/
ret:&pollochroni⁹ neq; ſacrificare neq; uer
bum aliqđ decio reſpondere uellet:interro/
gauit decius ꝑmeniũ cur ep̃s eoꝝ mutus ef/
fectus eſſet: qui reſpondit:ꝙ non obmutue/
rat:ſed os ſanctuʒ inter ſtercora coiquinare
nolebat.Propter qđ deci⁹ linguã parmenii
precidi fecit:qui tamẽ ut prius expedite lo/
quebatur.Tunc iratus deci⁹ iuſſit os pollo/
chronii lapidib⁹ ꝯtũdi.Et dũ cederetur emi
ſit ſpiritũ.Poſt hec decius ambulãs in ciui/
tatẽ cordulam : parmeniũ & ſocios ſecũ ui/
ctos adduxit:de quibus in eoꝝ paſſione age
tur.x.cal.maii.Corp⁹uero pollochronii an
te templum dimiſit.Quod duo reguli abdõ
& ſenen xp̃iani noctu colligentes ante mu/
ros babylonie tumularunt.xiii.cal.martii.

¶De ſcõ ſauino ep̃o. CXXXIII.

SAuin⁹ ep̃s ciuitatis canuſine cla
ruit tp̃e totille regis gothorum.
Qui inter cetera dona ſibi a deo
conceſſa : ſpũ ꝓphetico claruit.
Quod totilla rex gothoꝝ audiẽſ
minime credidit: ſed probare ſtuduit qđ au
diuit.Cũ enim in eiſdẽ ꝑtibus deueniſſet: &
a uiro dei inuitatus ad ei⁹dexterã diſcubuiſ
ſet:cũ iam ep̃s longo ſenio lumẽ oculorum
amiſiſſet:puer ex more eidẽ patri poculum
prebuit:ſed rex ſilenter manũ extendẽs cali
cem puero abſtulit:eumq; per ſe uice pueri
ep̃o porrexit.Tunc ille calicẽ accipiens: ſed
tñ miniſtꝝ non uidens dixit:uiuat iſta man⁹.
uiuat talis miniſter.De quo rex let⁹ erubu/
it:quia quãuis dep̃henſus eẽt:in ſcõ qđ que
rebat inuenit. Cũ aũt ſauin⁹ longo ſenio tra
herẽ : archidiaconus eius ep̃atum ambiẽs:
uiniſuſoris ei⁹ aĩum p̃cio p̃cibuſq; corrupit
ut mixtũ uino ſibi uenenum ꝓpinaret.Qui
refectiõis hora ep̃o ueneni poculũ obtulit:
ſed epiſcop⁹ eidẽ ut illud ſtatim biberet im
pauit. Tremefact⁹ pincerna deprehẽſum ſe
ſentiẽns maluit moriturus bibere:quã pe/
nas ꝓ tanta homicidii culpa tolerare . Cũq;
ad os ſibi calicẽ poſuiſſet: ep̃s ꝯpeſcuit ſeq;
uenenum bibituꝝ obtulit:mãdãs ut ad illũ
q ſibi dederat iret: eiq; diceret ꝙ ſauinus q̃/
dem uenenũ biberet:ſʒ ipſe minime ep̃s eẽt.
Facto ergo ſigno crucis uenenũ ep̃s bibit:&
illeſus ꝑmanſit: eadẽq; hora archidiaconus
eius alibĩ exiſtẽs ſubito defunct⁹ eſt: acſi ꝑ
os ep̃i ad archidiaconi uiſcera mortifeꝝ trã
ſiuiſſet. Quieuit ĩ pace uir domini.xiii.cal.
martii.Hec gregori⁹.iii.dial.c.v.

¶De ſanctis maxio & claudio & ſociis mar
tyribus. CXXXIIII

MAximus & claudius ſr̃es caii pa/
pe & gabini preſbyteri : & uxor
claudii prepedigna & filii ei⁹ ale
xander & cutia p̃clariſſimi gene/
re ex urbe: agẽte ſr̃e eoꝝ gabino
preſbytero a ſcõ caio papa baptizati ſunt.
Ob hoc iuſſu diocletiani ĩpatoris tenti ſunt
a iudice iulio. Et maxim⁹ qđẽ capitalẽ ſen/
tentiã accepit.Claudius uero cũ ꝯiuge & fi/
liis in exilium deportati : deinde icendio cõ
cremati odorifeꝝ martyrii ſacrificium dño
reddiderunt . Quoꝝ corpa in mare apud o/
ſtiam iactata fuerũt. Sed eoꝝ reliquias xp̃ia
ni requirentes cũ corpe maximi iuxta mu/
ros oſtie urbis ſepelierunt . Qui paſſi ſunt
xii.cal.martii.

¶De ſcõ ſymeone ep̃o & mar̃. CXXXV

SYmeon ep̃s hieroſolymitanus &
mr̃ : propinquus ſaluatoris ſm̃
carnem extitiſſe dignoſcitur ac fi
lius cleophe q fuit frater ioſeph
iuſti:ut dicit hieronym⁹. Hic ut
ʒ.eccleſiaſtice hiſtorie habet poſt iacobuʒ
ſr̃em dñi hieroſolymoꝝ põtifex: ſub ꝑſecu/
tione traiani impatoris cũ iam eſſet decrepi
tus accuſatus eſt attico ꝯſulari tanquã xp̃ia
nus . Qui ab eo tentus multiſq; ſuppliciis
affectus tãdẽ crucis patibulo appẽſus mar/
tyrio conſumatus ẽ oĩb⁹ q aderant etiã ĩpo
iudice de ei⁹patiẽtia admirantib⁹:& ꝙ.cxx.
annoꝝ ſenex crucis patibulũ ꝑtuliſſet:q paſ
ſus ẽ.i2.cal.martii.

¶De ſcõ gabio p̃ſbytero & mr̃e.CXXXVI.

GAbin⁹ preſbyter & martyr no/
bilis ciuis roman⁹ ex generẽ dio
cletiãi ĩpatoris & frater ſci caii
pape fuit.Hic liberalib⁹ſtudiis
dum eſſet gẽtilis nõ mediocri/
ter eruditus : fact⁹ xp̃ian⁹ & p̃ſbyter libros
& tractatus ad fidei eruditionẽ plurimos cõ
pilabat . Hic germanos maximũ & claudiũ
cum uxore claudii & filiis ad xp̃m ꝯuertit:
& per manus caii pape baptizari fecit.Filiã
quoq; ſuam ſuſannã uirginẽ pulcherrimam
ab infantia xp̃ianam ſacris litteris erudiuit.
Que cum ob eius nobilitatẽ & elegãtiam a
maxiano diocletiani filio in ꝯiugium petere
tur:& puella ꝯſentire nollet : dicens ſe xp̃o
dño deſponſatam nõ poſſe alicui uiro:& po
tiſſime idoloꝝ cultori matrimonio copula/
ri:& gabinus preſbyter ab impatore requi/
ſitus:eam ad hoc ꝯpellere nollet:in carcerẽ
iuſſu auguſti mittitr̃ : ibiq; fame & uinculis
maceratur. Qui etiã poſt aliqđ tempus ibi/
dem expirauit. Cui⁹ corp⁹ caius papa ger/

manus eius ſepeliuit.xi.calen.martii.

De ſcis innũerabilib⁹ martyrib⁹.CXXXVII

INnumerabiles ſci martyres quo rum numeꝝ ſolius dei ſcia colligit apud tyrum ciuitatẽ paſſi ſũt De qb⁹ octauo libro eccleſiaſtice hiſtorie ſcribitꝰ ꝙ diuerſi ſexus & etatis ac ordinis ex egypto illuc aduenientes pſecutione in xpianos iminente a paganis tenti ſunt. Et ꝯfitẽtes xp̃m primo qdẽ per oẽ corp⁹ flagris laniati:deinde i harena beſtiis diuerſoꝝ geneꝝ traditi ſũt. Cum aũt a feris minime leſi fuiſſent:aliiqꝫ gẽtiles rei mortis beſtiis ſubiecti ſubito lacerati eſſent Iteꝝ ſci martyres feris exponuntꝰ: ut ex paganoꝝ morſibus incitate in ſcõs ferociores redderentꝰ. Et cũ nec ſic in eos pualuiſſent mutatis ſup eos ferociorib⁹ aialibus oĩno ĩtacti permanſerũt. Quod dum pagani magice aſcriberent:ad alias feritates feris immaniores ſe cõuertunt. Et alios quidẽ ex ſãctis gladiis trucidarũt:alios flãmis incenderũt alios in mari necauerũt:alios capitib⁹ abſciderunt:nõ nullos etiã inedia ꝯſumauerunt: quoſdã uero rectos quoſdaꝫ uero deorſum uerſo uertice patibulis affixerunt: qui oẽs ĩ ꝯfeſſione ueritatis coronas paſſionis a dño pceperunt. Hoꝝ glorioſam multitudinẽ ad uictoriam incitabãt beati ✝ tyrãnus ✝ ſiluanus ✝ philen⁹ ✝ atqꝫ linus epi ✝ nec nõ cenobius pſbyter:qui oẽs una ſecũ felici agone palmas adepti ſunt. Nam tyrãnus & ſiluan⁹ epi beſtiaꝝ morſibus interierũt:philenus & linus epi ignibus ꝯſumpti:cenobius uero pſbyter cũ plurib⁹ aliis decollatus eſt. Horũ omnium paſſio recolitꝰ.10.calen.martii.

❡ De ſcis.lxxix.martyribus. CXXXVIII

SEptuagintanouẽ martyres apud ſiciliam paſſi ſunt. Qui ſub diocletiano auguſto per diuerſa tormenta ꝯfeſſiõis ſue coronã a xp̃o ſibi paratã percipere meruerũt 9.calen.martii. Hec hiero⁹ i martylogio.

❡ De ſancto ſymmacho papa & confeſſore. CXXXIX

SYmmachus papa natione ſard⁹ ex patre fortunato anaſtaſio ſecundo pape in põtificatu romano ſucceſſit:& ſedit ãnos.15.menſes.7.dies.28. In cuius electiõe tanta rome diſſenſio fuit:ut electo quodã laurẽtio una cũ ſymmacho:ſenatores laurentii partibus fauẽtes aduerſus ceteros qui ſymmacho adherebant bellum inferrẽt:multaſqꝫ cedes & homicidia facientes:pleroſqꝫ ſacerdotum & clericoꝝ ac ciuiũ extinxerunt. Deniqꝫ ambo uno die ordinati ſunt. Symmach⁹ qdẽ in eccleſia cõſtantina:laurentius uero in eccleſia ſcẽ marie. Sed cũ neutra pars alteri cederet: cõdixerunt:ut lis incepta iudicio regis theodorici fineretꝰ. Qui rauẽne poſitus dum legatos ptium audiſſet:decreuit:ut quem maior pars cleri & populi elegiſſet:ipſe in ſede apoſtolica reſideret. Sicqꝫ ſymmach⁹ in quẽ maior pars ꝯuenerat pontifex fact⁹: conſtituit laurentium ep̃m in nicera ciuitate intuitu miſericordie. In hac diſſenſione ſciſſimus paſchaſius eccleſie romane diaconus ptib⁹ fauebatꝰ laurentii bona fide. ❡ Hic ſymmachus ꝯſtituit:ut omni die dñico & in natalitiis apoſtoloꝝ & ſcõꝝ precipuoꝝ Gloria in excelſis deo cantetꝰ. Et que ſequũtꝰ poſt uerba angeli addidit i eodem hymno. Poſt paucos annos criminatur ſymmachus ex iuidia per falſos teſtes:& occulte laurentius reuocatur:& iterato cler⁹ diuiditur quibuſdã adherentibus ſymmacho nõ nullis aũt laurentio. Sed cõuocata ſynodo.215.epoꝝ expurgatur ſymmachus de crimine falſo: & cum gloria reſtituitur. Laurenti⁹ uero depoſitus cũ ſuis cõdemnatꝰ. Poſt hec ſymmach⁹ i pace ſedi apoſtolice preſidens: ſcitate ꝯſpicu⁹ qeuit in pace.9.calẽ.martii. Sepultuſqꝫ ẽ apud ſanctum petrum miraculis coruſcans.

❡ De cathedra ſancti petri apoſtoli antiochie facta. CXL

Qui primus a chriſto admonitus aſſumptis
ſecum a ſancto auſberto tunc rothomageñ
epiſcopo quibuſdam ſociis de monaſterio
fontanelle genti friſonum chriſti euangeliū
predicauit. ¶ Cum autem per mare naui-
gans in naui celebraret: & patenam offerre
uellet: de manu diaconi caſu patena prolabi
tur: & in mare demergitur. Sed orante ſan-
cto patena in manu diaconi diuinitus repo-
nitur. ¶ Dum autem ſaxonibus predicaret:
die quadam iuuenem laqueo appenſum rep
perit: quem illi ſorte elegerant: & more ſue
gentilitatis ſuſpenſum demoniis immolare
uolebant. Quem illico ſanctus ſola oratiõe
dirupto laqueo: & ipſo illeſo cadente a mor
te eripuit: & tali miraculo multos ad fidē cõ
uertit. ¶ Cuꝫ aūt filium ducis rathboldi ba
ptizaſſet: & albis induiſſet: ille ſubito expi-
rauit: qd̄ epiſcopus icirco a deo obtinuit:
ne iuuenis a patre gentili ad culturam ido-
lorum reduceret. Completa uero predica-
tione ſua poſt annos. v. reuerſus ad eccleſiã
ſuam epiſcopatui reſignauit. Et ordinato ſi-
bi ſucceſſore gerico: in monaſterio fontanel
le monachus factus: uitam in ſanctis operi-
bus conſumauit anno domini. 740. xiii. cal.
aprilis. Sepultuſq; eſt iuxta ſanctum uande
giſilum.

¶ De ſancto benedicto abbate & confeſſore
CCXIIII.

Benedictus abbas cuius uitã gre-
gorius. 2. dialo. ſcribit ex nur-
ſia prouincia: claris parentibus
ortus. Cum rome liberalibꝰ ſtu-
diis traditus eſſet: in ipſa infantia
mundum deſeruit & deſertum petere decre-
uit. Quem nutrix eius ipſum tenere diligēs
uſq; ad locum qui effide dicitur ſecuta eſt:
ubi dum ad purgandum triticum capiſteri-
um mutuo accepiſſet: illudq; cadens in ter-
ram fractum fuiſſet. Benedictus nutrici fien
ti compaſſus capiſterii partes accepit: & o-
ratione fuſa ipſum reintegrauit. Poſt hec nu
tricem fugiens in locum qui ſublacus dici-
tur deuenit: ubi triennio hominibus cunctis
excepto romano monacho incognitus man-
ſit: qui ei neceſſaria miniſtrabat. Et cum ad
ſpecum ipſius iter non eſſet: panem in fune
ligatum ei deponebat. In quo & tintinabu-
lum ligauerat: ut ad eius ſonitum benedi-
ctus panem ſibi delatum audiret. Sed dia-
bolus ex inuidia proiecto lapide tintinabu-
lum fregit: nihilominus tamen romanus ſan
cto miniſtrare aliter non deſiit. ¶ Poſt hec
dominus cuidam preſbytero qui die paſche
ſibi refectionem parauerat: apparuit: & ut
cibos uiro dei tali in loco ferre deberet: ad-
monuit. Qui cum multo labore ad eum ue-
niens: inuitauit patrem: ut cibos ſumeret:
quia eo die paſcha domini eſſet: qui reſpon-
dit: ꝙ uere paſcha eſſet: ex quo illum uidere

meruiſſet: longe quippe ab hominibus poſitus: ꝙ die eadem paſchalis foret ſolennitas ignorabat. Sicq; benedicētes dominum ambo refecti ſunt. ¶Quadam die auicula merula circa faciem eius uolitante: ſignoq; crucis effugata tanta libidinis tentatione accenſus eſt: quantam nunquam expertus fuiſſet. Qui in ſpinis & uepribus adeo ſe uolutauit ꝙ exinde totus cruentus & laceratus exiuit. Et ſic per cutis uulnera mentis uulnus eduxit. Ab illo ergo die talis nunquam tentatio in eius corpore pullulauit. ¶ Fama igitur eius creſcente uenerunt ad eum monachi cuiuſdam monaſterii abbate uacantis: & ipſuʒ in patrem elegerunt. Qui ſatis recuſabat: eo ꝙ ſe eorum moribus minime conuenire dicebat: tandem inſtantibus acquieuit. Cumq; ille diſtrictius eos regulam ſeruare compelleret: illiq; illicita ſibi non licere conſpicerent: penitentes ꝙ eum elegerant: uenenū uino miſcuerunt: & ei in poculum porrexerunt: ſed ſigno crucis edito: ſic uitreum uas quod uinum tenebat: confregit: acſi pro ſigno lapidem dediſſet. Moxq; intelligens: ꝙ illi fecerant: ab eis diſceſſit: & ad locum dilecte ſolitudinis remeauit. Vbi multis ad eum diſcipulis conuenientibus duodeci monaſteria conſtruxit. ¶In uno quorum monachus erat: qui ceteris in eccleſia orantibus mox foras exibat: & aliqua temporalia peragebat. Quod dum benedictus per abbatem illius loci didicit: illuc iuit: uiditque puerum nigrum monachum illum ceteris orantibus extra eccleſiam per ueſtimenta trahentem: Quod etiam maurum monachū uidere oratione impetrauit. Egrediens ergo ſanctus monachum uirga percuſſit: & tunc immobilis in oratione perſeuerauit: acſi malignus ſpiritus eius uerbere percuſſus fuiſſet. ¶Ex ipſis monaſteriis tria in cacumine montis erāt: que deorſum aquas cum nimio labore hauriebant. Vbi ſanctus pater aſcendens cum puero: nocte tres lapides pro ſigno poſuit: reuerſuſque domum fratribus illis mandauit: ut in locis ubi lapides erant: foderent: & aquam inuenirent: Quod & factum eſt: in illis locis aqua uſque in preſens largiflue inundante. ¶ Cum quidam frater circa monaſterium uepres ſecuri abſcideret: ferrum de manubrio proſiliit: & in lacum proximum ſe demerſit: uir autem domini manubrium in aquam poſuit & ferrum ad ſuum locum enatauit. Placidus puer & monachus cum ad aquam hauriēdam deſcēdiſſet: ipſum mox unda rapuit: & in momento introrſus a terra ſubtraxit. Quod dum ſanctus ī cella per ſpiritum cognouiſſet: maurum uocauit: & qđ acciderat enarrauit: atq; ut ad eripiendū puerum pergeret impauit. Tunc ille concitus cucurrit: & per terrā ſe ire exiſtimans: ad puerum ſuper aquas uenit: eumq; ad terraʒ per capillos adduxit: & deinde ꝙ ſuper undas ambulaſſet aduertit. Ad uirum dei ergo ueniēs qđ acciderat enarrauit. qđ abbas non ſuis meritis ſed eius obedientie deputauit. Cumq; exinde inter eos pia contentio oriretur: dum alter alterius meritis miraculum aſcribebat: Placidus puer ex aqua liberatus arbiter acceſſit: qui dum eſſet in periculo melotem abbatis ſuper ſe exiſtentem: ſeque protegentem uidiſſe narrauit. ¶Preſbyter florentius ſancto inuidens: panem ueneno infectum quaſi pro benedictiōe miſit: quem ille gratanter accepit. Coruo quoq; qui de manibꝰ eius quotidie panem accipiebat mandauit: ut panem illum in loco deferret: ubi a nullo hominuʒ ſumi ualeret. Coruus ergo patris mandatuʒ impleuit: & poſt triduum reuerſus ſolitam ab eo eſcam accepit. Quod preſbyter ſentiēs ſeptem puellas nudas in horto monaſterii ludentes & canētes immiſit: ut ſic uel fratres eius ad libidinem inflammaret. Quod ſanctus proſpiciens emulationi ceſſit: & quibuſdam fratribꝰ ſecum aſſumptis habitationem mutauit. Statimq; ſolarium domus in qua erat florentiꝰ corruit & malignantem oppreſſit. ¶Benedictus autem locum non hoſtem mutauit. Nā ad montem caſſinum ueniens: templū apollinis ibi ſitum in ſancti ioannis baptiſte eccleſiam commutauit: & circū adiacentes homines ab idolatria conuertit. Quod diabolus moleſte ferens: eidem teterrimus apparebat: & in eum ignem uiſibiliter emittebat multaq; eidē conuitia inferebat. ¶Quadaʒ die lapidem in terra iacentem multitudo fratrum in edificium leuare non poterant: donec uir ſanctus aduenit: & demonem lapidi inſidentem conſpexit: ſed ſigno crucis edito diabolus effugatur: & lapis faciliter a paucis fratribus ſubleuatur. ¶ Alia etiam uice demon coquinam monaſterii ut cunctis uidebatur inflammauerat: fratreſq; omnes ut ignem extinguerent aquam ſolicite deferebant: ubi autem abbas ſuperuenit: & ſignū crucis edidit: omne illud incendiū ut phātaſia euanuit: & nihil cōbuſiſſe per effectum oſtendit. ¶ Alias etiam malignus ſpiritus parietem quem fratres edificabant euertit: & puerum monachum ruina extixit: quem uir domini mortuum & laceratū in ſago ad ſe adduci fecit: & ipſum oratione ſuſcitauit: & operi predicto eadē hora reſtituit. ¶Laicus quidam ex deuotione ſemel per annum ad eum ieiunus uenire conſueuerat.

Et cum ſemel ad eum uadens:alteriq; uiatori ſe iungens ab eo tertio pulſatus in quodam prato comedit:& ſic ad benedictum uenit. Cui ille ꝙ comederat mox patefecit: & de guloſitate redarguit: laicuſq; penitentiam egit. ¶ Totilla rex gothorum audiens: ꝙ ſpiritum propheticum haberet:eu3 probare uolens: quendam ſpatharium ſuis regiis ueſtibus induit: & cum magno comitatu:uti regem ad benedictu3 miſit. Quē ille uenientem conſpiciens mox agnouit: & ut ueſtes regales ſibi non ptinentes deponeret mandauit:& ſpathari⁹ confuſus erubuit ¶ Clericū quendam a maligno ſpiritu uexatum liberauit. ei tñ precepit ne ad ſacros ordines unq̄ aſcenderet: qđ ſi ſecus faceret eū demon iterato opprimeret. ¶ Cum autem clericus dudum mandatis paruiſſet: poſt tēpus aliqđ ſe conſecrari fecit: ipſumq; continuo demon uſq; ad ſpirit⁹ effuſionē inuaſit. ¶ Vir quidam duos flaſcones uini ſibi miſerat:quorum alterum portitor in uia abſcōderat. Qui cum gratiaꝝ actione unum accepit:ſed latorem ne de altero quem abſconderat biberet omnino prohibuit. Qui cōfuſus ab eo receſſit & in flaſcone occultato ſerpētem inuenit:& de cōmiſſo penitentiam fecit. ¶ Filius defenſoris monachus eidem cenanti candelam tenebat:& ſpiritu ſuperbie ī corde ſuo murmurabat indignum reputans: ꝙ filius tāti uiri illi comedēti aſſiſteret. Quod uir dei ſtatim ꝑ ſpiritum agnouit: & ut cor ſuum contra tentationem ſignaret admonuit:atq; de manu eius lumē auferri precepit. Alia quoq; multa cordiū ſecreta cognouit: & multa que uentura erant ſpiritu prophetico predixit. ¶ Cum quoſdam fratres ad locum conſtruendum miſiſſet: certo die ſe ad illos uenturum dixit:& qualiter operari debeat indicabit. Nocte uero diem ſtatutam ꝓcedente:abbati & prepoſito illius loci per ſomnium apparuit:& qualiter locus cōſtruendus eſſet per ſingula indicauit. Cum autē uiſioni non crederent ſed ipſum expectarēt: tandem reuerſi ſunt dicentes ꝙ non uenerat diutius expectatus. Qui ſe ueniſſe ut promiſerat per uiſum aſſeruit:& ꝙ ut ī ſomnis moniti fuerant omnia facerent ordinauit. Quidam eius monachus tentatus de monaſterio abiit:ſed draconem maximū ſe deuorare nitentem inuenit: ꝑterituſq; ad clauſtrum rediit & in promiſſione perſeuerauit. ¶ Cū fames ualida regionem illam premeret: & quinq; ſolūmodo panes in monaſterio ſuper eſſent:fratribus cōquerentibus diuidi iuſſit: ipſe uero nocte in oratione permanſit. Et ecce mane ducenti farine modii ante fores monaſterii inuenti ſunt:ſed unde uel a quo miſſi fuerint ignōratur. ¶ Eodem quoq; tempore cum omnia que ī domo erant pauperib⁹ diſpēſaſſet:modicum olei qđ in uitreo uaſe remanſerat:pauperi elemoſynam petenti dari iuſſit. Quod diſpenſator obedire contempſit:timens ne fratribus oleū deeſſet. Quod pater audiens: oleum per feneſtram abiici iuſſit ne quid ibidem per inobedientiam remaneret. Cum aute3 uas ſuper ſaxa deiectū nec fractum eſſet:nec oleu3 effuſum: oleum cum uaſe petenti tribuit:& cum oraſſet dolium olei qđ uacuum erat uſq; ad ſummum repletum oleum per pauimentum effudit. ¶ Ruſticus quidam corpus defuncti filii in ulnis ad monaſterium detulit:& ut puerum ſuſcitaret:uirum dei cum lachrymis exorauit. Quem oratione premiſſa: ipſe ſuſcitatū patri reſtituit. Multiſq; aliis ſignorum uirtutibus effulſit. Scripſitq; monachorum regulam ſanctitate precipuam ſermone luculentam: quia uir dei non potuit aliter docere q̄ uixit. ¶ Eodem anno quo migraturus erat obitum ſuum etiam abſentibus fratribus nunciauit. Ante ſextum uero exitus ſui diem:apiri ſibi ſepulturā iuſſit. Moxq; correptus febribus. vii. die in eccleſiam portari ſe fecit:ſumpto quoq; uiatico:inter diſcipulorum manus:ultimum ſpiritū inter uerba orationis efflauit. Eadem hora maurus monachus longe poſitus: ipſum uerſus celos tendentem conſpexit per uiam uidelicet orientis perlucidam ab eius cenobio uſque ad celos pertingentem. Cuius corpus in caſſineñ monaſterio ſepultum eſt. Quieuit in chriſto. xii. caleñ aprilis:circa annos domini. ſi8. tempore iuſtini ſenioris.

¶ De ſcō Benedicto papa prio. CCXV.

BEnedictus papa hui⁹ nominis ſecundus natione romanus ex patre ionāe leoni ſecundo in pontificatu romano ſucceſſit: & ſedit menſes. x. dies. xii. Hic benedict⁹ ex uite ſanctitate cum nomine concordauit. Et cum tam modico tempore ſederit: multas tamen in urbe eccleſias reparauit. Hic ab ineunte etate eccleſie militauit. Atq; ſic ſe diuinis ſcripturis & cantilene a puero: & in preſbyteri dignitate nomine pariter & operibus exhibuit: ut digne ad pontificatus honorem perueniret. Paupertatis namq; fuit amator. Humilis manſuetus:& in omnib⁹ compatientiā habens: manuq; largiſſima. Hic conſtituit ut ad tumulandū romanum pontificem: omnes eiuſdem eccleſie clerici conuenirent:ſimiliter & ipſe in eorum faceret obſequiis. Sepultuſq; eſt apud ſanctum petrum. Et ceſſauit epiſcopat⁹ menſibus. 2. diebus. xv.

¶De ſcõ benedicto monacho. CCXVI

Benedictus monachus in campanie partibus.40.ab urbe miliario in quodam monaſterio fuit: etate quidem iuuenis ſed moribꝰ grandeuus & in ſancte conuerſationis regula ſe fortiter ſtringens. Quem cũ tempore totille regis gothi repperiſſent: hunc incendere cum ſua cellula moliti ſunt Ignem nãq; ſuppoſuerunt: & in circuitu oĩa arſerunt: cellulam uero cõburere nequiuerunt. Quod illi uidentes magiſq; ſeuientes: ipſumq; ex ſuo habitaculo educentes proximum accenſum clibanum ꝓ coquendis panibus inſpexerunt: eumq; in illo proiecerũt clibanumq; clauſerunt. Sed die altero ita illeſus inuentus eſt: ut nec caro eius: nec extrẽma ueſtimenta ullo modo cremarentur. hec gregoriꝰ.3.dialog.cap.18.

¶De ſcõ ſerapione abbate. CCXVII

Serapion abbas ut in octauo libro hiſtorie tripartite: & in uitis patrum habetur: fuit in regione arſenoite pater decem miliũ monachorum: de labore manuum uictum querentium quotidianum. Tempore autem meſſis omnes ad metendum precio conducebantur: & quicquid acquirere potuiſſent indigentibus regionis & alexandrie carceratis ac peregrinis in eorum neceſſitatibus expendebant. ¶ Hic tempore iuuentutis exiſtens monachus: poſt menſam cõmunem panem furabatur: quem ſero latenter comedebat. Tandem ad cor rediens: abbati peccatum confeſſus eſt: moxq; ex ore eius quaſi flamma ignis egreſſa fetorem ſulphureum exhalauit. Hic ſola unica ſindone amictus: pane tantum pro cibo & aque potu cõtentus: nihil aliud quotidie ſumebat: ¶ Cuꝫ autem ſemel amictum ſuum pauperi tribuiſſet: & alteri nudo obuians tunicam dediſſet: euangeliumq; tenens nudus ſederet. Interrogatus quis eum expoliaſſet: reſpondit: ꝙ euangelium quod tenebat. Alias inſuper pauperem tertium uidens euangelium ipſum uendidit: & pauperi precium dedit: dicens ꝙ euangelium omnia precipit uendi: & pauperibus dari. Seipſum ergo euangelium uẽdi mandat. ¶ Alio tempore exiſtens in quodam oppido paganorum: ſeipſum eis uendidit: quos poſtq̃ uerbo & exemplo conuerterat: reddito precio ab eis receſſit: Hoc idem fecit in lacedemonia apud athenas: ſeipſum uendens uni primario ciuitatis: ut ipſum cõuerteret: quod & fecit. Dormiuitq; in pace duodecimo calen. aprilis alexandrie tumulatus.

¶De ſancto aphrodiſio epiſcopo & confeſſore. CCXVIII

Aphrodiſius genere egyptius prefectus totius egypti erat tempore quo puero ieſu in egyptum fugato: & in templo deorum delato idola omnia corruerunt. Quod cum aphrodiſius tunc prefectus audiſſet: ad phanum in quo ſimulacra euerſa fuerant acceſſit: & uiſo puero ieſu eum adorauit: ipſumq; una cum parentibus a furore pontificum idolorum eos in deorum ſuorũ ultionem occidere uolentium uiriliter defenſauit. Et extunc in chriſtum quaſi ꝑ ſomnium credidit. Sed poſt aſcenſionem domini cum predicatio euangelii ad egyptum perueniſſet: prefecturam deſerens antiochiam uenit: & ibi baptizatus atque beati petri diſcipulus factus eſt. Cum quo poſtmodum romam iuit. A quo & directus eſt ad gallias predicandas. Qui etiam ibidem ſancto paulo ſergio epiſcopo narbonenſi ſe aſſociauit. A quo ordinatus bituricenſis epiſcopus ad ipſam ciuitatem deuenit: ubi multo tempore officio predicationis inſiſtens: & miraculoꝝ gloria refulgẽs: oẽm populum eiuſdeꝫ urbis chriſti nomini ſubiugauit. Et uirtutibus ac etate maturus in domino quieuit. xi. calen. aprilis. Et ſepultus eſt in eccleſia ſua ſignis clareſcens.

¶ De ſancto uictoriano martyre. CCXIX

Victorianus adrumentine ciuitatis nobilis: ut dicit aphricanus: a quodam proconſule carthaginis quo nullus in perſecutione eccleſie durior fuit: dum idolis immolare cogeretur: & omnino renueret. primo rebus ſpoliatus: deinde tantis tormẽtorum generibus cruciatus: quantus humanus ſermo nõ poterit explicare: feliciter tripudians martyrium in eadem urbe cõſumauit decimo calen. aprilis. hec aphricanꝰ.

¶ De ſanctis frumentio & alio frumentio martyribꝰ. CCXX

Germani duo quorum uterque frumentius uocabatur aquiſregien̄ ciuitate oriundi apud tabaden̄ oppidum paſſi ſunt. Qui ſibi inuicem iurauerunt tortores rogare: ut ſemper pari ſupplicio torquerentur. Tenti igitur a paganis cum die integro penderent ſuſpenſi molis in pedibus alligatis: unus eorum ſe deponi petiit: & inducias ſibi dari. Sed ab altero confortatus: & penitens tortores rogabat: ut lapides maiores adiicerent. Deinde ambo laminis ignitis eſtuati: & poſt hec ungulis exarati: multis quoque cruciatibus uexati: ab ipſis tortoribus tedio derelicti: & a facie eorum proiecti ſpiritum domino reddiderũt: decimo calen. aprilis.

¶De ſanctis duodecim infantulis martyribus. CCXXI.

Duodecim infantuli apud aphricā ſub perſecutione uandalica paſſi ſunt. Qui ab arrianis de numero confeſſoꝝ xp̄i ſegregati:nō ſpiritu ſed corpe: ſuggerēte quodam teuchario heretico:qa ipſos nouerat ad cāti lenā uocales ac ſtrenuos: carthaginē deducti ſūt:ubi primo qa pueruli blāditiis ſuaſi:dum arriane fidei cōſentire nollent: duriſſimis uerberib⁹ tādiu ceſi ſunt:quouſq; ſpiritum emiſerunt. Ibidēq; quaſi in numero apoſtoloꝝ ſepulti. Quoꝝ exēplo duo negociatores quoꝝ uterq; frumētius dictus eſt &.v.eiuſdē monaſterii fr̄es .ſ. liberatus abbas bonifacius diacon⁹. Ruſticus ſubdiaconus:rogatus:& maxius monachi pro fide catholica martyrium ptulerūt. Qui paſſi ſunt x.cal.aprilis.

¶De ſcis liberato & ſociis marib⁹. CCxxii.

Liberatus mr̄ cum uxore & filiis duobus & creſcentius preſbyter nec non puer quidam annoꝝ.vii cuius nomē non exprimit̄ tpe pſecutionis arriane i aphrica paſſi ſunt. Nam primo īfantulus iuſſu Gyrille arrianoꝝ epiſcopi a parentibus raptus matre poſt raptores cōclamante:ut ſe quoq; ducerent:dum uiua uoce ſe catholicū profitetur in gurgitem demerſus eſt. Quod & de duobus filiis liberati medici factū eſt. Poſt hec liberatus & uxor detenti ſepatim in duob⁹ carceribus miſſi ſunt. Cūq; prius liberatum eductū i loco honorabili ꝯſedere feciſſent: uxorem ſimiliter eduxerunt:ſuggerentes ei ꝙ uir ſuus ꝯſenſerat arrianis. Que ubi ipſū conſpexit in loco ſublimiori ꝯſidentem:ueꝝ exiſtimans qđ audiuit:ip̄m de apoſtaſia duriſſime icrepare cepit. Ille uero ſe catholicū profitens hereticoꝝ fallacias detexit. Quapter ambo ꝯiuges gladiis trucidantur. Creſcentius aūt preſbyter tarzetane ciuitatis pſecutionem fugiēs i ſpeleo quintini montis i cluſus inedia defecit. Horum paſſio agitur x.cal.aprilis. Hec aphricanus.

¶De ſancto pygmenio preſbytero & martyre. CCXXIII.

Pygmenius preſbyter & martyr rome ſub iuliāo apoſtata paſſuſ eſt. Hic iulianū eūdē una cū ſcō donato poſtmodum aretino ep̄o & martyre a puero enutriuit: & ſacris litteris erudiuit. Iulian⁹ aūt poſt hec factus monachus:xp̄i fidem apoſtatauit: & diuina permiſſiōe procurante diabolo ad iperii apicē aſcendit:unde xp̄ianos ultra modum pſecut⁹ eſt. Audiēs autē ꝙ pygmeni⁹ corpa martyrum ſepeliret miſit eum in exilium i pſidem:ubi quadriēnio demorat⁹ cecitatem incurrit. Poſt hec in ſōnis diuinitus admonitus uenit romam. Cum autē una cū puero ipſum deducente ſtipē petens cluuiū ſacre uie conſcenderet:offendit baculo redā ceſaris tranſeuntis. Qui pygmenium uidens & eius quodāmodo cecitati cōgaudens ait. gratias diis ꝙ te uideo. At ille gratias īquit deo meo ꝙ te non uideo. Quem mox imperator per poteſtatē in tyberiꝫ iactari fecit. Cuius corpus a xp̄ianis collectum i cemiterio pontiani ſepultū eſt:non longe a corporibus abdon & ſenē.viiii.cal.aprilis.

¶De ſcō murita martyre. CCXXIIII

Murita diacon⁹ & martyr cū pluribus aliis apud aphricā paſſus eſt. Qui cū quendā elpidephorū baptizaſſet:illeq; poſtmodū apoſtataſſet:& ad pſidis dignitatē puenisſet:ab eodem tētus ſuaſus eſt:ut arrianoꝝ fidei ꝯſentiret. Cū aūt murita nō ſolum ei ꝯſenſum pb̄ere renueret: ſed etiā ip̄m de apoſtaſia increparet:&ueſtes candidas quas ei in baptiſmate dederat:reſeruatas ad ei⁹ cōfuſionē oſtenderet. Elpidephor⁹ ira accēſus muritā cū pluribus clericis ceſos & nudos in exiliū relegauit:ubi fame & inedia ac frigore ꝯſumpti martyriū ꝯpleuerunt.9.calē. aprilis. Hec uictor aphricanus.

¶De annūciatione beate marie ſemper uirginis. CCXXV.

Annūciatio dominica dicit̄: quia tali die ab angelo aduēt⁹ filii dei in carnē uirgini marie annunciatus fuit:uidelicet.8.calē. aprilis Cum enim uirgo beata a tertio etatis ſue anno uiq; ad.xiiii. in templo cum aliis uirginibus extitiſſet: & uotum uirginitatis niſi deus aliter diſponeret emiſiſſet: eam ioſeph deſponſauit domino reuelante: & ioſeph uirga frondente: ſicut in hiſtoria natiuitatis eius dicetur. vi. idus ſeptembr. Et in bethleem unde erat ioſeph: neceſſaria prouiſurus iuit:ipſam quoq; in nazareth in domo paterna dimiſit: ubi ad eam angelus uenit & eidem uerbi dei aduentum nunciauit. ¶Circa hanc annunciationem ſex conſideranda occurūt uidelicet:tēporis opportūitas:miſſi nobilitas: mittentis auctoritas: loci congruitas:nuncium ſuſcipientis ſanctitas:& annunciationis nouitas. ¶ Primum ergo conſiderandum occurrit temporis opportunitas:qđ fuit in menſe.vi.a conceptione ioannis baptiſte: que facta ē octauo cal. octobris:ut per hoc detur intelligi ꝙ ioannes fuit figura ueteris teſtamenti ut dicit auguſti. Cui⁹ aduētū xp̄i aduēt⁹ ſeqt̄.vi.mēſe: qa ſexta mūdi etate dn̄s icarnat⁹ ē:&.vi.feria:& hoc. ¶ Prio pp nūeri pfectiōe qa nu-

mer⁹ ſenarius ex ipſis ꝑtibus ſuis cõponitur ſcilicet.3.2.&.1.nullo ſupante uel deficiẽte: ut ꝑ hoc ꝑfectio ipſi⁹ incarnatiõis denotet̃: in qua cõcurrunt tria.ſ.eterna diuinitas:aĩa de nouo creata:& caro ab adam traducta:& due nature.ſ.diuinitas & humanitas : & hec ꝯſtituunt unã perſonã xp̃i.¶Secũdo ꝓpter homis formationẽ. Nam ſicut adam primus ſexta feria de terra uirgine formatus eſt: ſic & adã ſecundus.q eſt xp̃s de fẽmia uirgine i carnatus:& eodem die anni ad lr̃am:ut qdã tradunt:quod eſt.8.calẽ.aprilis primi & ſecũdi ade diuerſo tẽpore:uidelicet poſt ãnos 5199.formatio facta eſt.¶Tertio ꝓpter nature renouationẽ. Nam filius dei ĩ equinoctio uernali:quo tẽpore oĩa renouant̃ incarnari uoluit:ꝑ hoc oſtendens:ꝙ ꝑ ipſam incarnationem oĩa renouabant̃.apocal̃.21.Ecce noua facio oĩa. ¶Secundũ eſt miſſi nobilitas: q fuit angelus gabriel. Cõgruum enim fuit ꝙ angelus ad uirginẽ mitteret̃. ¶Primo ex ꝑte ordinis:ut ordo reparationis rñderet ordini preuaricatiõnis : ut ſicut malus angel⁹ mulierem ad peccati lapſum inclinauerat: ſic bon⁹ angelus uirginẽ ad uerbi cõceptum induceret.Secũdo rõne ipſius uirginis.Naꝫ ut dicit hieronym⁹: Recte mittitur angelus ad uirginẽ:qa ſemp eſt angelis cognata uirginitas.In carne ꝑter carnẽ uiuere:nõ terrena uita eſt ſed celeſtis ꝛc.¶Tertio rõne finis ſubſequẽtis.Nã incarnatio xp̃i ordinabatur ad finẽ ruine angelice ꝑ ſaluãdos hoĩes reparande.Iõ angeli nõ debuerũt excludi.¶De quo aũt ordine hic angelus fuerit dubitat̃. Gregori⁹ tenet:ꝙ fuerit de ordine ſuppremo dicẽs ſummũ angelũ uenire dignũ fuit : qui ſummũ omniũ nunciabat.¶Alii tenẽt ꝙ de ordine archangeloꝝ:qa ip̃m eccleſia archãgelum noĩat:dicentes ꝙ hoc magis cedit ad honorem uirginis: qa ſiquis de ſupioribus mitteret̃:ab eo illuminari poti⁹ q̃ nunciari uideret̃.Quid aũt gabriel interp̃tet̃:dicet̃ i fra ꝓxima hiſtoria gabrielis.¶Appuit autẽ ſibi corporaliter:ut uiſio eẽt certior:qa corporaliter uiſa certiora ſunt.Cognitio plenior:qa uiſa etiã ꝑ intellectũ meli⁹ cognoſcũt̃ Et ſcõ ſimilior qa nunciabat ſp̃uale uerbuꝫ incarnãdũ:iõ fuit ꝯgruũ:ut corꝑaliter appareret.Et appuit corꝑe hũano: qa dei filium nõ quodcũqꝫ aĩal ſed hoĩem aſſũptuꝝ nũciabat.¶In ſexu maſculino : tũ qa dignior:tũ qa magis illuminatiu⁹:tũ qa i ipſo ſexu dei fili⁹ erat hoĩem aſſũptur⁹.¶In etate iuuenili:qa iuuenis dicit nouitatẽ cũ ꝑfectiõe. Nã in puero eſt nouitas ipfecta.In ſene pfcõ ãtiquata.Et qa angel⁹ nũciabat illũ:q erat nouus humanitate:& pefct⁹ diuinitate:iõ appuit in iuuenili etate. ¶In ueſte alba:que denotat innocẽtiã & angeli nũciãtis & uirginis recipiẽtis:& uerbi carnẽ innocentẽ aſſumẽtis. ¶In ortu ſolis:quia ueri ſolis ortũ uenerat nũciare.¶Tertiũ ẽ mittẽtis auctoritas: q ẽ ipſe de⁹.Miſſus eſt eni angel⁹ a deo p̃re:qui ibi poſuit ſuã oĩpotentiã:ut ꝑter naturã uirgo mirabiliter pareret.A deo filio:q ibi poſuit ſuã ſapiam:ut ſaluo pudicitie ſigillo in uẽtrẽ uirgĩs ĩtrare & iñ exire ſapiẽter ſciret. A deo ſpũſcõ:q poſuit ſuã gratiã:ut mulier ſine peccato ꝯcipet.¶Quartũ ẽ loci ꝯgruitas:qa miſſus ẽ ĩ ciuitatẽ galilee cui nomen nazareth:qđ interp̃tat̃ flos:ut ſic locus tẽpori ꝯgruat:Vñ dicit bernard⁹:ꝙ flos nat⁹ eſt de flore ĩ flore & floris tꝑe.¶Quintũ ẽ uirginis nunciũ recipiẽtis ſcitas:qa miſſus ẽ ad uirginẽ ꝛc.Vbi tria uidẽda occurrunt. Prĩo q̃re xp̃s in matrẽ elegit uirginẽ feminã: hoc eni fuit ꝯueniens.Primo ex ꝑte mittẽtis p̃ris Nõ eni fuit ꝯueniens:ut xp̃s q ẜm naturã diuinã naturaliter ẽ fili⁹ dei:aliũ hẽret patrem q̃ deũ.Secũdo ex ꝑte ꝯcipiẽtis matris: Nam xp̃i generatio tẽporalis:ẽ imago generationis eterne:ut ſicut de uno p̃re ĩdiuiſibiliter naſcit̃ generatiõe eterna:ſic de una matre incorruptibiliter naſcat̃ generatiõe tpali:ut i utraqꝫ generatiõe de uno ſolo pricipio ꝓcedat.Tertio ex ꝑte ĩcarnati germinis: ut ſicut uerbũ ſine corruptiõe ĩ mẽte ꝯcipit̃:ſic uerbũ dei incorrupte carni uniat̃. Quarto ex ꝑte ſubſequẽtis muneris:ut ſicut fili⁹ dei naturalis ſine corruptiõe naſcit̃ de uirgine femĩa:ſic filii dei adoptiui renaſcãt̃ ſine corruptiõe de uirgine eccleſia.¶Scđo q̃re elegit uirginẽ deſpõſatã.Hui⁹ aũt ſex rões a doctorib⁹ aſſignant̃. Prĩa rõ ẽ:ut ꝑ hoc ſacrm̃ iſtud diabolo celaret̃:q uidẽs mariã p̃gnantẽ:& eã deſpõſatã ſciẽs:putauit eã đ ioſeph ꝯcepiſſe:& ꝑ hoc aduẽtum xp̃i nõ plene cognoſcere potuit:quẽ ſciebat de uirgie naſcituꝝ.& hec rõ ẽ origenis.Scđa ut ꝑ hoc xp̃s legẽ iplere uideret̃.Quõ eni legẽ non ſolueret:q ab ĩiuria legis cepiſſet:cũ pt⁹ innupte lege dãnet̃.& hec ẽ rõ hieronymi.Tertia ut ꝑ hoc ĩfamia uirgis tolleret̃.Maluit eni dñs aliquos de ſuo ortu q̃ de matris pudore dubitare.Iõ poti⁹ uoluit credi fili⁹ eẽ ioſeph q̃ matrẽ ĩpudicã.& hec eſt ãbroſii.Quarto ut ꝑ hoc ceteris mulierib⁹ exẽplũ daret̃. Nã ſi beata uirgo ĩfamata fuiſſet: ceter̃ uirgines ſiniſtra opione uiuẽtes uelamen excuſationis haberẽt:ꝙ ĩfamata quoqꝫ mater dñi uideretur:Et hec etiã eſt ãbroſii.Quinto ut ꝑ hoc uirgini teſtimõiũ ꝑberetur.Fuit eni ioſeph uirgĩtatis dñe teſtis ueridic⁹: q eã & uirginem ꝓbauit & ſi adulterã cognouiſſet accuſare potuit.Et hec ẽ auguſtini.Sexta ut per hoc nato puero a ioſeph miſteriuꝫ preberetur. Cui ioſeph nutritus fuit:& oĩs eius ĩfantie educator : ut dictum eſt ſupra de ſcõ

ioſeph.xiiii.cal.aprilis: & hec hieronymi.
¶ Tertio q̄re elegit uirginē nōmie mariam
Hoc eni nomē iterpretať .Illuminatrix.Illu
minata.Mare amaꝝ.Et dn̄a:Atq; ſtella ma/
ris. Fuit eni illuminata in uerbi ꝯceptione.
Illuminatrix in ei⁹ ꝑturitione.Mare amaꝝ i
eius paſſione.Dn̄a in ipſius aſſūptiōe.Stella
maris eſt in peccatoꝝ conuerſione.¶ Sextū
eſt legationis nouitas:que ꝯſiſtit i.vi.¶ Pri
mo in angelica ſalutatione . Ingreſſus enim
angelus ad eā in cubiculū:& orātem inueni
ens cū nimia claritate & ſūma reuerentia ꝓ/
ſtrat⁹ ut ꝑuus ad dn̄am:q ante alias uenerat
eidēq; apparuerat ut ſocius ad amicā:uultu
i terraʒ demiſſo iocūda uoce iqt. Aue gratia
plena dn̄s tecū benedicta tu in mulierib⁹ ꝛc.
Et oſtendit ipſam a ſeruitute liberatā . Aue
ideſt ſine ue . Triplici enim ue mulieres la/
borant:qđ notať in triplici littera huius no/
minis eua.Eſt eni ue pudoris quoad ꝯcipiē
tes:& hoc denotat lr̄a.E.que eſt nota irriſio
nis. Eſt ue doloris quoad parturientes : &
hoc denotat littera.V.que ē nota lamētatio/
nis.Eſt ue laboris quoad nutrientes: & hoc
denotat lr̄a.A.que ē nota fatigatiōis. Sʒ ecō
tra nomē eua uertitur & fit Aue.i. ſine Ve
pudoris:doloris:& laboris:qa ſine pudore
ꝯcepit:ſine dolore peperit: & ſine labore fi/
lium educauit.¶ Dotib⁹ adornatam:gratia
plena.Hieronym⁹ ſingulis eni gr̄a largitur
p partes:marie uero ſimul ſe totam infundit
gr̄e plenitudo.¶ Matrimonio copulatā:do
minus tecū:pluſq̄ mecū dicit.Chryſoſtom⁹
quia mecū p gr̄am tecū p naturā:mecū i mē
te:tecū in carne.mecū qa ab eo ſū creat⁹:te/
cū qui ex te eſt incarnat⁹.¶ In reginā ordia
tam:benedicta tu in mulierib⁹.Auguſtinus
maledictio eue:i bn̄dictionē mutať marie ꝛc
¶ Secūdo notať hec nouitas i uirginis cogi
tatiōe.Hec eni cū uirgo audiſſet turbata eſt
nō perturbata:ꝙ eni turbata eſt fuit pudici/
tie uirginalis:ꝙ non ꝑturbata fortitudinis :
ut dicit bernardus.Et turbata eſt nō i ange/
li uiſione:quem ſepe uidere ꝯſueuerat ſed i
noua ſalutatiōe.Ideo turbata ē i ſmone ei⁹:
& cogitabat qualis eēt iſta ſalutatio. ¶ Ter
tio i facti ſiue legatiōis narratiōe . Angelus
eni more ſapientū legatoꝝ poſt ſalutationē
uirgini factam ex parte dei narrat ei cauſam
ſui aduēt⁹dicēs.Ne tieas maria ꝛc.Annūciās
ei dei filium ex ei⁹ utero icarnādū:& ip̄m ſe
cūdū hōiē ſup ſedē dauid patris ei⁹ꝑpetuo
regnatuꝝ.¶ Quarto i dubii cuiuſdā iterro/
gatiōe. Nā uirgo cum credula uerbis ange/
licis redderet q̄tū in facto:nō dubitās aliq̄/
liter qn hoc fieret ꝙ mater filii dei eſſet:du
bitās de modo ut doctores dicūt: angelū ſu
p hoc iterrogauit dicēs quo modo fiet iſtud
ꝛc.Et debet ſcribi diuiſe ut ſint due dictiōes
ſcilicet:quo ꝓnomē & modo nomē : & non
una dicto:quomodo que ē aduerbiū iterro/
gandi: quaſi dicat uirgo : Tantū uirginitatē
ꝑdilexi:ut ſalua diuina diſpoſitiōe:poti⁹ eli/
gerē uirginē ꝑmanere:q̄ corruptam dei ma
trē eſſe.¶ Quito i ipſi⁹ dubii ſolutiōe:qđ i/
mediate angelus ſoluit dicēs.Spiritusſanct⁹
ſupueniet in te & uirtus altiſſimi obūbrabit
tibi.Et notanter diciť nō uenire ſed ſuperue
nire : ut ſupabūdantie gr̄a oſtēdať.Et uirt⁹
altiſſimi eidē obūbratura ꝓnūcieť . Hec aūt
obumbratio ipſa eſt diuini uerbi icarnatio.
Naʒ umbra a lumie & corpe obiecto forma
tur.Sicut eni ſol quodāmodo eſt pater um/
bre:& ſtatua ſiue quodlibet corp⁹ eius ma/
ter:& ſtatua ex ſolis lumie ꝯcipiens lumen:
umbrā format in terra: que umbra patrem
ſolē habet i celis:ſtatuā uero matrē i terris.
Sic xp̄s patrē deū habet i celis matrē uirgi/
nē i terris:que dei lumē ꝯcipiēs xp̄i humani
tatē iſtar umbre ex ſui natura formauit in
terris.¶ Vltra hec angelus ad letitie uirgi/
nis cumulū:& ei⁹ ꝑfecte fidei firmamētū:eli
ſabeth ei⁹ cognatā zacharie ꝯiugem:nuncia
uit ſterilē ꝯcepiſſe:& iā mēſem ſextū attigiſ
ſe:ut ex hoc : deo poſſibile qcqd uellet eſſe
aſſereret.¶ Sexto i legationis finali ꝯcluſio/
ne. Nam ubi uirgo audiuit ꝙ mater filii dei
eēt futura:nec ꝓpter hoc uirginitatē quā đo
uouerat amiſſura ſūma repleta letitia: genu
terre poſito expāſis manib⁹oculiſq; ad celū
erectis cum lachrymis dixit.Ecce ācilla do
mini fiat mihi ſm uerbum tuum.Statimq; fi
lius dei in utero uirginali de ipſius ſemine
ſpūſcō opante ꝯcept⁹ eſt:perfect⁹de⁹ꝑfect⁹
homo:ex anima rationali & humana carne
ſubſiſtens.Cuius corporis formatio & orga
nizatio non.40.ſeu.45. dierum numerū ex/
pectauit:ſed mox ipſo inſtanti ut uirgo uer
bum protulit : diuina opante omnipotentia
perfecta & integralis facta fuit.¶ Tunc ſur/
gens maria abiit in montana ad eliſabeth ui
ſitandam:quā ut ſalutaſſet ioannes i eius ute
ro exultauit.Illa per ſpiritūſanctum in exul
tatione filii:uirginē chriſtum in utero con/
cepiſſe cognouit:& qđ nouerat ꝓphetauit.
Et maria canticum:magnificat:cum exulta/
tione decantauit.Et inde apud cognatam tri
bus menſib⁹ manſit: donec ioanne nato ipſa
mater xp̄i eidē primum officium obſtetricis
impendit.

¶ De ſcō gabriele archangelo. CCXXVI.

GAbriel archangelus q̄uis nulla
ſpeciali ſolēnitate aliquo anni tē
pore ab eccleſia recolatur:meri
to tamē.8.cal.aprilis de ipſo me
moria celebris habenda cēſeť :
qa ipo die myſteriū icarnatōis pricipiū nr̄e
ſalutis: ut dictum ē beate uirgini nūciauit:

& ad ipſam legatiōnē deferendam nuncius idoneus pre cūctis angelis a deo elect⁹ fuit. Quāuis eni alias pluries a deo magna ſacramenta nūcianda pluribus ſcīs fuerit deſtinatus: in nullo tñ ſicut in myſterio incarnationis fuit tāto honore ſublimatus. De ipſo eni i ſcriptura ſacra expreſſum habem⁹: ꝙ multa ꝑdixit danieli de tēpore futuro: & ſecreta nunciauit zacharie de ioanne naſcituro. Hic etiā ſm ioannē beleth ortum btē uirginis ioachim & anne eius pentib⁹ nunciauit. Et generaliter licet ex noie gabrielis nō exprimatur: creditur a pluribus: ꝙ ad queq; magna dei ſacramēta prenūcianda hic angelus deſtinetur. Vnde & ex hoc quidā putant eūdē fore qui ortū ſampſonis patri manue predixit: & ioſeph ut xp̄m pueru3 fugaret in egyptum in ſomnis mandauit: eidēq; in egypto herode defuncto ut i iudeā rediret impauit Atq; magos ut per aliā uiam reuerterenť ad patriam: ſimiliter ſoporatos admonuit. Hic inſuper idem fuiſſe arbitratur: qui xp̄o dño paſſionem expectanti: & ſanguineū ſudorem emittenti in orone apparuit: eiuſq; humanitatem ſm motus ſenſibiles ꝯfortauit: quāuis aliis rectius uideať: ꝙ ille michael poti⁹ fuerit: quia angelus qui tunc xp̄o apparuiſſe legitur: nō uenit ad aliquid nunciandum ſed exhortandū: quod potius eſt officiū michaelis q̄ gabrielis. ¶ Dicunt quidā: ꝙ non fuerit ille idem angelus: qui ortum ioannis & uirginis & ortum xp̄i prenunciauit: licet eni eodem noie appellentur: iſtud tamē nomen eſt officii non perſone. Nam iſta nomia michael: gabriel: raphael nomia ſunt officiorū ſicut comes impator ep̄s & ſacerdos. Et ideo plures angeli idem exercentes officiū: poſſunt eodem noie nuncupari. Non eni uideť cōueniens: ꝙ idem angelus fuerit nunci⁹ ña tiuitatis ſerui & dñi: ꝑcurſoris & regis. Cū alter de inferioribus: alter de ſupioribus ordinibus extiterit. Sed hanc opinionē leo papa reprobat in ſermone aſſerens gloriā baptiſte inter alia in hoc cōſiſtere: ꝙ eius natiuitas eodem angelo quo & xp̄i incarnatio ꝑnunciata fuit. ¶ Gabriel uero interpretatur fortitudo dei. Et hoc ideo: quia illum nunciare uenit: qui dñs fortis & potens in prelio ad debellandas aereas poteſtates deſcendit. ¶ Officium aūt eius eſt ſecreta myſteria diuina nunciare. Vnde & de ſancta eliſabeth de ungaria inuenitur: ꝙ gabriel angel⁹ eidē pluries apparuit: & multas ei diuinas uiſiones reuelauit: qui etiam ei dixit: ꝙ ipſe erat angelus: qui uerbi dei ꝯceptum btē uirgini nunciauit: quiq; obitum ipſius uirginis eidē ꝑdixit. ¶ Eſt etiā eius officiū aīas iuſtorum cū michaele aſſumere. Vnde in uitis patrum habeť: ꝙ qdā frater ueniens ad ciuitatem uidit pegrinū egrotū in platea iacentē: & in extremis laborantē: cui null⁹ aſſiſtebat: uiditq; a dextris eius & a ſiniſtris michaelē & gabrielē archangelos: qui deſcenderant ꝓpter aīam eius: rogantes eā ut egrederetur. Sed cū ex corporis affectiōe egredi recuſaret: dixit gabriel ad michaelē: ut eā aſſumeret: & ſic abirent. Qui rñdit: ꝙ nō poterat: quia impoſitū a deo ſibi fuerat: ut aīam peregrini ſine dolore educerent. Et tunc frater ille uidit dauid cū cithara & oēs ciues celeſtis hieruſalē pſallētes iuſſu dei deſcendere: ad quoq; cantus & ſonitus melodiam anima peregrini ſponte a corpore exiit: quam michael cū gabriele ſuſcepit. Hec i uitis patꝝ.

¶ De paſſione domini noſtri ieſu chriſti. CCXXVII.

Paſſio dñi eodem die quo & eius incarnatio ad litterā poſt annos 34. & eadem ſexta feria facta eſt ſcilicet. 8. calē. aprilis: quo etia3 die auguſtin⁹. 4. de trinitate hominē primū de terra formatum: & ipſo die lapſum fuiſſe teſtatur: & quidam eundem poſt annos. 930 ipſo die dicunt eſſe defunctū: ut ſic ordo redemptionis concordet creationi. ¶ Et notandum: ꝙ paſſio domini eſt memoriter retinenda: eo ꝙ quantum ad ꝓceſſum fuit iniuſta: q̄tum ad modū fuit ignominioſa: quātum ad ſupplicium fuit penoſa: quantū ad effectum fuit fructuoſa. ¶ Primo quantum ad proceſſum fuit iniuſta: quia peccatū non fecit: nec iuentus eſt dolus in ore ei⁹. Nam que uenit indigne: pena dolenda uenit. ¶ Fuit etiā contra humanam legem: ꝙ eni in hominē nō cōfeſſum nec conuictum ſentētia mortis ferať eſt cōtra oēm legem. Ecce ego ait pilat⁹ coram uobis interrogans nullā cauſam inueni in homine iſto ex his in quib⁹ eū accuſatis. De tribus eni eum accuſabant: ꝙ ſcilicet tributū dari ceſari ꝓhibebat: ꝙ ſe regem dicebat: & ꝙ filium dei ſe faciebat. De primo a pilato interrogatus non fuit: quia manifeſte de cōtrario ſibi conſtabat: ꝙ ſcilicet dixerat Reddite que ſunt ceſaris ceſari ⁊c. De ſecundo interrogatus ſatiſfecit: manifeſte ſe rege3 probans: & ꝙ regnum eius nō erat de hoc mundo. De tertio interrogatus non reſpondit. Cum eni eum preſes interrogaſſet: unde es tu? reſponſum ei nō dedit: eo ꝙ diuinam generationem ſiue etiam humanam mirabilem audire indignus fuit. ¶ Fuit ſecundo contra conſuetudinem. Nam temporis curſu nullam dilationem accepit. Vnde a die qua in concilio decretum fuit ipſum occidēdum nullam requiem ei dederunt. Et poſt q̄ eum ceperunt ſine ulla intermiſſione uerberauerunt: hincinde traxerunt: flagellauerunt: iudicauerunt: crucifixerunt ⁊c.

¶ Fuit tertio ꝯtra legē naturalem. Natura enim ipſa repugnat i corpus homīs mortui plagas innouare. Xp̄s uero iā defunctus in cruce lancea tranſuerberatꝰ ꝯtra naturalem legē. ioā. 19. unus militū lācea latus eiꝰ aperuit ꝛc. ¶ Scđo q̄tū ad modū fuit ignominioſa. Et hoc ꝓpter. vi. cās. Primo ꝓpter ignominioſum preciū: qa pro. xxx. argenteis in ꝯparabilis precii ſanguis uenalis factus eſt: ut pro tā uili precio qs nō daret aſinū: aut deforme mācipiū: zach. xxxiii. appenderunt mercedē meā. xxx. argēteis ꝛc. ¶ Scđo propter ignominioſum officiū: qa crucis ſupplicium ſuū portare ꝯpellitꝰ: qđ nuſq̄ de latrone auditū eſt: figura iſaac q ad imolandū uadēs ligna ſibi detulit geñ. xxii. ¶ Tertio propter ignominioſum locū: qa in loco caluarie ubi maleſactores & ſcelerati extra ciuitatē puniebanꝰ. ¶ Quarto ꝓpter ignominioſum ſuppliciū: qa morte turpiſſima ꝯdēnatus ē. Crux enim ſuppliciū erat latronuꝫ uel quorūcūqꝫ ſceleratoꝝ. Sapiē. 2. morte turpiſſima ꝯdēnemꝰ eū. ¶ Quito pp ignominioſum ludibrium: qa corā multitudine nudus cōſtituitur in cruce ſuſpēſus. pſalmiſta Tota die uerecūdia mea ꝯtra me ē. Et alibi diuiſerunt ſibi ueſtimēta mea ꝛc. ¶ Sexto ꝓpter ignominioſum ꝯſortiū: qa cū ſceleratis deputatus eſt. i. cū latronibꝰ: quoꝝ unus. ſ. diſmas qui erat a dextris ut dicitꝰ in euangelio nicodemi ꝯuerſus ad penitētiā ſaluatꝰ ē. Alius qui erat a ſiniſtris. ſ. geſtas obſtinatꝰ ꝑmanens eſt dānatꝰ: ut dicetꝰ infra de ſcō diſma. ¶ Tertio q̄tum ad ſuppliciū fuit penoſa acerba & doloroſa. Et hoc ꝓpter. vii. rationes. ¶ Primo ꝓpter carnis xp̄i patientis uiuacitatē. Plus enim dolet caro delicata q̄ groſſa. Et qa caro xp̄i fuit uiuaciſſima & delicatiſſima: qa optime ꝯplexionata: & ſine oī deordinatione formata. Ideo magis dolorē ſenſit. Et ꝓpter hoc ſudorē ſanguineū emiſit: qa caro optime ꝯplexionis fuit. In huius figura dicitꝰ de dauid. 2. regū. xxiii. Ipſe eſt enim quaſi tenerrimꝰ ligni uermiculꝰ. ¶ Secundo ꝓpter occidētiū qualitatē. Tolerabilius eni qs patitur uel ab inimicis uel ab extraneis q̄ a ſuis. Xp̄s autē paſſus eſt ab amicis & a proximis. i. de quoꝝ ſtirpe natꝰ eſt: & ab his quibus multa bona ꝯtulerat: unde ꝯqueritꝰ dicens in officio huius diei. Populemeus qđ feci tibi ꝛc. Vbi recolit oīa beneficia ſibi illata: & omnia ſupplicia ſibi retributa. ¶ Tertio ꝓpter paſſiōis acerbitatem: quia ꝯfixus eſt in locis magis ſenſibilibꝰ & neruoſis & corpe diſtentus ſupra crucē pendens manibus & pedibꝰ ꝯclauatus: que maximū & doloroſum ſuppliciū itulerūt. pſalmiſta. Foderūt manꝰ meas & pedeſ meos: & dinumerauerunt oīa oſſa mea. ¶ Quarto ꝓpter paſſionis diuturnitatē. Nā ab hora qua ipſum cepūt uſqꝫ ad horā qua ſpiritū emiſit ſemp in dolore & ꝯtinuo cruciatu fuit. Paſſuſqꝫ eſt adminꝰ. xii. horis. ſ. vi. noctis &. vi. diei: pſalmſ. Tota die ꝯtriſtatꝰ igrediebar: quoniā non eſt ſanitas i carne mea. ¶ Quinto propter paſſionis generalitatē. Nam generaliter paſſus eſt. In fama quia eū blaſphemabant dicentes: uah qui deſtruis ꝛc. In rebus: quia nudus expoliatus eſt ut dictū eſt. In anima: unde paſſionē preſentiēs triſtabatꝰ & dicebat: triſtis eſt aīa mea uſqꝫ ad mortē. In corpore: a planta eni pedis uſqꝫ ad uerticem non fuit i eo ſanitas. iſaie primo. In amicis: quia diſcipuli ipſum captū uidentes fugerunt: iudas eū prodidit: petrꝰ negauit ꝛc. qđ fuit cā atrocis doloris i mente xp̄i. In matre: nā dicit damaſcenꝰ ꝙ tātꝰ fuit dolor xp̄i ex dolore quē ſciebat matrē ſentire q̄tus ꝑprius: quē corporaliter ſentiebat. In multorum ingratitudine. Dolor eni maximus fuit xp̄i quia preſciebat mortē ſuam inaniter pati pro multis dānandis. Nā intolerabilis dolor eſt hoi: cū maximū laborem portat pro filiis cum uidet ſe ex eoꝝ prauis moribꝰ inaniter laboraſſe. ¶ Itē paſſus eſt xp̄s in ſingulis corporis ſenſibus. Nam paſſus eſt in oculis: qa uelauerunt oculos eius: & quia i cruce lachrymatus ut dicitꝰ hebre. v. In auditu cum ei. ſ. opprobria & blaſphemie irrogate ſunt. Nam qui erat ſūma poteſtas: dicitur ſe ipſum nō poſſe ſaluū facere: qui erat ſūma ueritas dicitꝰ alios ſubuertendo decipere: q erat ſūma bonitas uti malefactor dicitur pilato traditus eſſe. In olfatu: quia maximum fetorem ſentire potuit in caluaria: ubi erant fetida corpa mortuoꝝ. Itē qa ex ſputoꝝ multiplicatione fetor in eiꝰ facie augebatur. In guſtu: qa dederunt ei uinū bibere cū felle mixtum. In tactu qa in omnibꝰ corporis membris Ber. Caput angelicis tremebūdum ſpiritibꝰ: denſitate ſpinaꝝ pūgitur: facies pulchra pre filiis hominū: ſputis iudeoꝝ deturpatꝰ: oculi lucidiores ſole caligantꝰ i morte: aures que audiunt angelicos cantus: audiūt peccatoꝝ inſultus: os qđ docet ſcōs: felle & aceto potatꝰ: pedes quoꝝ ſcabellū adoratur cruci clauo affigunꝰ: manꝰ que formauerūt celos: ſunt i cruce extēſe & clauis affixe: corpus uerberatur: latuſqꝫ lancea ꝑforatꝰ: quid plura? Non remanſit in eo niſi lingua: ut pro peccatoribus oraret: & matrem diſcipulo ꝯmendaret. Et hec ſuo pacto officio potatur felle & aceto. ¶ Sexto propter paſſionis cauſalitatem: que ſola inuidia fuit ſine ulla culpa patientis. Nam quodāmodo qs ꝯſolatur dū iuſte patitur: ſed filius dei agnus innocens pro peccato non ſuo moritꝰ iſaie. liii. uere langores nr̄os ipſe tulit ꝛc. ¶ Septimo

propter cuiuſcũq; remedii inopiã & egeſta
tem. Conſolat̃ eni aliqualiter qs mortẽ pati
ens ex remedio alicuius ↄſolantis. Xp̃s autẽ
nullum habuit ↄſolatorẽ. pſal. Elongaſti a
me amicũ & ꝓximũ ꝛc. unde & ip̃m patrẽ cõ
queſt⁹ eſt humanitatẽ dereliq̃ſſe. ¶ Quarto
quantũ ad effectũ fuit fructuoſa. Cuius uti/
litas eſt triplex. ſ. peccatoꝝ remiſſio: gratie
collatio: & glorie exhibitio. Et hec tria no/
tant̃ in titulo crucis. Nam ieſus peccatores
ſaluans quoad primũ: nazaren⁹ florem gr̃e
ↄferens quoad ſecundũ: rex iudeoꝝ regnuʒ
ſe ↄfitentibus exhibẽs quoad tertiũ. ¶ Vel
dicendũ: ꝙ fruct⁹ huius paſſiõis ẽ q̃druplex
Primo nãq; fuit acceptiſſimus ad placandũ
deũ. Vñ anſelmus in libro cur de⁹ hõ. Nihil
aſperius & difficili⁹ põt hõ pati ad honoreʒ
dei ſponte & nõ ex debito q̃ mortẽ. Et hoc
eſt quod dr̃ de xp̃o ephe. 5. Tradidit ſemet
ip̃m ꝓ nobis oblationẽ & hoſtiã deo ꝛc. ¶ Se
cundo fuit ↄgruentiſſimus ad curandũ mor
bum. Et hoc ex p̃te tẽporis: q̃a eodem mẽſe
die & hora qua peccauit adã: & xp̃s ei⁹ pec/
catuʒ exoluit: ut dictũ eſt. Et ex p̃te loci: q̃a
locus paſſionis ↄſiderat̃: ſiue cõis q̃a ĩ terra
promiſſionis: ſiue ſp̃ealis quia ĩ mõte calua
ria: ſiue ſingularis q̃a in cruce. In loco autẽ
cõi prim⁹ homo formatus fuerat: q̃a ĩ agro
damaſceno. In loco ſp̃eali ſepult⁹: uidelicet
ibidem ubi paſſus eſt xp̃s. In loco ſingulari
decept⁹ q̃a in ligno. Et ex p̃te modi: q̃ mod⁹
fuit & ꝑ ſimilia & per cõtraria. Per ſimilia
ut dicit aug⁹: quia hõ hoĩes mortalis morta
les: in morte mortuos liberauit. Per ↄtraria
quoniã ut dicit greg⁹: Prim⁹ hõ peccauit ꝑ
ſuperbiã: q̃a uoluit deo ſimilari ꝑ ſcie ſub/
limitatẽ: ꝑ inobedientiã: q̃a tranſgredi uolu
it mandatũ ꝑ ſubtilitatẽ: ꝑ gulã: q̃a guſta/
uit pomi ſuauitatẽ. Ecõtra dei fili⁹: ut dicit̃
ad phi. 2. humiliauit ſemetip̃m cõtra primũ
fact⁹ obediens cõtra ſecundũ: uſq; ad mortẽ
cõtra tertiũ. ¶ Tertio fuit efficaciſſimus ad
attrahendũ genus humanũ. bernard⁹. Sup
oĩa reddit te amabilẽ bone ieſu calix quẽ bi
biſti op⁹ redẽptionis noſtre. ¶ Quarto fuit
prudẽtiſſim⁹ ad expurgandũ hũani generis
inimicũ. Iob. 35. Prudẽtia ei⁹ ꝑcuſſit ſuper/
bũ ꝛc. Nũq̃d cape poteris leuiathan hamo?
Abſcõdit eni xp̃s hamuʒ diuinitatis in eſca
humanitatis. Et diabolus uolens cape eſcã
carnis: captus eſt ab hamo deitatis.

¶ De ſcõ diſma confeſſore. CCXXVIII

Diſmas ↄfeſſor fuit ille latro qui a
dextris dñi crucifix⁹ eſt: & cre/
dens in eũ: & delictoꝝ ſuoꝝ pe/
nitens: nulla alia pena purgatus
ſtatim ut mortuus eſt euolauit.
Sic eniʒ xp̃s ei promiſerat dicens. Amẽ dico
tibi: hodie mecũ eris in ꝑadiſo. Vidit eni ſta
tim xp̃i diuinitatẽ: quã uidere p̃adiſus eſt: ꝓ
pter quod ſanctoꝝ ↄfeſſoꝝ numero ſociat̃.
Oĩs eni qui ↄfeſtim ut morit̃ euolat ſanct⁹
eſſe cenſet̃. Nam hec eſt differẽtia inter ſcõs
& beatos. Sancti nempe ſunt qui nulla pena
purgati ſpiritum emittẽtes ſtatim euolant.
Beati uero qui poſt aliquoꝝ purgationẽ ad
celeſtia ↄſcendunt. Hic aũt ſcũs q̃uis ſancto
rum ↄfeſſoꝝ numero ſociet̃: nõ tñ ut mar/
tyr reputatur: quãuis in cruce paſſus fuerit.
Nam ut dicit aug⁹: Martyrem nõ facit pena
ſed cauſa. Diſmas ergo & ſi ꝑ paſſionem cru
cis obierit: nõ tñ ipſam penã ꝓ ueritate uel
iuſtitia ꝑtulit ſed ex ꝓpria culpa. Iõq; mor/
tem patiens & in xp̃m credens ac peccatoꝝ
ſuoꝝ penitẽs: ꝑ mortẽ quidẽ illã reatũ ſuũ
quoad purgarorii penã diluit: martyr tñ eẽ
nõ meruit. ¶ Fuit aũt latro hic egypti⁹ nati
one: ut habet̃ in ↄpilatione damaſceni. Qui
tẽpore quo xp̃s in egyptũ fugat⁹ eſt: predo
erat: & in quodã nemore habitaculũ habẽs
tranſeuntes cum ſociis ſpoliabat. Cũ aũt io/
ſeph cũ maria & puero in egyptum fugiẽtes
illac tranſitũ facerent: occurrit eis diſmas:
ut eis ſubſtãtiã auferret. Viſa uero uirginis
manſuetudine & pueri ſpecioſitate: admira/
tus ſubſtitit: & q̃ſi diuinit⁹ inſpirat⁹ hoc uer
bum ꝓtulit: Nõ eſſe poſſibile pueꝝ ab hoĩe
genitũ tanta pulchritudine decoratum. Et ſi
poſſibile eſſet: ut de⁹ hẽret filiũ: elegantiſſi/
mum illũ infantẽ diceret ex aliquo numine
generatũ. Igit̃ & ꝓpter pueri ſpẽm: & matris
aſpectũ placabilẽ: nõ ſolum ab eoꝝ dep̃da
tione abſtinuit: ſʒ etiã eos illa nocte ĩ domũ
ꝓpriam introduxit: & neceſſaria miniſtrauit
Habebat aũt uxorem & filiũ tot ulceribus
plenũ ut leproſus uideretur. Cum aũt uxor
diſme puero ieſu balneũ p̃paraſſet: & uirgo
xp̃m balneaſſet: latronis cõiunx q̃ſi diuino
inſtinctu pueꝝ ſuũ in eadẽ aqua balneauit:
ſperãs quodãmodo ex quadã latẽte uirtute
quã in filio uirginis eſſe cogitabat: filiũ ſuũ
ulceroſum poſſe ſanitatẽ ſuſcipe: quod & fa
ctum eſt. Mox eni ut pueꝝ ulceroſum aqua
illa tetigit: ſine ulla macula ↄfeſtim de bal/
neo mũdatus aſcendit: quod uidens diſmas:
pueꝝ ieſum cum matre ut deos adorauit: &
eoſdem uſq; ad ciuitatẽ cũ ſecuro comitatu
aſſociauit. Dicit̃ quoq; ꝙ puer ieſus in receſ
ſu ſuo latronẽ allocutus ꝓ humanitate ſibi
impenſa eidem in regno patris ſui premium
ſe retributuꝝ ꝓmiſit. ¶ Tempore igit̃ mor/
tis xp̃i diſmas cũ alio latrone noĩe geſtas ꝓ
facinorib⁹ ſuis a iudeis capti cũ xp̃o morti
crucis adiudicant̃. Et diſmas quidẽ xp̃m ꝓ/
pter hoc aliter nõ cognoſcens a dextris eius
geſtas uero a ſiniſtris ↄfix⁹ eſt. Et cũ ieſum
oĩs popul⁹ blaſphemaret: ipſi quoq; ambo
latrones q̃ crucifixi erãt cũ eo ĩproperabãt

differentia inter ſanctos et beatos
Falsum.
Sancti sunt qui canonizantur et coluntur in universa ecclesia. Beati uero qui beatificantur cum cultu limitato.

m

ei:ut duo euangeliſte teſtant̃. Cũ aũt ſol ad meridiẽ tenderet:& lat⁹ xp̃i radio ſuo feriẽs umbrã ei⁹ uerſuſ dextrã ptẽ emitteret:gyrãte ſole mox ut ũbra corꝑis xp̃i ſuꝑ latronẽ a dextris exiſtentẽ deſcẽdit: uirtus diuinitatis eius in corde illius ſubintrauit. Vidẽſq; qualiter xp̃s pro inimicis patrem obſecrauerat ꝯpunctus eſt:& continuo in xp̃m credẽs non ſolũ ut dicit lucas euangeliſta ꝯſocium de blaſphemia icrepauit: ſed etiam ieſu miſericordiã iplorauit. Cui dñs miſericors: q pro peccatorib⁹ pendebat ne dũ peccata remiſit: ſed etiam ei morienti paradiſum condonauit. Geſtas uero qui in ſua obſtinatione permanſit:ad inferna deſcendit. In euãgelio nicodemi legit̃:ꝙ cum xp̃s ſcõs patres de libo extraxit eos ad terreſtrẽ paradiſum itroduxit:ut uſq; ad diem aſcenſionis ei⁹ ibidẽ manerent:& tunc ſecũ aſcendẽte aſcẽderẽt. Quibus paradiſum itrogreſſis:occurrit uir portãs humeris ſignũ crucis. Et interrogatus ab eis quis eſſet:reſpondit:ꝙ latro ille erat:qui cũ xp̃o crucifixus fuerat: & in ipſuʒ credẽs ei⁹ miſericordiam poſtulauerat: Cui dñs regnũ celeſte promiſerat: ſignũ quoq; crucis ſibi tradiderat:mãdãs ut illđ ad padiſũ portaret:& ãgelo ipſi⁹ loci cuſtodi oñderet:ac ſibi ex pte xp̃i cruicifixi mandaret:ut ip̃ʒ i eodẽ loco itromitteret. Quod poſtq̃ latro fecit angl's ip̃ʒ i padiſũ itroduxit. Hec in euãgelio nicodemi. Feſtũ ãt bti diſme eodẽ die dñice paſſiõis recolit̃. ſ. viii. cal. april'.

¶De ſcõ hyreno ep̃o & mar̃e. CCXXIX.

HYreneus ep̃s ſmyrneñ:paſſus eſt apud ſiriniũ tpe maximiani ipatoris:agente probo preſide pannonie. Qui primo tormẽtis acerrimis uexatus:deinde dieb⁹ pluribus in carcere cruciat⁹. Nouiſſime pro cõfeſſione nõis xp̃i:uſq; ad mortem grauiſſime ceſus eſt. Corpuſq; eius in flumie ſani precipitatũ. Ado tñ dicit ꝙ nouiſſime abſciſo capite ꝯſumat⁹ ẽ. Qui paſſus ẽ. viii. cal. april'.

¶De ſcã dula uirgine & mar̃e. CCXXX.

DVla uirgo & martyr:nicomedie citate paſſa. Hec fuit ancilla cui⁹dam militis paganoꝝ. Quã cum ille cognoſcere uellet:ipſaq; omnino recuſaret:dicẽs xp̃iana lege adulterium eſſe prohibitũ cum ipſam xp̃ianam audiuiſſet: ab eodẽ dño ſuo pro fide & caſtitate occiſa eſt. viii. cal. aprilis. hec ado in martylogio.

¶De ſcõ caſtulo martyre. CCXXXI

CAſtulus martyr zetari⁹ palatii iperatoris: ſub diocletiano rome paſſus ẽ. Qui in ſuperiori ipſius palatii & altiſſimo manẽs:cũ eẽt occulte xp̃ianus. Caium papam: marcellianũ & marcũ germãos effectos diacones:atq; trãquillinũ eoꝝ patrẽ factũ preſbyterum refouebat: & alios xp̃ianos qa de ipſo ſuſpitio nulla erat. Tandẽ dep̃rehenſus ꝙ xp̃ianus eſſet: & xp̃ianos pretextu officii refoueret a pſecutorib⁹ tẽtus:tertio appenſus:tertio audit⁹:in ꝯfeſſione dñi pſeuerãs: miſſus eſt in foueam: & dimiſſa ſup eũ maſſa harenaria: cum palma martyrii migrauit ad xp̃m. vii. cal. aprilis.

¶De ſcõ quirino martyre. CCXXX II

QViriacus epiſcop⁹ ille iudas fu/it:qui cum helena crucem dominicam inuenit:ut ſupra actum ē de inuentione ſancte crucis quinto nonas maii:Qui baptizatus & quiriacus uocatus epiſcopus hieroſolymo/rum ordinatus eſt. ¶ Cum autem iulianus imperator apoſtata nominis chriſtiani ad perſas pergeret:ueniens hieruſalem quiria/cum epiſcopum teneri fecit:& ad deorum ſacrificia inuitauit. Quod cum renueret: de/xteram eius abſcidi fecit: eo ꝙ manu illa multis epiſtolas ſcripſerat: quos a deorum ſacrificiis reuocabat. Ille uero ſcandalum ſui corporis preciſum gaudebat: eo ꝙ exi/ſtens iudeus multos ne chriſtum colerent ſcribens epiſtolas confortabat. Tunc iulia/nus plumbum liquefactum in os eius infun/di iuſſit:Deinde ſuper lectum ferreum uen/tre deorſum extendi:& carbones ſubterpo/ni:ac ſalem & adipem aſpergi:dorſum quoq; eius deſuper uirgis cedi. Et cum in omnibus imobilis ꝑmanſiſſet:iuſſit eum i carcerē trudi. Ad quē ueniens anna ✝ mater eius filium in domino hortabatur. Quod iulianus audiens:fecit eam teneri:& per capillos ap/penſam ungulari: ac lampades ardentes ei⁹ lateribus apponi:que cum ureretur emiſit ſpiritum. ¶ Poſt hec imperator quiriacum eductum ilarem uultum habentem: iuſſit in foueam profundam ſerpentibus plenam ia/ctari eodem a uenefico immiſſis. Sed tamen ſerpentes omnes ſubito extincti ſunt. Quo uiſo miraculo ✝ amonius incantator cōuer/ſus eſt:& in chriſti confeſſione iuſſu imperatoris decollatus. Deinde mandauit iulianus quiriacum in caldariam oleo feruentiſſimo plenam immergi. Quam ille ſe ſignās ſpon/te ingreditur:orans deum:ut iterum martyrio baptizaretur. Iratuſq; iulianus in ipſo cacabo eum gladio pectore tranſfodi man/dauit. Sicq; martyrium ſuum conſumauit quarto nonas maii die ſabbati. Sepultuſq; eſt hieroſolymis cū āna matre eius & amo/nio martyre.

¶De ſcō floriano martyre. CXXI

FLorian⁹ martyr paſſus eſt apud lauriacum oppidum temporib⁹ diocletiani & maximiani imperatoruꝫ ſub preſide aquilino. Qui cum eſſet princeps officii milita/ris in cetia urbe audiens qualiter quadragita martyres chriſtiani poſt diuerſa ſuppli/cia ab aquilino preſide in carcere detenti eſſent deſiderio martyrii uale faciens militib⁹ ſuis uerſus lauriacenſem ciuitatem ire cepit Obuiuſq; militibus qui a preſide miſſi fue/rant ad perquirendos chriſtianos: ſeipſum ſponte illis obtulit uti chriſtianum. Quem illi tenentes duxerunt ad preſidem: qui flo/rianum chriſti nomen confitentem: primo atq; iterum a militibus propriis cedi iuſſit: deinde ſcapulas eius acutis configi. Et cum eum ad omnia ſupplicia paratum uidiſſet: iuſſit illum ad fluuium aniſi adduci:& liga/to ad collum eius ſaxo ipſum de ponte pre/cipitari. Cū aūt eodem adduct⁹ orādi ſpatiū a militibus impetraſſet:quidam miles cete/ris crudelior ſuperueniens ceteroſq; de mora necis eius redarguens: illum in flumen

precipitauit. Statimq; oculi illius crepue-
runt. ¶ Poſtq̄ uero ſanctus martyr animā
chriſto reddidit corpus eius ſuper undas
enatans in emineti ſaxo ab aquis eiectū ē. Et
ſuperueniens aquila alis expanſis in modū
crucis corpus a feris protegebat. Tūc reue-
lante ſe ſcō martyre cuidā deuote matrone
xpiane oſtenſiſq; ei indiciis loci ubi eum in-
ueniret & ubi eum ſepeliret: mulier iunctis
bobus cū plauſtro ad locū deuenit: & cor-
pus inuentū uehiculo īpoſuit: ſentib⁹ quoq;
ſpinoſis timore paganoꝝ opuit. Et interro-
gantibus qbuſdā ſpinas collectas ad claudē
dum hortum ducere ſimulauit. Deduxitq;
corpus ad locū ſibi a beato martyre demon
ſtratū: ubi ipſum ſecreto tumulauit. Sed dū
boues plauſtrū trahentes ī uia ſiti deficerēt
nec aquam reperire poſſent: orante muliere
& martyris auxiliū poſtulāte ſubito fons de
terra erupit & ſatiatis aīalibus uſq; ī preſēs
in ipō loco fluere nō deſiſtit. Paſſus eſt aūt
ſanctus martyr. 4. non̄ maii.

¶ De ſcā herina uirgīe & marē. CXXII.

HErina uirgo & martyr filia fuit
licinii īperatoris in ciuitate ma-
gedon & licinie regine: que uir-
go prius penelope uocabaẗ. Pa
ter uero eius turrim nobiliſſimā
ꝯſtruxit: & muro circūcinxit ac uiridarium
plantauit: ipmq; locum cūctis delitiis reple
uit: ſtatuaſq; .98. doꝝ appoſuit: ubi filiā ſuā
ānorum. vi. ꝑpter eius elegantiā uſq; ad tē-
pus nuptiaruꝫ īcluſit: datis ei ancillis. xiii.
ad miniſteriū & apeliano magrō ad litteras
edocendū. Cū autem eſſet ānoꝝ. xii. die qua
dam colūba per feneſtrā turris orientalem
ſuper mēſam paratā tulit oliuaꝫ: & per aliā
feneſtrā occidentalē coruus in eadem menſa
depoſuit uiperam. Quod cū magiſtro rettu
liſſēt: expoſuit coruum regem impiorum ui
peram tribulationem ſibi inferendam: colū-
bam regem celorum: oliuaꝫ uero pacem ce
licam ſibi dandam. Pater uero eius uolens
illam nuptui tradere ipſius animum requi-
ſiuit. Puella uero dierum. vii. acceptis indu
ciis deos patris ſuperinde cōſuluit. Sed ab
eis nullo reſponſo habito deum chriſtiano-
rum de quo audierat inuocauit. Cui ſtatim
angelus domini apparens eaꝫ in fide docuit
mutatoq; nomine herinam uocauit. Sequen
ti uero die theotimus quidam preſbyter ab
angelo in turrem intromiſſus eam baptiza-
uit: moxq; illa patris idola de turri ꝓiecit.
pater uero poſt dies. vii. reuerſus cum ido-
la confracta uidiſſet ipſamq; chriſtianam di
diciſſet eam ad ciuitatem duci fecit: que iux
ta urbis portam diabolum ſibi apparentem
& eidem cōminantem crucis ſigno fugauit.
¶ Cum autem chriſtum confiteretur iuſſu
patris uincta ungulis indomitorum equoꝝ
terenda ſubiicitur: ſed ipſa angelo aſſiſtente
nil leſa: pr̄ morſu uni⁹ ex eqs occidiẗ. Quē
uirgo a mortuis ſuſcitauit: & cōuerſum una
cum matre ſua in turri recluſit donec penitē
tiam agerent. Ipſa uero in ciuitate remanſit:
ubi chriſtum annuncians multos conuertit.
Quod audiens ſedechias deci⁹ frater licinii
rex potentiſſimus uenit ad ipſam ciuitatem:
& herinam comprehenſam ī foueam ſerpen-
tibus plenaꝫ īmitti fecit: ut ibi fame & repti
lium morſibus deficeret. Que ab angelo cō
fortata & ſerpentibus interfectis ibidem die
bus. xiii. ſine cibo permanſit. Deinde decius
pedes eius ſecari fecit. Sed continuo ab an-
gelo ei reſtituti ſunt. Poſt hec de conſilio
hipparchi comitis ſub rota molendini liga-
tur & aqua laxatur: ſed mox aque diuidunẗ
uincula eius rumpuntur: rotaq; permanſit
immobilis: & uirgo ſurrexit incolumis: un̄
& .viii. milia paganoꝝ cōuerſi ſunt: & lapi-
dantes decium ex urbe deiecerunt: qui poſt
dies modicos propter ictus lapidum expira
uit. Filius autem nomine ſapor mortem pa-
tris uindicare cupiens cum exercitu ciuita-
tem obſedit: ſed dum uirgo ſtetiſſet in porta
hoſtes omnes excecantur: & iterum eius ora
tionibus illuminantur. Sapor uero urbem
ingreſſus confixis clauis in calcaneis uirgi-
nis eidem impoſuit maſſam quam portare fe
cit ad ſeptem miliaria. Cūq; illeſa rediſſet.
triginta milia hominū conuerſi ſunt. Sapor
uero a diabolo oppreſſus expirauit. ¶ Poſt
hec ueniēs theotimus preſbyter parētes uir
ginis & populum baptizauit: & eos in fide
diligenter inſtruxit. Poſt ānos uero tres ue
niens uirgo ad ciuitatem calanicum tenta ē
a numeriano rege pro chriſti nominis con-
feſſiōe. Aquo ī tres boues eneos ignitos ſuc
ceſſiue incluſa cum permāſiſſet illeſa: & ter
tius bos acſi uiuus calorē ſentiens: mugienſ
diſcurreret decem milia gentilium conuer-
tuntur. Huic mortuo rege predicto a preto
re quodam in ignem miſſa cum exiſſet tam
membris quam ueſtibus inuſta pretorē con
uertit. ¶ Hinc ad urbem conſtantianā de-
ueniens ramūq; oliue deferens diebus octo
permāſit ibidem: & multos ad fidem addu-
xit. ¶ Inde ad niceam accedens ſaporeꝫ quē
dam regē cū multis de populo chriſto acq-
ſiuit: ubi diebus. lxxviii. permāſit. Poſt hec
ad urbem propriam rediens patrem defun-
ctum repperit: & diebus aliquibus ibi de-
gens matrem in domino confortauit. Nouiſ
ſime uero diuia uirtute aſſūpta epheſum de
duciẗ: ubi mltis oñſis miraculis & pl̄imis
dn̄o lucratis poſt dies. iꝫ. aſſūpto apeliāo di
daſcalo ſuo cū aliis. 6. uiriſ urbe exiuit: ubi
nouum ſepulchrum repperit. In quo ſe in-

cludi fecit:& ut poſt dies quattuor ad ſe redirent mandauit. Qui ad terminū reuerſi:amotoq; lapide ſepulchrum uacuum inuenerunt. Cuius feſtum agitur.4.noñ maii: quo uidelicet die ſepulchrum intrauit.

¶ De ſancta antonia uirgine & martyre. CXXIII

ANtonia uirgo apud nicomediam paſſa eſt:que nimiū torta & uariis afflicta cruciatibus: poſt ab uno brachio tribꝰ diebus ſuſpenſa:deinde i carcere biennio detruſa a priſciliano preſide nouiſſime flammis exuſta eſt 4.noñ maii. Hec hieroꝰ in martylogio.

¶De ſanctis ſiluano epiſcopo & ſociis martyribus. CXXIIII

SIluanus epiſcopus cum ſociis ſuis in paleſtina ciuitate gaza martyrium paſſus eſt. Hic enim cuꝫ eſſet epiſcopꝰ tyri phenicis & annis fere quadraginta ſacerdotio functus fuiſſet ſub perſecutione maximiani imperatoris uir manſuetudine animi & ipſa iam ſenectute uenerabilis:cum plurimis clericis ſuis & tribus iuuenibus xp̄ianis beſtiis ſubiecti hoſtia chriſti effecti ſunt: ſicq; martyrio coronati.4.noñ maii.

¶De ſanctis q̄draginta martyribꝰ. CXXV

QVadraginta martyres ſub ꝑſecutione diocletiani apud caſtrum lauriacum paſſi ſunt agente preſide aquilino: de quibus ſupra i paſſiōe ſancti floriani martyris actum eſt. Qui ab eodem preſide poſt uaria & exquiſita eis illata ſupplicia:uinculis duris artati in carcerē miſſi ſunt. Quoꝝ paſſionibus florianꝰ martyr predictꝰ ad martyrii tolerantiam animatus eſt. Qui omnes dudū recluſi & inedia afflicti:tādem i carcere ſpiritum tradiderunt.4.noñ maii.

¶De ſanctis aliis quadraginta martyribus. CXXVI

QVadraginta alii ſancti martyres in metallo phanenſi paſſi ſūt: de quibus ſcribit euſebius.8.libro eccleſiaſtice hiſtorie cap.14.ꝯtēpore ꝑſecutiōis diocletiāe oēs iſimul ꝑ xp̄i nois confeſſiōe capite ceſi ſunt.4.noñ maii.

¶De ſcis q̄dragīta ruſticis mr̄ibꝰ.CXXVII

QVadraginta ruſtici mr̄es tp̄ibus gregorii pape primi martyrium paſſi ſunt: q a lōgobardis capti carnes imolatitias comedere cōpellabāť. Cūq; dudū reſiſterent poſt multas cōminationes eiſdē a lōgobardis illatas:fideliter perſtiterūt: ac i ſua ꝯſtantia ſimul omnes gladiis ceſi ſunt. Hec gregoꝰ 2.dialog.c.27.

¶De aſcenſione dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. CXXVIII

AScenſio dn̄i die q̄drageſimo a reſurrectiōe ipſiꝰ facta eſt. Nam in ipſa die dn̄s diſcipulis bis apparuit:ſemel.xi.ʳ diſcipulis comedētibus i cenaculo. Omnes quidem tam apoſtoli q̄ alii diſcipuli: nec non mulieres habitabant in illa parte hieruſalē: que dicebatur mello in arce dauid:ſcilicet i monte ſyon. Et erat ibi cenaculū illud grande ſtratum: in quo dn̄s precepit ſibi paſcha parari:& in illo cenaculo tūc undeci apoſtoli habitabant. Ceteri autem diſcipuli & mulieres in eadem arce per diuerſa hoſpitia: ubi dum diſcipuli recumberent dominꝰ eiſdē apparuit:& illorum incredulitatem exprobrauit: & cum comediſſet cum eis:& precepiſſet ut in montem oliueti uerſus bethaniā irent:ibidem eis iterum apparuit:ac ſpiritū ſanctum eis ſe miſſurum promiſit. Indiſcrete quoq; de tempore futuro querentibus reſpondit:ꝙ eis datum nō erat noſſe tempora uel momenta. ¶Tunc eleuatis manibus eis benedixit:& inde coram eis in celum aſcendit. In quo loco cum poſtmodum edificata fuiſſet eccleſia:locus ille in quo ſteterūt xp̄i ueſtigia nunq̄ ſterni potuit pauimento ſed reſiliebant marmora i ora calcantium. Calcato quoq; pulueri a dn̄o adhuc ueſtigia impreſſa cernuntur:& eandem adhuc ſpeciem terra cuſtodit. Cum autem chriſtꝰ propria uirtute eleuatus aliquantulum aſcendiſſet: uidelicet uſq; ad nubes: tunc nubes clara inuoluit eum:& obtexit ab oculis diſcipulorum cum qua ſimul celos aſcēdit. Et intuentibus illis in aerea:poſtq̄ ip̄m amplius uidere nō poterant:duo eiſdem angeli in albis aſtiterūt dicētes: ꝙ ieſus q ab eis aſſūptꝰ in celū fuerat: i eadē carne & eodē mō & i ipſo loco iudicaturꝰ orbem uenturꝰ erat. Tunc illi hieroſolymā ad locum habitatiōis ſue reuerſi ſunt:ꝓmiſſū ſpiritū paclitū expectantes. Cuiꝰ aſcenſiōis feſtum ad lr̄am ꝯtigit.3.noñ maii. ¶ Et qa de more eſt:ut cū aliqs magnus dn̄s ad aliquas ꝑtes uadit:q̄ttuor iquiri ſolēt.ſ.de loco undē abiit:de tp̄e qn̄ receſſit:de mō quē tenuit: & de fine ad quē pgrauit. Iccirco circa hanc aſcenſiōnē ꝑdicta quattuor inquirenda ſūt:uidelicet loci celſitudo:tēporis plenitudo:modi rectitudo: & finis magnitudo. ¶ Circa primū uidelicet circa loci celſitudinē ſciendū eſt:ꝙ xp̄s aſcēdit ſuꝑ oēs celos:ut dicit eph.4. Qui deſcēdit ipſe ē:& q aſcēdit ſuꝑ oēs celos. Eſt autē celū materiale:rōnale:intellectuale:& ſuꝑſubſtātiale. ¶Celū materiale triplex eſt.ſ. Aereū uñ & aues celi dicūť ꝑ aera uolitātes math.6. Reſpicite uolatil.ꝯc. Ethereū qđ diuiſū ē i.7.orbes planetaꝝ & firmamētū ſtellaꝝ fixaꝝ.eccle.43. Spēs celi gloria ſtellaꝝ

¶ De ſcõ hilario epiſcopo. CXXXI.

Hilarius arelateñ eṗs uir ĩ ſanctis ſcripturis doctus & doctor iclytus fuit. Qui pauptatis amator erga iopũ ꝓuiſioné pietate mentis & corporis labore ſolicitus: grandi & ſolerti cura pauperes aluit & ĩ docendo gratiſſimus extitit: multos ſermones ſplendidos ad populũ ſudit: & plurima eruditionũ opuſcula ꝯpilauit: uolumẽ grande de fide.xii.libris explicitũ ſmone ſplẽdido exarauit. Beati quoq; honorati pdeceſſoris ſui uitam cũ multorum utilitate ꝯpoſuit. Finẽ uite dedit ualentiani & martiani tẽporibꝰ ꝫ.noñ maii. Hec gennadius libro de uiris illuſtribus.

¶ De ſcõ eutimo martyre. CXXXII.

Eutimꝰ diaconus & mṙ apud alexandrie ciuitatẽ pro xp̄i fide ab infidelibus xp̄ianitatẽ emulantibus detentus: & dudũ ĩ carcerali ergaſtulo uinculis artatus: & in edia maceratus in cõfeſſiõe emiſit ſpiritum ꝫ.noñ maii.ut dicit ado.

¶ De ſcis hyreneo & ſociis mṙ. CXXXIII.

Hyreneus & peregrinꝰ mṙes & hyrenis uirgo apud theſſalonicam ciuitatẽ dũ ueritatem ſacre fidei ꝓteſtari auſi fuiſſent: paganorũ rabie detenti atq; inſimul ignibꝰ combuſti palmas martyrii perceperunt.ꝫ.noñ maii.hec ado.

¶ De ſcõ ioãne añ portã latinã. CXXXIIII.

Ioãnes euãgeliſta ideo ante portam latinã dicitur: quia in urbe roma ĩ ipſo loco ĩ feruenti s olei dolio miſſus diña gratia idẽ exiuit illeſus. Nã ut in eius legenda aliqualiter tactum ẽ.vi.cal.ianuarii. Cũ domitianꝰ ĩpator ſcdam poſt neronem in xp̄ianos pſecutionẽ excitaſſet: & beatꝰ euangeliſta apud epheſum predicaret a proconſule tentus iuxta edictum impiale admonebatur xp̄m negare & a predicatione ceſſare. Quod cum apoſtolus recuſaret dicens ꝙ obedire deo magis q̃ hominibus opteret: proconſul eum in cuſtodiã miſit & de eo per litteras ĩperatori ſuggeſſit. Cui domitianꝰ reſcripſit ut ioannẽ catenis uinctum ab epheſo ſecum romã adduceret. Cũ ergo a ꝓconſule ad urbem adductus eſſet: mãdauit ĩpator ꝓconſuli: ut ioãnẽ apud portã que latina dṙ ĩ doliũ feruentis olei mitteret: priꝰ tñ ipſum more romão flagellis cederet & crines capitis eiꝰ funditus tonderet ut ſic deſpectus & illuſus omnibus apperet. Tunc procõſul iuxta mãdatum ceſaris ioannem ante portam latinam adductũ prius flagellari: deinde crinibꝰ tondi fecit: ac demum in dolium feruentis olei mergi. Qui cõiectus in illud unctus nõ aduſtus de uaſe exiit: & tam a pena illeſus fuit q̃ a corruptione carnis immunis permãſit. Procõſul aũt tanto miraculo ſtupefactꝰ eũ liberũ dimiſiſſet niſi imparorẽ offendere timuiſſet. Sed in inſulã pathmos ip̄m in exilium duci fecit: & ſic furorẽ domitiani tẽperauit. In loco aũt illo ubi in oleum miſſus eſt: xp̄iani ꝓceſſu temporis eccleſiam eiꝰ nomini fabricarunt: & feſtũ eius ipſa die celebrare ceperunt: uidelicet pridie noñ maii.

¶ Hic beatus apoſtolus & euangeliſta in p̄dicta inſula relegatus: apocalypſim quã ei dñs reuelauit greco ſermone manu ſua conſcripſit: quã interpretati ſunt iuſtinꝰ mṙ & hyreneus. Scripſit & epiſtolam canonicam cuius initiuꝫ eſt. Quod fuit ab initio ⁊c. que a cunctis eccleſiis & uiris eruditiſſimis approbaṫ. Relique aũt due que ioãnis ĩtitulãtur. Alteri ioãni pſbytero aſcribunṫ. Cuius & ſepulchrũ apud epheſum demonſtratur. Nouiſſimus autẽ oĩum & finẽ ſcripturarum ſuarũ ſcripſit euangelium ab aſie ep̄is rogatus aduerſus cerinthũ alioſq; hereticos: & p̄cipue ebionitaꝝ tunc dogma ꝯſurgens. q aſſerunt xp̄m ante mariã non fuiſſe: unde etiã ꝯpulſus eſt diuinã uerbi natiuitatẽ edicere. Hec hieronymꝰ de uiris ĩlluſtribus. ¶ Refert quoq; hellinandus ꝙ euangelium ꝯſcripturus triduanũ ieiuniũ omni eccleſie indixit: ut digna deo cõſcribere poſſet. In loco autem ubi euangelium ſcripſerat: licet nullo ſit opimẽto munitus: nihil hactenꝰ ĩbris aut pluuie decidit: ut per hoc appareat quãtam ip̄i loco elemẽta uſq; in preſẽns reuerẽtiam ꝓuant.

¶ De ſcõ ioãne damaſcẽo pſby. CXXXV.

Ioãnes preſbyter cognomĩe damaſcenus apud cõſtãtinopoliꝫ floruit tp̄e theodoſii.ꝫ.ĩpatoris. Hic filius meſue ſaraceni apud damaſcum exortꝰ unde & damaſcenus dictus eſt ab annis puerilibus cultu iudeus in iudaiſmo natus & educatus liberalibus ſciẽtiis & philoſophicis ĩbutꝰ: litteriſq; grecis hebraicis pariter & latinis eruditꝰ libros utiles ĩ medicinalibus utpote pitiſſimus medicus ꝯfecit. De iudaiſmo tandẽ ad huc iuuenis ad xp̄m ꝯuerſus conſtantinopolim ueniens ſub anaſtaſio ſo imparore mõachalẽ habitũ ſumpſit. Et uirgo pmanens ĩ amorẽ beate uirginis totum ſe cõtulit: pluraq; dictamina in eius laudibus cõponebat & cõpoſita ſcribebat: multiſq; nobiliũ filiis multa legebat. Cum autẽ die quadã poſt lectiõnẽ cum ſcholaribꝰ iret ſpatiando: pyrate ſaracenoꝝ eũ ſubito rapuerunt & ad egyptum ducentes cuidam ſaraceno diuiti uendiderunt. Qui aduertens eiꝰ pitiam filiũ ſui

eidem inſtruendũ tradidit:& ipm honoriſi/
ce tractauit.Qui pueꝝ acerrimi ingenii ĩfra
paucos annos plenius erudiuit:illeq; magi/
ſtri modũ dictandi & ſcribendi adeo didicit
ut nec ſtilum nec ſcripturã alterutrius quis
diſcernere poſſet.Mortuo uero anaſtaſio im
peratore:theodoſius fact⁹ impator:qui ĩ iu/
uẽtute ei fuerat amiciſſim⁹: ioannẽ precib⁹
ac p̃cio multo a ſaraceno redemit:quẽ ꝯſtan
tinopolim deductũ ſuum cancellariũ fecit:
eiuſq; ꝯſilio & induſtrie curiam totã regen/
dam cõmiſit.Filius aũt ſaraceni quẽ docue/
rat iam magn⁹ effect⁹ & glorie p̃ceptoris in/
uidẽs:cogitans quõ honorem magiſtri ꝯſeq
poſſet:ꝯſtantinopolim ueniens ſub noĩe ioã
nis litteras ꝯfinxit:quas ſaracenoꝝ ſoldano
dirigebat:in q̄bus ei ſignificabat:ꝙ memor
beneficioꝝ in partib⁹ egypti a ſaracenis re/
ceptoꝝ libẽter uellet ſoldanũ grecie dn̄ari:
& ꝙ impator exercitum grecoꝝ ad p̄tes re/
motas cõducere debebat.Et ꝙ ſi cum gente
ſua ad urbẽ regiam feſtinaret: ſubito & ſine
obſtaculo impiũ grecie obtineret.Has autẽ
lr̄as iuuenis ille in ꝯſiſtorio cauſaꝝ ex indu/
ſtria ꝓiecit:& abiit.Reperte igit̃ lr̄e & impe
ratori theodoſio exhibite:ꝓcul dubio ioan
nis epiſtole ſunt iudicate attẽto mõ dictami/
nis & ſcripture.Captus ioãnes impatori p̄/
ſentat̃:& an litteras illas ſcripſerit: ipm au/
guſt⁹ ſciſcitat̃.Ioãnes rn̄det:ꝙ ſtilum & lit/
terarum formã ſuum eſſe negare nequit:ſed
teſte deo illas epiſtolas nunq̃ ſcripſit. Cũq;
ꝓpter ꝯfuſam reſponſionẽ adhuc maior ſu/
ſpitio eſſet cõtra eũ: & quidã ipm ut ꝓdito/
rẽ dicerẽt occidendũ.Impator fecit ei dexte
ram amputari:& ꝓditorem ſuũ & impii pu/
blice ꝓclamari:&ad p̄petuam eius ꝯfuſionẽ
manũ ĩ eccleſia ſue abbatie ſuſpendi: ipmq;
ad monaſteriũ ſuũ iuſſit reduci. Qui ſepius
cũ lachrymis uirginis ſolatiũ implorabat:
& iniuriã patientiſſime tolerabat.¶Cũ aũt
quadã die ueneris nocte diei ſabbati adueni
entis dudũ in or̃one uigilaſſet:& truncũ bra
chium uirgini oſtendiſſet:& poſt fletũ leui/
ter dormitaſſet:uirgo glorioſa ei apparuit:
eũq; ꝯfortar̃ cepit. Ille uero ecõtra ſe nimiũ
aſſerebat dolere:q̄a ꝯfuſionẽ ſuam & mona
choꝝ cõtinue ꝯpellebat̃ aſpicere:& quia de
ea repta dictamina nõ poterat:ut ſolebat cõ
ſcribere:nec corpus dn̄icum de ipſa celerãs
amplius cõtrectare.Tunc btã uirgo manuȝ
appenſam:ut ſibi p ſomniũ uidebat̃:accepit
& oĩ dolore remoto brachio reſtituit.Euigi
lãs ioãnes manũ ſibi reſtitutã inuenit:& que
erat iam arida carne recentẽ ꝯſpexit. Ipſaq;
die ſacris ĩdutus miſſam btẽ uirginis cũctis
ſtupentib⁹ ſolẽniter celebrauit.Impator mi
raculum uidens ioãni ueniam petiit: ipmq;
officio ſuo r̃ſtituẽs honorifice eũ ꝑtractauit
Queritq; ab eo:ſi aliquẽ ſuum modũ dictã/
di & ſcribẽdi docuerat:illeq; cuncta p ordi
nem ei narrat.Queſitus calũniator capit̃:&
peccatum ꝯfitens ſuſpendio iudicat̃: ſed io/
anni ꝓ eo interueniente mors in exiliũ cõmu
tatur.Poſt aliquot annos ſcũs uir officio re
nunciauit:& in monaſterio ſuo degens ĩ ſcã
religione uitam finiuit ãno.75.etatis ſue pri
die non̄ maii:ſepultus ꝯſtantinopoli mira/
culis clar⁹.¶Hic ſcũs doctor libꝝ cõpoſuit
orthodoxe fidei certam traditionẽ continẽ/
tem in q̄ttuor libris digeſtũ:quẽ burgredi⁹
piſanus cauſidic⁹ eugenio pape tertio d̄ gre
co tranſtulit in latinũ.Libꝝ etiã compilauit
de uita & moribus ſaluatoris: oĩa xp̄i & ge/
nitricis geſta ab incarnatione uſq; ad aſcen/
ſionem ſerioſe & particulariter continentẽ.
Libꝝ de laude uirginis rhythmico ſtilo la/
tine cõpoſitum.Scripſit etiã uitam balaã &
ioſaphath eremitaꝝ.Alioſq; plures elegan/
tes ſermones & tractatus ꝑutiles cõpilauit.
hymnos & ſequentias & alias laudes ĩ hono
rem genitricis & geniti metro dictauit: que
q̄a greco ſ̃mõe ꝯgeſta fuerãt metro trãſfer/
ri nõ potuerũt.Et alia plura utilia digeſſit.

¶De ſcõ lucio cyreneñ epõ CXXXVI

LVci⁹ eps cyreneñ de quo ſãct⁹ lu
cas actu.13. mẽtionẽ facit: a ſcis
apoſtolis prim⁹ apud cyrenẽ põ
tifex ordinatus eſt: quo officio
p̄dicationis fideliſſime pacto ſci
tate & doctrina ꝯſpicu⁹ quieuit in pace pri/
die non̄ maii: ut dicit hieronymus in marty
logio ſuo.

¶De ſcõ enodio epõ & martyre.CXXXVII

ENodi⁹ eps apud antiochiã marty
riũ paſſus ẽ:de quo ſcũs ignati⁹
ſcribit: ꝙ primus ibidẽ ab apo/
ſtolis eps eſt ĩſtitut⁹. Qui apud
eandem urbẽ ſub ꝑſecutione ne/
ronis impatoris glorioſo martyrio corona/
tus uitam finiuit: ibiq; ſepultus eſt pridie
calendas maii.

¶De ſcã flauia domitilla uirgine & marty/
re. CXXXVIII

FLauia domitilla uirgo apud ta/
racinam campanie ciuitatẽ ſub
domitiano paſſa eſt. Que cũ eẽt
flauuii clementis ꝯſulis ex ſoro/
re neptis:Aureliano filio ꝯſulis nepoti do/
mitiani impatoris in ꝯiugium tradita eſt:da
tis ſibi duobus enuchis cubiculariis:uidelȝ
nereo & archileo.Cũq; puella auro & p̄cio/
ſis ueſtib⁹ tegeret̃:nere⁹ & archile⁹ q̄ occul/
te xp̄iani erant:eidẽ fidem p̄dicauerũt:& uir
ginitatẽ multipliciter cõmendauerũt: in tan
tum ut ipſa in xp̄m crederet: & uirginitatis
uotum emitteret: Quam ſcũs clemens papa
baptizauit: & ſacro uelamine conſecrauit.

Quod audiens aurelianus ſponſus eius a domitiano ipetrauit:& uirginē cū nereo & archileo i pontianā inſulam relegauit: putans ſe per hoc propoſitū uirginis imutare. Poſt q̄ aūt ſancti martyres nere⁹ & archile⁹ martyriū paſſi ſunt: ut dicetur īfra in eorum paſſione. 5. idus ſeptēbris: & ubi ſci maro eutyces & uictorinus: qui etiā domitillā i fide cō fortauerāt: agonē ſuum ꝯpleuerūt: ut dictū eſt ſupra de eis. xvii. cal. maii. Aurelian⁹ uirginem de exilio reduxit: & duas uirgines euphroſynam & theodorā collactaneas ei⁹ ut ei ſuaderent miſit: quas tn̄ domitilla ad fidē couuertit. Tunc aurelian⁹ cum ſponſis dictarum puellaꝝ & tribus ioculatorib⁹ & aliis ſociis ad eam acceſſit: ut ipſam ſaltem uiolēter opprimeret. Sed cuꝫ uirgo xp̄i prefatos duos iuuenes ꝯuertiſſet. Aurelian⁹ eam i thalamū introduxit: & ibidē mimos canere & ceteros ſaltare ſecum fecit ut ad libidinē magis accenſus: ipſam poſtmodū uiolaret. Sed cū mimi deficerent in canendo & ceteri i ſaltando: ipſe tn̄ per biduū ſaltare non ceſſauit donec in ſaltando expirauit. Luxurius uero frater eius ab iperatore obtenta licentia omnes q per uirginē crediderant interfecit: & cubiculo ubi domitilla cum ✠ euphroſyna & ✠ theodora morabat̄ ignem ſuppoſuit. Que ſimľ orātes ſpiritū emiſerūt non̄ maii. Quarū corpora ſanctus ceſari⁹ mane illeſa reperiens ſepeliuit.

¶ De coniunctione corpoꝝ ſanctorum ſtephani & laurentii. CXXXIX.

Coniunctio corporū ſanctorum martyꝝ ſtephani & laurentii fcā eſt rome ſub theodoſio iuniore. Nam cuꝫ eudoxia filia theodoſii ipatoris & uxor ualētiani apud urbem cum uiro degens a demonio uexaretur: & ualentianus illud patri cōſtantinopoli exn̄ti ſignificaſſet: iubet filiam cōſtantinopolim adduci: ut a reliquiis protomartyris ſtephani tangeretur. Corpus eni ſci ſtephani dudum conſtantinopoli ex hieroſolymis tranſlatū fuerat: ut dicetur īfra in inuentiōe eius. 3. non̄ auguſti. Demon aūt in eudoxia clamabat ꝙ inde nunq̄ exiret niſi ſtephanus romā ueniret: qa ſic erat uolūtas apoſtolorum. Quod iperator audiēs a clero & populo ꝯſtantinopolitano obtinuit: ut corp⁹ ſtephani romanis daretur: & corpus laurentii grecis traderetur. Hoc aūt ipator pelagio pape ſcripſit: q de conſenſu romanoꝝ petitioni imperatoris ꝯſenſit: miſſi igit̄ conſtantinopoli cardinales corp⁹ ſci ſtephani romā deferunt: & greci pro accipiēdo corpe ſancti laurentii cū eis romā ꝑueniunt. Capue autē corpus ſancti ſtephani recipit̄: & a ciuibus illis dextrū brachium ſūmis precib⁹ obtinetur: & metropolitana eccleſia eius nomini fabricatur. Cū autem romam ueniſſent & corpus ad eccleſiā ſci petri ad uincula deferre diſpoſuiſſent: uectores ſubſiſtunt nec ultra procedere poſſunt. Demon auteꝫ in regina clamabat eos fruſtra fatigari: eo ꝙ non ibi ſed in eccleſia fratris ſui laurētii & iuxta eum elegerat collocari. Illuc ergo corp⁹ defertur: ad cuius tactum puella mox a demonio liberatur. Cūq; ſepulchrum adeo artuꝫ eſſet: ꝙ utraq; corpa capere non potuiſſet: laurentius aduentui f̄ris quaſi congratulās in alteram partē ſepulchri uerſus ſuper lat⁹ receſſit: & medietatem ſtephano uacuā dereliquit. Sicq; ſtephanū ſimiliter ſuper latus uerſa facie ad conſocium collocarunt. Greci uero dum man⁹ apponūt ut laurētium auferant ad terrā uelut exanimes corruerunt: ſed orantibus pro eis papa cum clero & populo uix ad ſe ad ueſpam redierūt. Omnes tamē infra decē dies mortui ſunt. Latini uero qui eis conſenſerant i phreneſim uerſi ſanari non pcterāt: quo aduſq; amborum corpora ut dictum eſt inſimul tumulata ſunt. Hec autem coniunctio facta eſt non̄ maii: ut dicit frater bartholemeus.

De apparitiōe ſci michaelis archāgl̄i. CXL.

Apparitio ſci michaelis archangeli dupliciter nominatur uidelicꝫ apparitio & uictoria. Apparitiones autem ei⁹ due ſunt principales propter quas feſtū hoc inſtitutum eſt. ¶ Prima qua in monte gargano apparuit: q mons eſt in apulia. 40. milibus diſtans a ſiponto ciuitate. Anno aūt domini 390. in predicta ciuitate erat quidam uir nomine garganus: a quo ille mons nomē accepit: qui animaliū multitudine pollebat. Cū autem circa predicti montis latera paſcerētur: contigit tauꝝ ceteros boues relinquere & uerticē montis conſcendere. Quē domin⁹ cum ei⁹ familia per deuia queq; requirens: ipſum tandē in uertice montis iuxta hoſtiū ſpelunce inuenit & mox in ipſum arcum tendens ſagittā toſſicatā direxit. Sed ſtatiꝫ illa uelut a uento retorta ipſum qui eam iecerat repercuſſit. Turbati ſuper hoc ciues ep̄m ſuperinde conſulēdū decernūt. Qui eis triduanum indixit ieiunium: & a deo monuit eſſe querendū. Quo pacto ſanctus archangelus michael per uiſionē ep̄o apparuit: eiq; reuelauit: qualiter loci illius cuſtos & inſpector erat: & quia eius uolūtate uir ille mortuus fuerat: ſeq; locum incolere tali iudicio comprobauerat. Statimq; ep̄s & ciues cū proceſſione locum adeunt: & ingredi nō preſumētes orationibus ante fores inſiſtunt. ¶ Secūda apparitio eſt que rome tp̄e gregorii pape legitur contigiſſe. Nam ut ſupra actum ē

in legenda gregorii.4.idus martii.Cũ idem pontifex ꝓpter peſtem inguinariam letanias maiores inſtituiſſet: & deuote pro ſalute populi exoraſſet:uidit ſuper caſtrũ quod olim memoria hadriani dicebatur angelum dñi: qui gladium cruentum tenebat:& in uaginã reponebat:unde gregorius intelligens ꝑces a deo exauditas:eccleſiã in honore angeloꝝ ibidem cõſtruxit:caſtrum quoq; illud exinde ſci angeli dictũ eſt.He autẽ due appariti ones ad litterã.8.idus maii occurrerunt: ꝓpter quas hoc feſtũ iſtitutum eſt.❡Eſt & alia apparitio que celebratur.17.calen.nouẽbris:de qua ibidem cũ quibuſdam miraculis ex ipſa ſubſequentibus agetꝰ. ❡ Dicitur etiam hoc feſtũ uictoria ꝓpter multiplicem uictoriam michaelis.Nam re uera iſte glorioſus archangelus ad omnẽ ſtrenuũ actum triumphi ſeu uictorie in chriſtiano populo delegatur.Vnde ſicut eo tẽpore quo populus iudeorũ erat peculiaris populus dei:michael erat in omibus princeps & adiutor ſynagoge ipſoꝝ:ut habetꝰ danie.10. Sic poſtq̃ populus xpianus per fidem chriſti factꝰ eſt populus dei: Michael factus eſt princeps & adiutor eccleſie xpianoꝝ.Vnde cantat eccleſia:Princeps glorioſiſſime michael ꝛc. Et iõ interpretatur quis ut deꝰ: quia ſicut nullus facere poteſt:quod facere preualet deus: ſic quoties aliquid mire uirtutis agitꝰ: michael mitti perhibetꝰ:ut ait gregorius. Licet autẽ in aliis uictoriis mirabilior apparuerit : tñ uictoria principalis ꝓpter quam hoc feſtuȝ denominatur:fuit illa quam ſipontinis hoc modo cõceſſit. ❡Poſt aliquod nempe tempus ab inuento loco:ut ſupra dictũ eſt.Neapolitani gentiles cũ ſipontinis & beneuentanis qui.50.milibus a ſiponto diſtant: ambobus fidelibus ordinato exercitu bellari ceperunt.Qui de epiſcopi ꝯſilio triduo inducias petierunt:ut ieiunio triduano uacarẽt: & patroni michalis auxilium implorarent. Tertia aũt nocte michael epõ apparuit: preces exauditas aſſerit: uictoriam affuturã ꝓmittit:& quarta diei hora hoſtibus occurrẽdum premonuit.Quibꝰoccurrentibꝰ mons garganus immenſo tremore cõcutitur: fulgura crebra uolãt:& caligo tenebroſa montem obtexit:ita ut ſexcẽti de aduerſariis tam ex ferro hoſtium q̃ ex ſagittis igneis interirent.Reliqui in fugam cõuerſi:uirtute comperta archangeli:continuo colla chriſtiane fidei ſubmiſerunt. Hec autẽ uictoria eodem die euoluto anno ab apparitione predicta: uidelicet. viii. idus maii dicitur contigiſſe. ❡Sunt & alie plures uictorie tam michaelis q̃ ange lorum: que quia diem certum nõ habent ſub hoc feſto comprehenduntur. ❡Prima uictoria eſt illa:quam michael archangelus cum ſuis angelis obtinuit:quãdo draconem.i.luciferũ cũ ſuis ſequacibus de celo eiecit.De quo exponitur illud apocal. xii. Factum eſt prelium magnum in celo michael & angeli eiꝰ preliabantur cum dracone ꝛc. Cum enim lucifer dei equalitatem appetiſſet:archangelus hic celeſtis exercitꝰ ſignifer a deo miſſus ipſum cum ſuis ſequacibus de celo expulit:& in hunc aerem caliginoſum uſq; ad diem iudicii remiſit. ❡Secunda eſt illa qua cum diabolo diſputãs de moyſi corpore ipm triumphauit.De qua habetur iude primo.Cum enim diabolus corpus moyſi ꝑdere uellet:ut ipm ꝓ deo iudeorum populus adoraret.Michael non iudicium blaſphemie improperãs : ſed imperio domini ei mandans : demonem expulit : & corpus moyſi diuina prouidentia occultauit.❡Tertia eſt quam de antichriſto habiturus eſt:quando ipſum occidet.Tunc enim michael princeps magnus:ut dicitur danie. xii.conſurget:& pro electis contra antichriſtum fortiter aſſiſtet.Deinde antixps ut dicit glo.ſuper illud apoc.xiii. Vidi unum de capitibus eius occiſum ꝛc.mortuum ſe finget: & per triduum latens poſtea apparebit : dicens ſe ſuſcitatuȝ:arteq; magica ferentibus eum demonibus in aera aſcẽdet:&omnes populi ipſum mirantes adorabunt.Tandem ut dicit gloſa ſuper illud ſecũda timo.2.quem dominus ieſus interficiet ꝛc.In monte oliueti aſcendet:& dum ſtabit in papilione & i ſolio ſuo in loco cõtra quem dominus aſcendit : michael adueniens ipſum interficiet. ❡Quarta eſt quam ãgeli quotidie de demonibus obtinent: dum pro nobis pugnantes ab eorum tentatione nos liberant.Hoc autẽ tripliciter faciunt. ❡Primo poteſtatem demonis refrenando.Figura apocal.xx.de angelo qui demonem ligauit:& in abyſſum miſit.& thobie.8.de diabolo in deſerto ſuperiori ligato.Huius enim religatio ipſa eſt poteſtatis eius refrenatio. ❡Secundo concupiſcentiam refrigerando. Figura geñ.32. Angelus tetigit neruum femoris iacob:& ſtatiȝ emarcuit. ❡Tertio memoriã paſſionis mentibus imprimendo.Figura apocal.7.de angelo aſcendente ab ortu ſolis habente ſignũ dei uiui.i.memoriam crucis.& infra Nolite nocere terre & mari ꝛc.quoaduſq; ſignemus ſerucs dei noſtri in frontibus ideſt mentibꝰ eorum.

❡De ſancto raphaele archangelo. CXLI

Raphael archangelus: quia nulla ſpeciali ſolennitate ullo tempore recolitur:Ideo huic feſto apparitionis michaelis merito coniungitur : Vt de ipſo aliqualis mentio habeatur.Interpretatꝰ autẽ raphael

medicina dei. Hoc aũt ideo nomẽ angelus il
le ſortitur: quia quotiẽs ad aliquẽ morbum
incurabilẽ ſanandum angelus aliquis a deo
deſtinari proponitur: tunc raphael angelus
mitti creditur: unde huic angelo duplex of/
ficium attribuit̃: uidelicet officiũ uie & offi/
ciuȝ medicine. Eſt enĩ hic angel⁹ & dux itine
rantibus & medicus morbo laborantibus:
unde & in hoꝝ ꝯprobationẽ: non ſolum to/
biam iuniorẽ in uia ꝯduxit & ſanuȝ cuſtodi
uit ac ꝯiugatum in diuitiis opulentuȝ ad do
mum paternã reduxit: ſed etiã tobiã ſenio/
rem excecatum illuminauit. De quibus per
ſingula agetur cũ ad hiſtoriam tobie pue/
nietur. ¶ Quod autẽ hic angelus dux & cu/
ſtos in uia itinerantibus exiſtat: patet in quo
dam miraculo: qđ legitur in libro de geſtis
francoꝝ. Dum enĩ quidam aurelianenſis ad
ſanctum iacobũ pegrinaretur: ãgelo rapha/
eli quẽ in deuotione habebat: & quem ducẽ
& cuſtodem uiatoꝝ audierat ſe ſpãliter cõ/
mendauit. Cũ autẽ in uia erraſſet: & appro/
pinquãs ſilue predones ſuperuenientes con
ſpiceret: feſtinare cepit iter ut eos euaderet.
Et cũ aliquantulũ proceſſiſſet: quidã ſe ſibi
quaſi comitem uie coniunxit: & cãm tante fe
ſtinationis queſiuit. Cui cũ cãm expoſuiſſet
& hoſtes ſe inſequentes oſtendiſſet: ille eum
hortari cepit ne timeret: quia ipſũ ſine leſio
ne ad rectã uiam reduceret. Et cum hoc lo/
queretur ſupuenerunt ad fluuium. Cumq;
ille nec pontem nec nauem ad tranſeundum
conſpiceret: nec uiã tranſuadandi ſciret ad
huc magis timuit: & ſe a comite deceptum
putauit. Et ecce cum predonib⁹ irruentib⁹
ille omni auxilio deſtitutus ſe ãgelo rapha
eli ꝯmendaſſet: ſubito ex alia pte fluminis
cum ſocio ſe tranſlatuȝ uidit: & hoſtes citra
flumeȝ mirantes dimiſit. Subitoq; ei comes
ille diſpuit. Sicq; uiam ſuam proſecutus ẽ.
Cum aũt iterum rediens ad locũ illũ appro
pinquans in eoſdẽ hoſtes irruere dubitaret:
graui ſopore ſubito depreſſus ſub arbore
dormitauit. Cui in ſõnis comes ille qui eum
trãſ flumẽ euexerat appuit: ſeq; eſſe raphae/
lem archangelum cui ſe ꝯmendauerat aſſe/
ruit: q eum in uia cuſtodierat & uſq; ad do/
mum ſaluum ducere intendebat. Euigilans
ille ſe ad unam dietam prope ciuitatem ſuã
repperit: & ſaluus rediens beato archange/
lo gratias egit. ¶ Quod etiam medelã infir
mantibus conferat patet in hoc miraculo.
Circa annum dñi. 1315. iuuenis robuſtus or/
dinem predicatoꝝ intrauit in conuentũ der/
beie inſule anglicane: qui morbũ caducum
patiebatur: ſed tñ hoc fratribus non reuela
uit. Adeo autẽ ipſa egritudine opprimebat̃
ꝙ ſepius cadens quaſi tribus horis detineba
tur. Quare cõpleto anno noluit a fr̃ibus ad
profeſſionẽ admitti. De gratia tamen manſu
rus ad conuentũ letiſtrie miſſus eſt: ubi duȝ
dicto morbo multum affligeretur: frater q
dam ricardus de ponte fineto pro ipſo deuȝ
orare cepit. Cui dormiẽti raphael angelus
apparuit: eiq; dixit ꝙ ſi frater ille uoueret ſe
continenter uictuꝝ: & ĩ uita ſua feria ſ̃a ĩ ho
norem angelorum ieiunaturũ ſanitatem p/
ciperet: & ꝙ ipẽ ad eum ſanandũ a domino
miſſus eſſet. Seq; raphaelẽ archangelum no
minauit. Quod cũ frater ille nouitio rettu/
liſſet: illeq; uotum emiſiſſet: eadẽ die a mor/
bo cecidit: & per uiſum angelũ raphaelẽ cõ
ſpexit: qui ipſum eleuauit ac perfecte ſana/
tum nunciauit: & ut ꝓmiſſa ipleret admo/
nuit: addens ut ſi qñ contraueniret illico in
morbum recideret. Statimq; ille ſanatus ẽ:
& ex illo die morbũ minime paſſus. Qui p⁹
modum ad profeſſioneȝ receptus factus eſt
bonus clericus: & ordini gratioſus.

¶ De ſcõ uictore martyre. CXLII.

Victor miles & mr̃ apud mediola
num ſub maximião auguſto paſ
ſus eſt. Qui maur⁹ genere a pria
etate xp̃ianus canicie uenerãdus
maximiano amiciſſim⁹ fuit. Quẽ
ut exiſtẽs mediolani ꝯpuit xp̃ianum prio in
carcere. vi. diebus afflictum inde eductũ fla
gellis cedi fecit. Et iterũ per triduũ ĩ carce/
re cõpeditum detineri. Rurſumq; de cuſto/
dia emiſſum xp̃mq; iuictiſſime cõfitentẽ fu/
ſtib⁹ duriſſime ceſum: tertio cuſtodie artio/
ri mancipauit. Dũ autẽ ab anolino conſula/
ri ad ſacrificandũ ſuaderetur: & imolare cõ
tẽneret: tertio productus corpus eius plum
bo & cera liquefactis perfunditur: ſed plum
bo ac cera in modũ aque balnearis ab ange
lo tepefactis uictor a cruciatu liberatur. In
de eductus extra portã uercellinã expectan
tibuſq; militibus iuſſionẽ impatoris oibuſq;
dormitantib⁹ ipſe ab angelo ſolutus ipiuſq;
mãdato fugiẽs ĩ ſtabulo latuit. Sed poſtmo
dum quadã ipm matrona indicante ꝑduct⁹
a militibus: & ferro artatus in ſiluula q̃ di/
citur ad ultimos in uiridario ipatoris decol
latus ẽ: qui & mortem maximiani eodem an
no ut euenit futurã predixit. Corpus autem
eius. vi. diebus expoſitũ ut a beſtiis uorare/
tur duobus leonib⁹ eũ cuſtodiẽtibus prote
ctum eſt: & integrũ reptum a ſcõ materno e
piſcopo ĩ ipo loco tumulatum eſt. Qui paſ
ſus eſt. viii. idus maii.

¶ De ſcõ cataldo epõ & cõfeſſore. CXLIII.

Cataldus epſ ex hibernie ptibus
oppido qđ dicit̃ catandus patre
eucho matre atheua exort⁹ fuit.
Hic nimia claruit ſcitate & iſigni
bus miraculis coruſcauit. Nam
ſtatim ut ex utero matris ad lucem ꝓdiit: ca

putq; in marmore pcuſſit:caput eius in ipſũ marmor acſi in cerã molliſſimã intrauit: & ſignũ uerticis concauitatẽ dimiſit. Et cũ mater ex dolore part⁹ expiraſſet:infans ſine cuiuſpiam auxilio ſe erexit:& matrem brachiolis amplex⁹ ipſam ſuo tactu dei gratia mirabiliter ſuſcitauit. Cũq; marmor in quo naſcens caput defixerat:ſub diuo poſitus eſſet & in ipſa eius cnncauitate pluuia caderet: omnes egri ex aqua illa ſumẽtes a quacũq; egritudine ſanabantur. ¶ Poſtq̃ autem ad p̃ſbyteratum aſcendit:& conciues ſuos ad fabricandam eccleſiam prouocauit: dum ipſe quoq; in opere exercitaretur:quidam nobilis cadauer filii nuper defuncti lachrymabiliter ei preſentauit:ipſeq; lachrymis illi⁹ cõpatiens & dolori:oratione fuſa puerum continuo ſuſcitauit. Quo miraculo multos ad deum conuertit. ¶ Creſcente autem ei⁹ fama filius alteri⁹ nobiliſſimi militis moritur:cuius cadauer a patre in pheretro uiro dñi apportatur:& ut ipſum ſuſcitet ſicut & puerũ alterum ſuſcitauit:inſtantius exoratur. Cuʒ autem ipſe ex humilitate recuſaret: & operi eccleſie intentus terram effoderet:caſu terrã abiiciẽs ſuper corp⁹ iuuenis aſperſit:& ille repẽte uiu⁹ ſurrexit. ¶ Rex aũt iſule hec audiens:& ipſa magicis artibus attribuẽs: nauigio uenit ad ſanctum de ſuis finibus propellendum. Sed nocte ab angelis per uiſum territur:ꝙ niſi reſipiſcat ſubito morietur. Eademq; nocte quidam eius dux in hoc facto conſiliarius repente interiit. Quod rex audiens & dei ultionem expauens a ſancto ueniam petiit:& ducatum ducis illius defũcti eccleſie que fabricabatur imperpetuum conceſſit. In qua eccleſia cataldus poſt breue tempus archiepiſcopus electus eſt: qui laudabiliter uiuens duodecim ſibi ſuffraganeos epiſcopos conſtituit: & totam inſulam uerbo & exemplo ad chriſti cognitionẽ adduxit. Omnibuſq; recte diſpoſitis in pace quieuit octauo idus maii. Cuius corpus cũ multo tempore latuiſſet:a dragone archiepiſcopo domino reuelante repertum & i eccleſia tarentiñ honorabiliter tumulatum:miraculis radiare non ceſſat:

¶ De tranſlatione ſancti andree. CXLIIII

TRanſlatio corporis beati andree apoſtoli tempore conſtantini imperatoris facta eſt. Cuius corpus de patraceñ ciuitate ubi paſſus fuerat:& a maximilla ſenatrice ſepultus cum oſſibus ſanctorum beati luce euangeliſte de bithynia ſublatis: & timothei diſcipuli ſancti pauli ab epheſo ſumptis:cõſtantinopolim tranſlata ſunt:ibiq; reuerẽtia digna recondita octauo idus maii: ut dicit ado.

¶ De tranſlatione ſci hieronymi. CXLV

TRanſlatio corporis ſancti hieronymi duplex eſt. Prima ẽ illa de qua ſcribit cyrill⁹ hieroſolymitanus epiſcop⁹ in epiſtola ad auguſtinum de eius miraculis trãſmiſſa. Cũ enim corpus glorioſi doctoris apud bethleem iuxta preſepe domini ut ipſe mãdauerat humo obrutum fuiſſet: & ibidẽ inſignibus & inauditis miraculis coruſcaret Videbatur fidelibus:ꝙ illud corpus ſanctiſſimum iacens in terra indignius tractaretur Ideoq; decoro ſepulchro marmoreo i eccleſia bethleemitica fabricato. Cyrillus hieroſolymitanus patriarcha cũ clero & populo ſanctum corpus eodem tranſferẽdum decreuerunt: & diem dominicũ poſt penthecoſtẽ ad hoc faciendũ celebrius ſtatuerunt. Et cõcurrente populi multitudine ex urbib⁹ conuicinis:terram ubi iacebat corpus effodiunt & euacuata fouea illud in aere pendere conſpiciunt:ita ꝙ nulla ſui parte humum cõtingens integrum & icorruptum oĩo repiunt odoriſq; fragrantiam mirã cuncti ſenſerunt Corpus autem inde leuatum & ſuper altare poſitum eſt:ut a fidelibus uideretur. Cuius ꝯtactu die ipſo. 16. ceci illuminati ſunt: tres quoq; demonio uexati illuc adducti liberationem perceperunt. Filius mulieris uidue populi frequentia compreſſus ſuffocat⁹ eſt. Quem mater in foſſa ubi corpus ſanctum iacuerat:proiecit exanimem:& continuo uiu⁹ ſurrexit. Quod cernens ruſticus: cuius filii cadauer defuncti ante tres dies ſepultum fuerat accedens ad locum corpuſq; filii exhumatum ad eccleſiam attulit & in foueam p̱iecit:ſtatimq; ſpiritũ uite recepit. Circa ueſperas aũt poſt predicta & alia multa miracula exhibita: corp⁹ in monumento repoſitũ fuit:& fouea terra repleta. Sed mane monumentum uacuũ eſt inuentũ: & euacuata iterũ fouea corp⁹ repertũ eſt loco priſtino reſtitutũ. Stupentib⁹ cũctis ſequenti nocte cyrillo dormienti hieronym⁹ glorioſus apparuit:corp⁹q; de loco ubi iacebat nullaten⁹ amouendũ admonuit dicens:ꝙ ibidem q̧eſcere debebat donec hieruſalem ab infidelib⁹ caperet̃:& tũc ad urbem romaʒ deportaret̃. Quod cyrill⁹ ceteris enarrauit: & unuſqſq; deo gratias egit. Hec aũt tranſlatio diem certũ non habet:niſi ꝙ cyrill⁹ eam die octaua pẽtecoſtes factam fuiſſe ſcribit: que tamen dies neſcit̃ quoto die cui⁹ue menſis eodem anno contigerit. ¶ Secũda tranſlatio eſt que i romanis chronicis reperit̃ q̃ corp⁹ ei⁹ de bethleem romã tranſlatũ eſt:& i eccleſia ſcẽ marie maioris reconditũ. Poſt multa enim annorũ curricula ab obitu hieronymi glorioſi hieruſalem deſtructa & a ſaracenis

occupata cum pene omnium ſanctorum eēt
orbata reliquiis : ſolo beati hieronymi cor/
pore ī ptibꝰillis relicto: appuit ipſe doctor
uni monacho ibi degenti mandans eidem ut
corpus ſuum romam deferet & ī eccleſia dei
genitricis iuxta preſepe domini tumularet.
Qui cum hoc facere formidaret:a ſancto do
ctore ſecunda uice admonetur:& iuſſa adim
plere recuſans: tertio de negligētia durius ī
crepatur. Tunc ſancti hieronymi reliquias
latenter ſurripuit:& cum duobus fidelibus
comitibus proſperis ſuccedentibus romam
uenit.Quem ſanctus iterum iuxta urbem ꝑ
uiſionem admonuit:ut ſolis canonicis eccle/
ſie conuocatis corpus de nocte quaſi clandē
ſtine reconderet:ne ex ſuperuenientibus tur
bis diminutionem aliquam in reliquiis ſub/
ſtineret.Itaq; prout ſanctus mandauerat iuſ
ſa perfecit:premiſſa ſolis ipſius eccleſie ca/
nonicis nunciauit:& ipſis preſentibus in lo/
co humili:uidelicet in terra ante preſepe do
mini corpus noctu deuote repoſuit:ubi a q̄
buſdam uoces angelice concinentes audite:
luxq; immenſa uti ſolis radius meridianus
ibideꝫ effulſit:miraq; odoris fragrantia unū
quēq; reſperſit.Celebratur autem hec feſti/
uitas die quo corpus almi doctoris ibi de/
poſitum eſt:uidelicet.vii.idus maii.

¶De ſcō hermete diſcipulo. CXLVI.

Ermes diſcipulus & epiſcopꝰ de
quo apoſtolus paulus ad roma/
nos.16.ſcribens meminit. Hic di
citur fuiſſe auctor libri qui dici/
tur paſtor : & apud multas gre/
cie eccleſias publice legitur : multiq; de eo
libro ſcriptorum ueterum ſcripſerunt teſti/
monia:ſed a latinis pene ignotus eſt.Sepul/
tus eſt rome apud baptiſterium ex faculta/
tibus ſancte praxedis conſtructum: ut dicit
hieronymus de uiris illuſtribus . Dorotheꝰ
abbas hunc ex numero.lxxii.diſcipulorum
fuiſſe dicit:qui epiſcopus philopoleos fuit
& rome quieuit. In libro etiam pontificum
habetur:ꝙ ſub epiſcopatu pii pape hermes
librum compoſuit:in quo mandatū contine
tur ꝙ ei precepit angelus domini cuꝫ ad eū
in habitu paſtoris uenit:& die dominico pa
ſcha celebrari conſtituit.Cuius feſtū agitur
vii.idus maii.

¶De ſcō metrone cōfeſſore. CXLVII.

Etron confeſſor uerone colitur ī
eccleſia ſancti uitalis ſepultus.
De quo fertur ꝙ illuc peregrinꝰ
aduenerit : ſed unde uenerit aut
quo loco exortus fuerit ignoratē
Ibiq; exiſtens nouum penitētie modum adi/
uenit.Nam lapidi magno compede in crure
poſito mediante ſe affixit:clauēq; cōpedis ī
flumē atheſis proiecit hoc ſibi ſignum pro/
ponens ꝙ quandocunq; clauem reperire cō
tingeret ab omnibus peccatis ſe abſolutum
cognoſceret:poſt plures itaq; annos appro
pinquante die uocationis eius piſcis capitē ī
cuius uentre clauis illa reperitur : animam
iam ſanctificatam deſignans & corporis diſ/
ſolutionem inſtantem prenuncians. Que pꝰ
dies modicos facta eſt.vii.idus maii.

¶De ſcō iob propheta. CXLVIII.

Ob iuſtus & propheta domini
licet de gentibus natus fuerit: ꝙ
tn̄ ſanctiſſimuſ extiterit non ſolū
in libro tobie.2.cap.& eze.14.&
eius nominis per totum ſcripto
uolumine expreſſe dicitur:ſed etiam ab om
nibus doctoribus approbatur. Fuit autem
incola terre hus que eſt in finibus idumee &
arabie:ut dicit hieronymus . Et erat ei anna
nomē.iobab genuitq; filiū ſibi in regno ſuc/
ceſſorem cui nomē enon . Erat quidam ipſe
filius zare de eſau filiis filius de matre uero
boſra: ita ut ſit quintus ab abraham nepos
eſau: & regnauit ī regione edon rex magnꝰ
ac potens inter omnes orientales:& accepit
uxorem arabiſſaꝫ:genuitq; filios.vii.& tres
filias.Fuitq; poſſeſſio eius locupletiſſima in
ouibus & bobus aſinis & camelis & poſſeſ
ſionibus terrarum ac familia multa nimis.
Et licet eſſet ex gentilibus patribus ortꝰipē
diuino ſpiritu reuelante:non ſolum ab ido/
latria abſtinuit:ſed inſuper ſanctiſſime uite
fuit.Nā erat uir ille rectus & ſimplex timēs
deum ac recedens a malo . Et cum filii eius
in cōuiuiis quotidie laſciuirent ipſe poſt cō
uiuia domino pro filiis imolabat:ut ſic que
in comeſationibus per filios in deum cōmiſ
ſa fuerant:ipſe ſacrificiis expiaret.Cuiꝰ ſan/
ctitas ore dei approbatur : dū in toto orbe
non habere ſimilē perhibetur. ¶ Vt autem
eius patiētia manifeſtior fieret : deus eum a
diabolo tētari permiſit:data ei primo in re/
bus deinde in filiis tertio ī carne propria po
teſtate.Demon auteꝫ accepta poteſtate a do
mino:primo ī exterioribus eum percuſſit.
Nam boues & aſinos a ſabeis auferri fecit:o
ues ex aere miſſo igne combuſſit:camelos a
chaldeis tolli procurauit pueroſq; ac fami
liam gladio hoſtili & igne conſumpſit.Dei/
de ipſum in prole inuaſit. Naꝫ filios omnes
ac filias palatio ſuper eos corruente uno im
petū interfecit.Et cum in his omnibꝰiob pa
tientem & in nullo ꝓmotum uidiſſet ad car/
nes eius perſequendas acceſſit . Graui enim
ipſum a planta pedis uſq; ad uerticem ulce/
re uulnerauit. Solamq; ſibi uxorem in gra/
uiorem afflictionem dimiſit:quā & ī eius cō
tumeliam icitauit. Et cum in his omnibꝰ nō
peccaſſet iob labiis ſuis neq; ſtultum qd cō
tra deū locutus eſſet.Nouiſſime tres amicos

ei⁹ & reges ſingulos de loco ſuo ad eum deſtinauit:qui licet ad conſolandum iob principali intentione ueniſſent : ipſos tamen diabolica ſuggeſtione lõga uerborum exacerbatione in ipſius odium & concrepationes prouocauit. Et cum ipſos iob ſapienti diſputatione & patienti ſermone ſuperaſſet. Ad ultimum helim quendam iuuenem arrogãtem contra iob in acerba conuitia & grauiſſima improperia ſuſcitauit. ¶Cumq; poſt multa flagella dominus ſeruum ſuum iob maniſeſtiſſime comprobaſſet : & per ſeptem annos ut dicit beatus hieronymus ipſius patientiam dudum expertus in lucem produxiſſet: miſertus ipſius ad ſtatum illum feliciorem reduxit:omnemq; facultatem eius duplicauit. Filios uero & filias totidem numero quot amiſerat : ei conceſſit : ſed eos duplici uirtute & elegantia prioribus decorauit. Vixit quoq; iob poſt flagella ſua annis centũ & quadraginta:& uidit filios ſuos & filiorum ſuorum uſq; ad quartam generationem Et mortuus eſt ſenex plenus dierum : annorum uidelicet centũ &octuagintatriũ. Nam ut tradit hieronymus annorum triginta ſex erat:quando a domino flagellatus eſt : & in ipſis flagellis annis ſeptem permanſit : poſt que ut ex textu libri ſui habetur annis centum & quadraginta ſuperuixit. ¶ Scripſit ipſe idem librum uite ſue & ſermonum ſuorum arabico ſermone : ut hieronymus ait. Qui certe liber proſa incipit:metro labitur pedeſtri ſermone finitur. Nam a principio uſq; ad locum illum ubi iob dicit. Pereat dies in qua natus ſum. ſtilo proſaico incohat. Inde uſq; circa finem:ubi dominus tres iob amicos redarguit: heroico metro proſequitur: Finem uero rhythmico colore concludit. Omniſq; legis dialetice:propoſitione:aſſumptione:confirmatione:concluſione ſingula uerba ſua determinat. ¶Nam quattuor diſputationum genera in ipſo libro cõplectitur. ¶ Quarum prima eſt dialetica : que procedit ex probabilibus. Et hec conſiſtit inter iob & tres amicos eius : ubi iob concluſionem hanc tenet:& probat: ꝙ deus hominem iuſtum ſine ſui culpa flagellat: amici uero eius oppoſitam concluſionem affirmant:uidelicet ꝙ deus neminem ſine culpa condemnat. ¶Secunda eſt ſophiſtica : que procedit ex apparentibus. Et hec eſt inter iob & helim: quãuis iob non reſpondeat:qui qdem iuuenis pſumptuoſus & uaniloquus:concluſionem amicorum iob approbans ſophiſtice ſyllogizat. ¶Tertia eſt tentatiua inter dominum & iob : qui eum de multis queſtionibus tentat:& interrogat:ut declaret ei:ꝙ nulla ſapientia eſt apud deum comparata. ¶ Quarta eſt demonſtratiua: in qua pro ipſo iob dominus contra tres amicos eius queſtionem diffiniendo demonſtrat. Et ſic concluditur totus liber plenus myſteriis & maximis diuine fidei ſacramentis. ¶Quieuit autem ſanctus iob in pace & optima ſenectute ſexto idus maii: ut hieronymus in ſuo calendario ponit. Sepultuſq; eſt in terra hus in finibus edon ſiue boſra: ubi & ſepulchrum eius cernitur uſq; in preſens.

¶De ſanctis gordiano & epimacho martyribus. CXLIX

Gordianus martyr rome paſſus eſt ſub iuliano apoſtata imperatore. Qui iulianus cum inter alios chriſtianum quendam ſenem preſbyterum nomine ianuariuꝫ tenuiſſet:dedit eum in cuſtodia cuidam eius uicario gordiano. Qui ianuarium ad domũ ſuam adducens:dum ipſum ad ſacrificia ſermonibus hortaretur : ianuarius gordiano chriſtum predicans eum conuertit : & ſtatuam iouis eream quam apud ſe habebat: in igne conflauit:ac ipſum cum uxore marina & familia eius promiſcui ſexus numero quinquaginta tribus cum eorum domibus baptizauit. Quod cum iulianus comperiſſet : ✝ ianuarium preſbyterum in exilium proſcriptione damnauit. Vxorem uero gordiani ✝ marinam ad aquas ſalinas manere precepit in ſeruitio ruſticorum. Gordianuꝫ aũt cuidã clemẽtiano quẽ loco eius uicariũ prefecerat:puniendum tradidit. Qui clemẽtianus gordianum ſibi catenis uinctum preſentari fecit:& in confeſſione chriſti perſiſtẽtem:primo quidem dudum plumbatis cedi deinde capite truncari precepit. Cuius corpus canibus proiectum:cum diebus ſepteꝫ manſiſſet intactum:tandem a familia ſua rapitur:& cum beato ✝ epimacho quem dudum ante predictus iulianus occidi iuſſerat ſepelitur uia latina: miliario uno longe ab urbe roma. Qui paſſus eſt circa annum domini tricenteſimum & ſexageſimum ſexto idus maii.

De ſanctis calepodio pſbytero & ſociis martyribus. CL

Calepodius preſbyter:palmati⁹: ſimplicius': felix & blanda cum ſociis eoruꝫ rome paſſi ſunt ſub alexandro imperatore. Cum eni palmatius conſul de mandato imperatoris ad regionem tranſtyberim acceſſiſſet:ut calepodiũ pſbrꝫ cũ aliis xpianis in domo quadam latentibus comprehenderet:decem milites qui domum intrauerunt: excecati ſunt. Quod alexander conſpiciens

ſuſſit omnem populum pro liberatione mi/litum deo mercurio imolare. Tunc una ex uirginibus paganorum arrepta a demone deum uiuum & uerum deum chriſtianoruȝ clamabat. Quod palmatius audiens conuerſus abiit ad ſanctum papam calixtum: & ab eo baptiſmum expetiit: quem calixtus pre/ſente calepodio baptizauit omnemqȝ eius familiam cum uxore & filiis numero quadra/gindaduobus unda ſalutari perfudit. Qui palmatius exinde cepit facultates ſuas pau/peribus errogare. Poſt dies plurimos ale/xander hoc audiens fecit teneri palmatium eumqȝ examinatum & chriſtum confitenteȝ tradidit ſimplicio ſenatori quatenus ei per/ſuaderet ut ad culturam deorum accederet. Cum autem ſimplicius ipſuȝ plurimum honoraret: & palmatius omnia ſeculi blādimēta contemnens orationibus & ieiuniis inſiſteret: quidam nomine felix uenit ad palmati/um deferens uxorem ſuam nomine blandaȝ ab ānis quattuor paralyticam: ut eam ſana/ret. Quam palmatius in conſpectu ſimplicii & omnis eius familie fuſa oratione ſanauit. quo uiſo miraculo conuerſus eſt ſimplicius ſenator cum omni domo ſua: felix quoqȝ cum uxore ſua blanda ſana effecta: cepūtqȝ omēs baptiſmati gratiaȝ expetere: uocatoqȝ ſancto papa calixto cum beato calepodio: ſuperuenientes ad domum ſimplicii bapti/zauerunt eum cum tota eius familia atqȝ felicem cum coniuge ſua blanda. Quod cum alexander audiſſet: quia multitudo hominuȝ per beatos calixtum & calepodium in chri/ſto credidiſſet: miſſit exercitum militum: & tenuit omnes qui baptiſmum perceperant: quos precepit capitalem ſubire ſententiam: & per diuerſas portas urbis rome capita eorum ſuſpendi ad exempluȝ chriſtianorum. Tenuit etiam calepodium queȝ gladio fecit occidi: & corpus eius in tyberim iactari an/te inſulam lycaoniam. Quod tandeȝ a piſcatoribus repertum & beato calixto pape preſentatuȝ ab eodem in ſuo cemiterio uia apia ſepultum eſt. Paſſi ſunt autem ſancti mary/res. vi. idus maii.

¶De ſanctis primo marco iaſone & celiano martyribus. CLI.

PRimus: marcus: iaſon: & celi/anus martyres tergeſti ciuitate paſſi ſunt tempore hadriani im/peratoris ſub artaſio preſide. Qui primū preſbyterum & marcum diaconum fuſtibus cedi iuſſit: & ſub uētres eorum ignem accendi. Deinde ſulphur ſolutum in ora eorum infundi. Et cum hec omnia ſupplicia ſine ulla eorum leſione ſu/peraſſent: multiqȝ exinde conuerſi fuiſſent iaſonem & celianum fuſtibus tā diu uerberari mandauit donec ceſi ſpiritum emitterēt Deinde primum & marcum extra urbis menia decollari. Quorum corpora in eodem tumulo iuxta eandem ciuitatem ſepulta ſūt quinto idus maii.

¶De ſancto mamerto epiſcopo & confeſſo/re. CLII.

MAmertus epiſcopus uiennen̄ mi/raculis & ſanctitate apud eandē urbeȝ celebris habetur. Qui ob imminentem terremotum & tempeſtatum cladem atqȝ luporum rabiem ſolēnes tribus diebus ante aſcenſio/nem domini letanias inſtituit: ut habetur ſupra de letaniis. Qui etiam apud prefatam ciuitatem quieuit in domino quito idus maii: ubi & ſepultus uirtutibus claret.

¶De ſcō maiolo abbate. CLIII.

MAiolus abbas nobilibus parentibus progenitus: & ſacris litteris imbutus: ac uirginitatis flore decoratus: primo archidiaconus eccleſie maticen̄ fuit: Deinde fa/ctus eſt monachus cluniacenſis ſub hermo/ardo abbate ſancti odonis ſucceſſore ſan/ctitate uite mirabiliter pollens: ſummaque patientia decoratus. Qui prorpter grauem infirmitatem quam incurrit lumen oculorū amiſit: nec tamen exinde in aliquo unquaȝ perturbari uiſus fuit. Sexto autem anno monachationis ipſius decedente abbate mona/ſterii maticenſis ad eiuſdem loci regimen licet inuitus eligitur: non obſtante ꝙ lumine foret oculorum priuatus & corpore quaſi uiribus pre longa egritudine deſtitutus. In ipſa autem abbatia ſanctiſſime iubar uite fuit: & multa miracula oſtendit. Cecis uiſum: ſurdis auditum: claudis greſſum: Aliiſqȝ di/uerſorum generum langoribus detentis cōferens medicinam. Plures etiaȝ a morſibus ſerpentum uenenatos: & a periculis flumi/num & ictibus fulgurum liberauit. Cande/le ſeu lampades in eius eccleſia ardentes ex negligentia uel aliter extincte ſepius ſine humano ſtudio ſunt diuinitus reaccenſe. ¶Quadam nocte dum in monaſterio ſancti dionyſii librum eius de principatu celi perlegeret ad lumen candele graui ſomno preſſus dormitauit: & candela de manu eius ſu/per librum cecidit. Sed ſola ipſius cera con/ſumpta: libri pagina omnino illeſa perman/ſit. Soluit autem carnis debitum quinto id⁹

maii. Et reconditus eſt in monaſterio ſuo miraculis clarens.

¶ De ſancto antimo preſbytero & martyre. CLIIII

Antimus preſbyter & martyr rome uia ſalaria paſſus eſt. Qui poſt uirtutum & predicationis inſignia in tyberim precipitatus & ab angelo ſancto exinde ereptus eſt: ac proprio reſtitutus oratorio. Deinde in confeſſione nominis ieſu chriſti capite punitus uictor migrauit ad celos quinto idus maii. Hec ado.

¶ De ſanctis nereo & archileo martyribus. CLV

Nereus & archileus martyres fuerũt ſerui plautille uxoris clemẽtis conſulis germani domitiani imperatoris & ſancti clemẽtis pape. Que plautilla exiſtens uidua eos pueros comparauit: & eunuchos fecit. Cum autem ad predicationem beati petri apoſtoli plautilla conuerſa eſſet fecit ſe ab eodem cum prefatis pueris baptizari. Et ad extrema deueniens eoſdem iuuenes cubicularios flauie domitille filie ſue dimiſit. Cum autem domitianus flauiam domitillam aureliano comiti in coniugem tradidiſſet ut ſuperius in eius paſſione actum eſt nõ martii. Nereus & archileus eidem uirgini chriſtum annunciantes eandem conuerterunt: & uotum uirginitatis emittere ſuaſerũt. Que a ſancto clemente papa baptizata & ſacro fuit uelamine conſecrata. Quod cum aurelianus cognouiſſet: obtenta ab imperatore licentia ſponſam ſuam cum eunuchis in põtianam inſulam relegauit: quo plures chriſtiani pro chriſti nomine fuerant exilio deportati. Erantq; ibi malefici duo diſcipuli ſimonis magi furius & priſcus: qui magicis artibus populum fallendo ſimonẽ magum pro deo fecerant adorari. Quibus beati nereus & archileus reſiſtentes eorum maleficia ſermonibus & miraculis detegebant: & ſic populum ab errore reuocabant. ¶ Poſt multum uero tempus aurelianus ad inſulã perrexit: & ſanctos promiſſis & oblatis muneribus ut uirgini ad nuptias ſuaderent exorauit. Quod ipſi omnino facere reſpuentes eam magis in domino confortabant. Qua ꝓpter ad urbem adducti & ad ſacrificia compulſi ſunt. Et cum dicerent ſe a beato petro apoſtolo baptizatos nulla ratione poſſe idolis imolare capite ceſi ſunt. Quorũ corpora uia ardeatina iuxta corpus ſancte petronille uirginis ſepulta ſunt .4. idus maii.

¶ De ſcõ pancratio martyre. CLVI.

Pancrati⁹ martyr nobiliſſimis parentibus ortus apud phrygiam cuius pater dedonius dictus eſt utroq; parente orbatus ſub dionyſii cura patrui ſui relictus eſt. Ambo igitur romam ubi largum habebant patrimonium perrexerunt. Et dum in eorũ poſſeſſionibus in monte celio morarentur: in eorum uico papa cornelius cum quibuſdam fidelibus propter perſecutionem latitabat: a quo pontifice fidem chriſti & baptiſmum ſuſceperunt patru⁹ cum nepote. Poſt dies modicos dionyſius in pace quieuit. Et pancratius omnia ſua pauperibus erogauit. Deinde ſe perſecutoribus ultroneus offerens chriſtianum ſe eſſe dixit. Quem illi tentum ualeriano imperatori preſentauerunt. Cumq; puero tredecim annorum & filio quondam ſibi amiciſſimi uiri condoleret ſuadebat ei: ut diis thura poneret: ne mala morte in tanta iuuentute periret. Ille uero econtra ſacrificare recuſans ſe licet iuuenculum corpore: ſenem tamen animo eſſe dicebat: & deum iouem patricidam & inceſtuoſum comprobabat. Propter quod auguſtus iuſſit eum uia aurelia duci & ibidem decollari. Cuius corpus cetauilla ſenatrix tulit: & in eodem loco cum aromatibus ſepeliuit quarto idus maii. Supra cuius tumulum ꝓceſſu temporis a fidelibus eccleſia fabricata fuit. ¶ Ad eius quoq; ſepulchrum: ut ait gregorius turoñ ſi quis falſum iurare uoluerit anteq̃ ad cancellum chori perueniat: aut ſtatim a demone captus inſanit: aut cadens in pauimentum protinus uitam perdit. Nunc autem dictum corpus uenetiis in monaſterio ſãcti zacharie quieſcere ab eiuſdem loci ſororibus perhibetur.

¶ De ſancto epiphanio epiſcopo. CLVII

Epiphanius epiſcopus ſalamine q̃ ciuitas eſt in inſula cyprior ũ temporibus honorii & archadii imperatorum floruit: ut dicitur in hiſtoria tripartita: uir hic ſummme extitit ſanctitatis & elemoſynaꝝ largiſſimus exhibitor. Qui cum omnem ſubſtantiam ſui epiſcopatus pauperibus erogaret: & nihil petentibus denegaret. Deficientibus pecuniis iconom⁹ eccleſie murmurabat. Subitoq; eidem uir aſtitit: ſaccumq; magnũ multa plenum pecunia coram eo depoſuit: nec tamen quis eſſet aut unde ueniſſet explicauit: & repente diſcedẽs nuſq̃ comparuit. ¶ Duo

pauperes uolentes beatum uirum arte delu
dere: ut aliquid eis uberiꝰ daret:ipſo iter a
gente talem fictionem inuenerunt : ut unus
eorum ſe ſupinum in terra proſtraret: alter
uero ipſum quaſi mortuum defleret:& ꝙ ſe
non habere unde eum ſepeliret pretenderet:
ſicq; epiphanio neceſſaria pro exequiis po
ſtularet.Cum autem ſanctus appropinquaſ
ſet:& ille lachrymabiliter ab eo ſubſidium
pro tumulando ſocio petiuiſſet:epiſcopꝰ il
lum ſuper morte comitis benignius conſola
tur & neceſſaria ꝓ ſepultura largitur.Quo
diſcedente dum ille ſocium uocans pulſaret
ut ſurgeret quatenus de queſtu bonum ſibi
conuiuium prepararent : qui ſe prius mor
tuum finxit uere defunctus apparuit. Tunc
ſocius poſt epiſcopum currens caſum ei
nunciauit & de cõmiſſo penitentiam egit.Sã
ctus autem cum defunctum ſuſcitare potuiſ
ſet noluit ne tali occaſione miniſtri domini
facile deludantur . ¶ Sapientia & doctrine
ſuaui eloquio admodum claruit:Aduerſus
omnes hereſes libros compoſuit:Aliaq; mul
ta opuſcula que ut hieronymus dicit ab eru
ditioribus propter res a ſimplicioribus ꝓ
pter uerba leguntur . Hec ille de uiris illu
ſtribus . Qui etiam in pace ſpiritum bona
tradidit ſenectute .4.idus maii.

¶De ſcõ dionyſio confeſſore. CLVIII

DIonyſius cõfeſſor patruus fuit ſã
cti pancracii mr̃ de quo ſuperiꝰ
dictuꝫ eſt.Qui a beato cornelio
papa ſacrifontis unda perfuſus:
eodem die quo & nepos pancra
tius paſſus eſt anno ſcilicꝫ eiꝰ martyriũ pre
cedente in chriſti nominis ſancta confeſſione
feliciter obdormiuit : ut ado in martylogio
inſinuare uidetur:uidelicet.4.idus maii.

¶De feſtiuitate ſancte marie ad martyres.
CLIX.

FEſtiuitas ſancte marie ad marty
res a bonifacio papa quarto inſti
tuta eſt propter templi pantheõ
rome dedicationem.Romani enĩ
cum toto orbi dominarentur nõ
ſolum omnium prouinciarum ſimulacra in
urbe habebant:quin potius fere ſingulis di
is templa ſingula conſtruxerant : tanꝙ qui
eos cunctarum prouinciaruꝫ uictores & do
minos effecerant.Sed quia omnia idola tem
plum ibi habere non poterant ad maiorem
ſue gentilitatis uexane oſtentationem unum
templum ceteris mirabilius & ſublimius in
honorem omnium deorum erexerunt:& pã
theon qđ ſonat omnes dii uocauerunt:a pan
qđ eſt omne & theos deꝰ.Põtifices enim ido
lorum ad maiorem populi deceptionem fin
xerunt : ꝙ ſibi a cybele quam omnium deo
rum matrem uocabant fuerat imperatum :
ut ſi de omnibus gentibus uellent uictoriã
obtinere ſibi & filiis ſuis ſcilicet diis omibꝰ
templum magnificum fabricarent . Funda
mentum ergo ipſius templi ſphericum iaci
tur:ut ex ipſa forma deoruꝫ eternitas demõ
ſtraretur.Deniq; & pinam eneam deauratã
fabricarunt & eaꝫ in ſummitate collocarũt.
In qua ut aiunt omnes prouincie mirabili
ter erant ſculpte.Hec autem procedente tẽ
pore inde cecidit:unde in ſummitate apertu
ra remanſit.¶Tempore igitur phoce impe
ratoris cum iam dudum roma fidem domi
ni percepiſſet.Bonifacius papa quartus pre
dictum templum a phoca ceſare impetrauit
& omnium idolorum eliminata ſpurcitia :
ipſum in honorem beate marie uirginis &
omnium martyrum conſecrauit tertio idus
maii:locũ quoq; ipſum ſancte marie ad mar
tyres appellauit qui modo ſancta maria ro
tunda uocatur a populo. Nondum enim cõ
feſſorum ſolẽnia ab eccleſia agebantur.Sic
q; ĩ urbe roma ipſum diem in honore omni
um martyrum celebrari in ipſa eccleſia or
dinauit.Vt ſic templum qđ fabricatum fue
rat omnibus idolis:tunc dedicatuꝫ eſſet om
nibus ſanctis: & ubi multitudo celebraret
demoniorum ibi deuote celebraretur multi
tudo ſanctorum. Sic quoq; extunc rome in
ipſo loco feſtuꝫ illud uſq; hodie celebratur
tertio idus maii.

¶De ſancto bonifacio papa primo & con
feſſore. CLX.

BOnifacius papa huius nominis
primus zozimo pape in epiſco
patu romano ſucceſſit . Et ſedit
annos tres menſes octo dies un
decim. Hic natione romanus ex
patre iocundo preſbytero urbis :ſub contẽ
tione cum eulalio ordinatur uno die. Eula
lius quippe ordinatur in baſilica conſtanti
niana.Bonifacius autem in baſilica iulii. Et
fuit magna diſſenſio ĩ clero. Audiẽs hoc pla
cida auguſta cum filio ſuo ualentiniano im
peratore dum ſederent rauenne rettulit hoc
honorio auguſto mediolani reſidenti.Tunc
ãbo auguſti miſſa auctoritate ꝑceperunt ut
ambo exirẽt de citatẽ. Qui cũ pulſi exiſſent
tandeꝫ utriq; auguſti bonifacium ad urbem
reuocauerunt & eum pontificẽ cõſtituerũt.
¶Hic conſtituit:ut nulla mulier aut mona
cha uaſa ſacrata uel pallam altaris contin
geret:aut lauaret : nec in eccleſia incenſum
poneret.Et ut ſeruus aut curie obnoxiꝰ non
fieret clericus.Hic fecit oratorium in cemi

terio ſancte felicitatis: & ornauit ſepulchrū eius. Hic autem beatiſſimus paterna pietate clericos aluit: pauperes fouit: cunctos honorans: fuit mitiſſimus in diebus ſuis ſuper omnes homies & miſericors: unde ab omnibus amabatur. Et ſepultus iacet in eccleſia ſancti petri.

¶De ſancto bonifacio papa quarto. CLXI

BOnifacius papa huius nominis quart⁹ natione marſorum ex patre ioāne medico bonifacio pape tertio imediate in epiſcopatu romano ſucceſſit: & ſedit annos ſeptem menſes octo dies uigintiduos. Hic obtinuit ab auguſto phoca imperatore: ut eccleſia beati petri apoſtoli caput eſſet omniū eccleſiarum: quia cōſtātinopolitana caput omnium ſe ſcribebat. Hic etiam obtinuit dari eccleſie templū: quod ab antiquis in urbe pantheon uocabatur: ut ſupra dictum eſt. Quod ipſe ablatis idolatrie ſordibus conſecrauit in honorem dei genitricis marie & omnium martyrum chriſti. Eiuſq; conſecrationis die ſolennitatem in urbe conſtituit celebrandam. Aliaq; multa laudabilia opera fecit. Et hic ſepultus eſt ad ſanctum petrum apoſtolum. Et ceſſauit epiſcopatus menſes ſeptem & dies uigintiquinq;.

¶De ſancto ſeruatio epiſcopo & confeſſore. CLXII

SEruatius epiſcopus traiectenſis temporib⁹ hieronymi & ambroſii doctorum claruit. Hic propinquus ſaluatori ſecūdum carnem extitit: fuit enim filius emin filii eliud fratris heliſabeth & filii heſmerie ſororis ſancte anne matris domine noſtre: ut ſic eliud & heliſabeth mater baptiſte beate uirginis fuerūt conſobrini ſecundo uidelicet conſanguinitatis gradu. Emin uero pater ſeruatii ex una parte & chriſtus ex altera filii conſobrinarum extiterunt tertio gradu. Sicq; ſi xp̄s filium habuiſſet cū ſeruatio fuiſſent q̄rto gradu ex conſobrinis nepotes. Mater uero ſancti ſeruatii uxor emin uocata eſt memilia. Natuſq; eſt i oppido pheſtia ad auſtrum armenie terra hebreorum in regione perſidis: quo decem tribus iſrael trāſlate fuerant. Qui adhuc exiſtens infantulus loca ſacra hieroſolymis uiſitauit: & i ſanctis perſeuerans operibus ad preſbyteratus ordinem aſcendit: deinde ab angelo monitus abiit ad octauiam ciuitatem galliarum ſitā in littore oceani ad predicandum uerbū domini eodem angelo ſibi duce: ad quem locū deueniens repperit ſeptuagintaduas congregationes inuicem diſſidentes que ſegregatiꝫ conuenerant pro epiſcopo ipſius urbis eligendo: cuius ſedes per ſeptennium uacauerat poſt obitū epiſcopi ualentini: qui ad extrema deueniens diuino ſpiritu eius mandauerat neminem eligendum niſi diuina reuelatione cōmunis omnium electio aliquē nominaſſet. Hec autem ſeruatius audiens: dum pro eorum concordia ante altare deū orans procumberet: angelus eiſdem apparens baculum ſancto paſtoralem tradidit: & ſic repente in ipſum omnis populus conuenit. Factus ergo epiſcopus tante gratie fuit: ut patria lingua p̄dicans ab omnibus nationibus ſuo idiomate uerba eius perciperētur: multoꝝq; miraculoꝝ gloria claruit. Nam ciboꝝ eius reliquias egri quicūq; guſtātes: aut pedes uel manus deoſculantes continuo ſanabantur. ¶Poſt aliquod uero tempus emulatione ciuiuꝫ a ciuitate pulſus uenit traiectū Ibiq; iuxta beati petri eccleſiam tugurium edificans penitētie operib⁹ uacabat: ubi ſibi per uiſum a domino reuelatur: hunc gentes galliarum urbes & maxime octauiam euerſuras: quam uiſionem octauiam accedēs dū populo nūciaſſet: illi quoq; timentes: ne pp peccatū in ipſum cōmiſſum hec ſibi futura ꝯtingerēt: ſeruatium pro impetranda uenia nuncium populi ad ſedem apoſtolicam delegarūt. ¶Qui ueniens traiectum lapidē altaris pulcherrimum trabe ruente ꝓciſſū digito ſuper ſciſſuram deducto reintegrauit. Indeq; romam acceſſit: ubi cum in feſto dominice annūciationis in eccleſia beati petri oraret pro populo apoſtoloꝝ princeps ſibi in ſomnis apparuit: galliamq; diuinam euadere non poſſe ſententiam ꝓpter eorum peccata reuelauit. In cuius teſtimonium claueꝫ argenteā ei dedit: quam ille euigilans in manu ſua repperit: & ꝑpetuo pro reliquiis reſeruauit. ¶Cum autem reuerteret̄ egreſſus romam a gothis capitur: qui tunc italiaꝫ deuaſtabant. Cui per noctem angeli cum luce nimia in cuſtodia apparuerunt: eumq; ſolutum dimiſerūt. Cum aūt die altero a gothis torquendus queritur in carcere clauſo non inuenit̄. Reperit̄ tandē ab ipſis ſolut⁹ i quodam campo ſopitus: cui aquila grandis inſidens: altera alarū eum a ſole obumbrabat. alteram mouens quaſi flabello ei auram uētilabat. Quod gothi cernentes & ſtupentes illum in pace dimiſerunt. ¶Veniens autem in terram uagionum cum ſiti affligaret̄: digito ſigno crucis in terrā facto fons aque de humo ſcaturiit: & exinde uſq; in preſens nūq̄ defecit. ¶Degens colonie apud ſanctum ſeuerinum cum oraret a conſocio ſuper caput eius ignis columna conſpicitur: que nimia celeritate celum progreditur. ¶Apud metenſem urbem celebrans facies eius ſolis claritate refulſit. ¶Reuerſus ergo octauiam: & que uiderat referens ſcōꝝ reliquias

& uaſa ſacra una cū populo traiectum tranſtulit peſti ſuperuētureſeruanda. Et cū i itinere feſſus quieſcere uellet:nec ſedem paratam haberet:terra tumēs in modū puluiaris ſe extulit: ubi & ſedendo quieuit. Sicq; ibidem uſq; in preſens manet. Diē obit⁹ ſui pſciēs celebrata miſſa populū ſacris exhortatiōibus dudum admonuit: cui angel⁹ aſſiſtere uiſus fuit. Et cū diutius oraſſ3 luce cōſpicua inſtar ſolis radii eum per tres horas protegente emiſit ſpiritum.3.idus maii.que tunc dies pentecoſtes occurrerat. Cui⁹ corpus memorato quo ſupra tpe in eccleſia traiectēn ſepultū eſt:ubi infinitis & admirādis ſignis effulget. ¶ Inter que cum primo i uia publica ſub diuo ſepultus diutius quieuiſſ3 cum tēpore hyemis omnia in circuitu nix repleret nūq̄ ſepulchrum eius tetigit:donec induſtria ciuium baſilica ſuper ipſum edificata eſt. ¶ Re uera de iſto ſancto ſingularis annorum lōgeuitas repitur: quia ſi uera ſūt que de ipſo ſcribuntur preter cōem modernum nature curſum uita eius per annos ultra.300.concluditur adeo fuiſſe mirabiliter ꝓtelata. Si enim diligenter tpa computētur ſeruatius uel chriſto fuit contēporaneus:uł ſi poſt eius aſcenſionem natus non potuerūt ultra āños.60.elapſos fuiſſe uel ad plus.80 Quod ſi ambroſio & hieronymo ꝯtemporaneus extitit illos circa annos domini conſtat 380.uel circa floruiſſe: Et ſic ſeruatium ad etatem quam diximus perueniſſe. Quod ſiquis legendā ſeruatii de mendacio accuſet: nouerit eam tempore henrici .v. imperatoris a celeſtino papa.4.in publico cōſiſtorio autenticatam:ubi omnia que dicta ſunt approbata fuerunt.

¶ De ſcō hilaro abbate. CLXIII

HIlarus abbas tempore theoderici regis longobardoru3 claruit. Hic de tuſcia oriundus dum puerulus epiſtolas pauli legeret diuino ſpiritu inſpiratus & a ſeniore de uita ſolitaria informatus annorum.13. relicto ſeculo deum orauit: ut eum ad locū duceret ubi ſolitari⁹ deo ſeruire poſſet. Cui angelus domini apparuit ipſumq; de urbe roma ubi habitabat eduxit:& uſq; ad montem emilie ei ductor extitit. Ad cuius radices uno miliario fluuius decurrebat:ubi in ſanctitate uite deo ſoli uacare cepit. Adeoq; profecit ut infra triennium in uertice montis eccleſiam conſtrueret inferiuſq; ſpeluncam habitationis ſue locaret:ac de labore manuum uictum acquireret. Sicq; annorum exiſtens.20.ſūmum perfectionis apice3 uite regularis attixit. Eodem tempore olibryus q dā nobilis ciuis rauennas a demonio oppreſſus eſt:clamante per os eius imundo ſpiritu ꝙ a nullo inde niſi ab hilaro eiici poſſet. Et deſignato loco & uiri effigie ductus eſt olibry⁹ ad uirum dei:quem ſibi in eccleſia oblatum confeſtim ab obſeſſione liberauit: & ad xp̄m conuertit. Quē quidam iulianus preſbyter caſu illac tranſiens cum uxore & omni familia ꝓmiſcui ſexus numero.90.baptizauit. Et poſt triduum uxor eius euſtaſia a ſeculo migrauit. Olibryus uero oībus ꝑ xp̄o errogatis cū filiis ſuis iulio & eunomio monachus ſci hilari factus ē:q & cenobiū ꝑdiis ditauit:ubi & magna monachoꝝ multitudo breui tēpore excreuit:qb⁹ ſcūs deo uiuendi regulā ordinauit. ¶ Cū aūt ad inſtantia3 quorūdā emuloꝝ dicentiū hilarū cū ſociis inobedientes regiis mandatis:theodericus rex milites ſuos miſiſſet ad monaſteriū ſpoliandū: illi biduo ꝑ deuia mōtiū oberrātes ad id minime uenire potuerunt. Quod rex audiēs ꝑſonaliter illuc acceſſit: & dum equo inſidens curiam introiſſet: Equuſq; dudum ſtimulatus ulterius procedere nō poſſet:tandē regē ad terram deiecit nec ipē nec iumentū inde ſe mouere ualuit donec rex penitens a ſcō uēiam cum liberatiōe ꝑcepit. ¶ Inter cetera uero regule mandata frēs de collectis frugibus guſtare nō audebant niſi ea prius abbati offerebant. Quidā uero frater imaturā uuā ꝯſpiciēs tētatione pulſatus ipſam expetiit:& ab abbate guſtandā obtinuit. Sed ut racemū cape uoluit ſpentem in manu ſua iuenit quē abiiciēs ſcō nunciauit. Ille uero ubi demonē eē cognouit ꝑ cauda3 ad eccleſiā traxit: ipmq; hūana uoce loq cōpulit ꝙ frēm ad hoc deſiderio guſtus tētauerat:ut ſi guſtaſſet ipm de mōaſterio recedere feciſſet. Quo dicto ſpens crepuit & demon euanuit. Anno aūt etatis ſue.81.apperte ſibi angelo & ſuū obitū poſt triduum pdicente:locellū ſibi parari iuſſit q̄ſi paſſibus 100.longe ab eccleſia ſua:ubi & quieſcēs in pace ꝯditus ē.3.idus maii.

¶ De ſcō mutio martyre. CLXIIII.

MVtius pſbyter & mr̄: prio i āphipoli citate detētus mr̄tiſq; penis atq; cruciatib⁹ ꝓ xp̄i ꝯfeſſiōe affect⁹. Poſtea bizātiū que nūc ꝯſtātinopolis dicit uſq; ꝑduct⁹ capitali ſnīa occubuit.3.id⁹ maii:ut dicit ado in martylogio.

¶ De ſcō bonifacio mr̄. CLXV.

BOnifacius mr̄ paſſus ē apud tarſum cilicie citatē tpib⁹ diocletiā & maxiani ipatoꝝ ſub pſide ſupplicio. Hic cū eēt ſuus & ꝓcurator reꝝ cuiuſdā nobiliſſime matrone nomine aglaie in urbe roma: homoq ebrioſus & adulter ac uitiis dedit⁹ & cū ipſa ei⁹ dn̄a dudū i ſtupro miſcereť hoſpitalitat

tamen & operibus miſericordie intendebat. Tandē utriqꝫ diuino nutu compuncti ꝯſiliū habuerūt: ut ad reqrēdas martyꝝ aliquoꝝ reliquias boniſaciꝰ mitteret ad ꝑtes cilicie ubi xp̄ianorū ingens perſecutio fiebat: quatenus uterqꝫ eorū orationibus martyrū ſaluari mererent. Erāt enim uterqꝫ xp̄iani. Bonifacius autē recedens: dixit domine ſue q̄ſi ꝓphetico ſpiritu inſpiratꝰ: ut ſi euenire poſſet ad emēdū corpora martyꝝ ſecum deferret. Sin autē ipſa corpus ſuum martyris nomine ſuſciperet. In ipſo autē itinere martyr chriſti a carnibus & uino abſtinuit propter martyꝝ reuerentiam: quorum corpora tractaturus erat. Perueniēs igit̄ cū duodecim equitibus & tribus uehiculis ad ciuitatē tarſum conſeruos licentiauit: ut irent ad hoſpitia procuranda: ipſe uero ad uidendos martyres feſtinauit. Inuenitqꝫ alium pedibus ſuſpenſuꝫ igne ſuppoſito: alium i quattuor lignis extenſum & diutius ceſum: alium ungulis exaratum: alium manibus abſciſum: aliū ſtipite in collo fixo a terra leuatum. Et ſic ꝑ diuerſa ſupplicia eos a carnifice cruciari. Qui cum magnū deum martyrum acclamaret: & eorū ſe pedibus proſterneret: ac illos in domino confortaret: a iudice tentus & interrogatus ſe chriſtianū uiua uoce ꝓfeſſus ē Quē ſupplicius preſes iuſſit ſuſpēdi: & uſqꝫ ad oſſium nudationē radi latera eiꝰ. Deinde calamos acutos ſub unguibus manuū eius configi: & poſt hec in ore ipſius plumbum liquefactum infundi. Et cum in his omnibꝰ gratias ageret: multi ex gentilibus conuerſi furentes aram idoli deſtruxerunt: & preſidē lapidare uoluerunt. Qui timens furorē populi uſqꝫ in craſtinum inde ſeceſſit. Die uero ſequenti bonifacium ſibi preſentatum in confeſſione perſiſtentem iuſſit in ollam bullienti pice repletaꝫ uerſo capite iactari. Sed ab angelo protectus illeſus permanſit: olla quoqꝫ ſicut cera liquefacta multos de aſtantibus incendit. Tunc iuſſit preſes: ut gladio caput eius abſcideret. Quo facto terremotus magnus factus eſt: & multi ad chriſtum conuerſi ſunt. Conſerui uero bonifacii eum undiqꝫ perquirentes: putabant eum in taberna aut in adulterio laſciuire. Et obuiantes uni ex cōmentarienſibus: querebant eum an uidiſſet romanum aliquem peregrinum: datiſqꝫ ſignorum indiciis: ille eis denunciauit: ipſum die precedenti uitam martyrio ſic finiuiſſe: deducēſqꝫ eos ad locum & oſtendēs eis caput & corpus. Quem illi bonifacium cognoſcentes admirati: precio corpus redemerunt: & ungentes illud aromatibus: poſuerunt in uno uehiculorū: & reuerſi ſunt deū collaudantes. Angelus autem domini apparuit aglaie olim domine ſue: & rem geſtam beati martyris indicauit eidem. Que reuerēter ſancto corpori obuiauit: eiqꝫ eccleſiā fabricans quinto ſtadio ab urbe illud ibidem honorifice condidit. Qui paſſus eſt pridie idus maii. ¶Poſt hec ✝ aglaia mundo abrenuncians omnem ſuam familiam manumiſit: & omnia pauperibus & eccleſiis erogauit. Sumptoqꝫ habitu ſanctimoniali ieiuniis & orationibus omnibus diebus uacauit: miraculorum quoqꝫ ſignis effulſit: & exinde annis. 15. ſuperuixit. Sepulta apud prefatum martyrem operibus piis conſumata.

¶De ſancto bonifacio epiſcopo. CLXVI

BOnifacius epiſcopus ferentinus dum adhuc puer cum matre habitaret: egreſſus hoſpitiū ſepius ſine linea uel tunica redibat: qa mox ut nuduꝫ aliquem uidebat ſe expolians illum ueſtiebat: & ex hoc eum mater ſepius minis & uerberibus affligebat ¶Die quadam mater horreum ſuū ingreſſa granum quod pro toto anno parauerat repperit a puero pauperibus diſtributum. Cūqꝫ ex hoc ſe pugnis & alapiſqꝫ contunderet: puer horreum ingreſſus in quo parum grani remanſerat: matrem aliquantulum exire rogauit: & fuſa oratione matrem ad horreū reduxit: quod plus q̄ primitꝰ tritico plenū repertum eſt: materqꝫ uiſo miraculo cōpuncta: exinde cepit uberes elemoſynas elargiri. ¶Cum autem gallinas plures nutriret: die quadam uulpis gallinā aſportauit. Puer autem concitus eccleſiam intrauit: & oratione fuſa uulpis rediit: gallinam quam tenebat: dimiſit: moxqꝫ ante oculos pueri expirauit. ¶Procedente igitur etate cum in moribus & ſanctis operibus proficeret: ad epiſcopatum ferentie ciuitatis electus eſt: Cui eccleſie grauis paupertas inerat: quia unam tantum uineam habebat. Que dum quodaꝫ tempore grandine ita uaſtata eſſet: ut uix in ea parui rariqꝫ racemi remanſiſſent: ille tempore uindemie conſtantio preſbytero nepoti ſuo iuſſit: ut cuncta uini uaſcula more ſolito ꝑpararet. Qui licet miratꝰ unde impleri debuiſſent: iuſſa tamen epiſcopi compleuit. Bonifacius ergo calcatorium cum ſolo puero ingreſſus modicos racemos puerum calcare iuſſit: ex quibꝰ modicum uini defluxit: Quod ipſe in paruulo uaſe ſuſcipiēs cepit in cuncta uaſa diuidere: ut uix eo infuſa uiderentur. Vocato quoqꝫ nepote preſbytero paupes adeſſe mandauit. Statimqꝫ uinum adeo in calcatorio excreuit: ut oīa uaſa paupeꝝ replerent. Quo facto egreſſus apothecā clauſit & ſignauit. Tertio uero die orōne ꝑmiſſa cū ꝯſtantio rediit: & uaſa in qbꝰ modicū uinū infuderat: ubertim uinū fundētia inuenit: ita ut pauimentū infuſum eēt ſi eps

tardius intraſſet. Super quo miraculo ipſe nepoti ſub anathemate ſilẽtium imperauit. ¶ Vocatus ſemel a fortunato preſbytero ad feſtũ ſci proculi martyris celebrandũ acceſſit: pataq; miſſa ad refectionẽ intrauit: ubi q dãꝰ ioculator cũ ſimia ludente aſtitit & cymbala pcutere cepit. Quod uir ſcũs dedignãſ fleuit uirumq; illũ mortuuʒ prenunciauit: Finito conuiuio cũ ille poſtq̃ comederat domum exiret: ſaxum de tecto corruit & ipſuʒ repente percutiẽs extinxit. ¶ Alio tempore nepos eius ꝑdictꝰ conſtantiꝰ preſbyter equũ ſuum aureis .xii. uendidit: & ipos conſcio patruo in arca repoſuit. Cũq; ſubito pauperes pro elemoſyna ꝯueniſſent: & ille q̃d eis daret penitus nõ haberet: abſente nepote arcam uiolenter apuit: & .xii. aureos iter pauperes ꝯdiuiſit. Reuerſus igiť preſbyter cuʒ ea que geſta fuerant repperiſſet magnis clamoribꝰ pecunias ſuas repetere cepit. Queʒ cum patruus placare non poſſet eccleſiam adiit orationẽ ad deum fecit: pallium ſuum extendit: & ſubito in eo aureos .xii. fulgẽtes conſpexit. Eggreſſus quoq; illos in faciẽ pſbyteri proiecit dicens ei ꝙ nõ habebat amplius quid quereret: ſed tñ ꝓpter auaritiã ſuam eps nõ eſſet. In qua ꝓteſtatiõe ſe nepotis ſecreta cognouiſſe & ſpm habere ꝓphetie demonſtrauit. Ille enim pro adipiſcendo epatu pecuniam preparauit: ſed tñ in pſbyteratus officio uita exceſſit. ¶ Die quadam duo gothi apud euʒ hoſpitati ſunt: qui rauẽnam pgebant: quibꝰ ille puum uini flaſculũ manu ſua prebuit: q̃d fortaſſe in uno prãdio ꝯſumere potuiſſent. Ex quo illi ut gothi cõtinue bibentes uſq; rauennã peruenerũt: diebus ibidem pluribꝰ cõmorati idem unũ ſibi diuinitus abundans in uſuʒ quotidie habuerunt. Et cũ eodẽ poculo ad patrẽ redierũt. Ingreſſus ſemel hortũ magnã erucarũ multitudinẽ olera comedentium repperit quibꝰ in xpi uirtute mãdauit: ut ſtatim recederẽt: & olera ſua de cetero non conſumerẽt. Que omnes ad uiri dei uerbum confeſtim ſic inde egreſſe ſunt: ut ne una quidem itra horti ſpatium remaneret. Sicq; uir domini plenꝰ uirtutibus in pace quieuit.

¶ De ſcis felice & fortunato mař. CLXVII.

Felix & fortunatus fr̃es ex ciuitate uicentia orti tpibꝰ diocletiani & maximiani impatoꝝ apud urbem aquileiaʒ paſſi ſunt ſub euphemio preſide. Qui cũ ad prefatam urbẽ deueniſſent & oẽs ad templũ iouis pro ſacrificiis inuitarent. Felix & fortunatus germani a quodã apamio de xpianitate ſibi delati ſunt. Quos ille ferro uictos ante ſe duci fecit: & eos ad deorum imolatiões hortari cepit. Et cum in xpi confeſſione conſtantes perſiſterent: iuſſit eos preſes fuſtibꝰ cedi. Deiñ i equuleo ſuſpẽſos lãpadibꝰ adhibitis circa latera inflãmari. Et poſt hec extẽdi ſupinos feruenſq; oleum ſuper uentres eorum pfundi. Et dũ in his omnibus gratias agentes pſallerẽt deoſq; gentiliũ uti demonia confutarent: mandauit preſes illos capitalẽ ſubire ſententiã: educti ergo extra ciuitatis muros poſtq̃ breuem orationẽ fudiſſent dato ſibi inuicem pacis oſculo decollati ſunt. Quorum corpora a fideiibꝰ nocte ſurrepta aromatibus condita ſunt: ut ſepulture traderentur. Interea uero ciues eorũ ex uicentia illuc adueniẽtes ad ciuitatẽ ſue originis corpora deferre uolebant. Aquileienſes uero contradicebant. Tandem propter metum paganorum adinuicem conuenerũt: ut fortunati corpus uicentini ſecuʒ ferrent felicis uero aquileie remaneret. Qui paſſi ſunt pridie idus maii.

¶ De ſcis uictore & corona mař. CLXVIII

Victor mř & corona ſub antonio imperatore in ſyria paſſi ſunt. Qui uictor cum ignem & uerbera uenena equuleũ ungulas atq; ardẽtes lãpades ſuperaſſet: & in ipis omnibus in xpi confeſſione imobilis redderetur. Corona cum eſſet uxor cuiuſdam militis & cepiſſet ſanctũ uictorẽ beatificař ob martyrii conſtantiaʒ: uidit duas coronas de celo lapſas unam uictori & alteram ſibi miſſam. Cũq; hec cunctis audientibus proteſtaretur: ipſa quidẽ inter arbores duas ſecta p medium: uictor quoq; decollatus eſt. Sicq; martyrium ſuum conſumauerũt in pace pridie idus maii. Hec ado in martylogio ſuo ſũpto a beato hieronymo.

¶ De ſcõ põtio epo & martyre. CLXIX.

Pontius eps & martyr temporibus ualeriãi & galieni ſub claudio preſide in galliis ciuitate cumella paſſus ẽ. Huiuſ pater marcus nomine urbis rome ſenator Mater quoq; iulia nobiliſſima fuit. Que cũ ipſum adhuc in utero geſtaret templum iouis ingreſſa eſt ut conceptionis munera offerret. Tunc ſacerdos idolorum imundo ſpiritu uexatus clamare cepit: filium ex iulia naſciturum magnum iouis templum deſtructurum. Quod mater audiens corpus ſepiꝰ lapidibus tundebat ut fetus in utero deperiret. Sed dei gratia illeſum puerum conſeruauit. Cum autem natum infantem mater perimere uellet a patre prohibita eſt. Et dum puer eſſet & ad ſcholas philoſophorũ accederet: audiens die quadam chriſtianos pſallentes. Simulacra gentium argentum & aurum & cetera. Verborum ueritatem meditatur ad ſanctum pontianum papam

ingredit̃:& ab eo una cum quodã eius collega in fide inſtruitur:ac in xp̄i nomie baptizatur. Qui matre in gentilitate defūcta patrem conuertit ad xp̄m. Eoq; mortuo in locum eius dignitati ſenatorie ſurrogatur. Qui etiã duos philippos impatores patrem ſ.& filium ad fidem cōuertit:Deinde dignitate relicta acceſſit ad gallias p̄dicandas: & in ciuitate cumella ep̄s fact⁹ eſt.Tandem a claudio p̄ſide ꝓ fide xp̄i tenet̃: & in equuleo leuatur:uectibuſq; ipoſitis dudū torquet̃: ſʒ equuleo repētino ſonitu deſtructo i amphitheatrũ ducitur:& duobus urſis ferociſſimis nudus exponit̃:qui eoꝝ uenatoribus interfectis ad pedes ſci martyris ꝓcūbebant. Inde iubēte p̄ſide igne circa eū accenſo ut cremaret̃:ſūmitas āphitheatri ꝯburit̃:ipſe uero oīno itact⁹ ab igne ꝓducit̃.Dū aūt ad tēplum iouis imolatur⁹ adduct⁹ eſſet:templū cū idolo in puluerem redactū eſt.Sicq; mādato p̄ſidis ibidem capite truncat̃.Et ſubito claudius in furorē uerſus linguā ſibi dentibus corroſit: & oculi anubii aſſeſſoris: & in paſſione pontii cōſultoris de capite ei⁹ auulſi ſunt. Cui⁹ corp⁹ ibidem a balerio comite ſepultum eſt pridie idus maii.

¶ De ſcō barbaro martyre. CLXX

Barbar⁹ martyr paſſus ē i ciuitate muthonis ſub iuliano impatore. Qui cū abiſſet in regionem francoꝝ cōtra hoſtes imperii habēs ducē militie noīe bacchonē: & ille uictoriã obtinuiſſet:in ipſo bello barbar⁹ martyr xp̄ianus miles fuit: qui ſtrenue & uiriliter ſe geſſit: quod impator audiens comitē illū fecit. Poſt hec dū franci peterēt ſingulare certamē.Baccho dux barbaꝝ contra francoꝝ athletā miſit.Qui ꝓtegēte ſe angelo in xp̄i noīe aduerſarium in duello occidit.Sicq; frāci a bacchone & romanoꝝ exercitu fugati expugnant̃.Cū aūt baccho barbaꝝ ꝓpter habitum triūphū ad deoꝝ ſacrificia inuitaret: & ille ſe xp̄ianum aſſereret: baccho hec impatori nunciauit:qui barbarum detētū:& imolare recuſantē: dicentēq; ſe a btō cyriaco baptizatum:nulla rōne poſſe deos gentiliū adorare.Fecit ipm iulianus ſuſpendi:& gladio uentrem eius tādiu radi donec interiora oīa defluerent.Sed orāte ſācto ab angelo gabriele ſibi apparente interiora eius uiſibiliter collecta in uentrē eius repoſita ſunt:& ſciſſura eius ꝯſolidata: ipſe ꝑ depoſitus permāſit incolumis. Quo uiſo miraculo:✝bacch⁹ cū duobus militibus.ſ. ✝callimacho &✝dionyſio cōuerſi ſunt:& i xp̄i ꝯfeſſione iubente iuliano decollati: deinde ſanctū martyrem fecit rote ferree alligatum circūduci igne ſuppoſito & oleo ſuper fuſo.Martyr autē orans permanſit inuſtus: flāma quoq; erūpens duos ex gentilibus interfecit. ¶ Poſt hec in carcerē barbarus mittitur:ſed apparente ſibi dn̄o cōfortatur. Mane autē facto educt⁹ in quattuor lignis extenditur: & neruis taurinis ante & retro ceditur:deinde caminus per tres dies incenditur:ut in eo imitteret̃: in quo martyr xp̄i ſeptem dieb⁹ incōbuſtus oīno ꝑmanſit:& ex eo quaſi ex ſuaui balneo ꝓſiliuit.Miſſus eſt poſtmodū in carcerem:ſcorpionibus & ſerpentibus ibidem iniectis:quos oēs ab eis intact⁹ ſigno crucis effugauit. Inde in boue eneo ſuccenſo fecit eum impator includi: ſed ipſe ab omni exuſtione immunis permanſit. Bos aūt uti uiuus calorem ſentiret: mugire & ambulare cepit. Ad quod miraculū multi conuerſi ſunt.Nouiſſime uero iubente iuliano capite ceſus eſt. Cuius corpus ab ep̄o felicio in ciuitate muthonis ſepultuʒ eſt pridie idus maii.

¶ De ſcō pacomio abbate. CLXXI

Pacomius abbas uir doctrine & apoſtolice uite egypti cenobiorum fundator fuit.Hic apud thebaidem mira ſcītate ꝯſpicuus: i ſpecu diu latitans ab angelo monitus ad fundationē monaſterioꝝ acceſſit:regulam quoq; eis aptā angelo dictante.cōpoſuit:ipſamq; & traditiōes deo uiuendi eiſdē cōceſſit.In horū aliquo monaſteriorum aliquando ſeptem milia monachoꝝ erant.Sed maximū & precipuum in quo erat pacomi⁹ habebatur.In quo mille quingēti monachi deo ſeruientes degebant:diuerſiſq; miniſteriis ꝓpriis manibus laborabāt.Indeq; uictū ſibi & pauperibus acquirebant. ¶ Apparuit ei die quodam diabolus in ſpecie elegātis femine:ut ipm de carnis tētatione pulſaret. Sed ab illo cognitus diuina uirtute cōpulſus eſt multa utilia ſibi edicere ad tētatiōes euitandas.Indeq; ab eo ſigno crucis effugat̃ Huic etiam xp̄s ſpinis coronatus apparuit: Multiplicatiōes cenobioꝝ & monachorum egypti:& inde eorūdem deſolationes ꝓpter hominū peccata p̄dicens.Quieuit autē i xp̄o ſanct⁹ pater anno.9.archadii & honorii ipetoruʒ etatis uero ſue cēteſimo decimo: ut ait ſigibertus pridie idus maii. ¶ Hic ſanct⁹ preter regulam quā angelo ſibi dictante cōſcripſit:ut dictū eſt.Ad collegas prepoſiture ſue diuerſas multarū uirtutum ſcripſit epiſtolas:uidelicet ad abbatē corneliū unā. Ad abbatē ſyrum unā.Ad omniū monachorum ꝑpoſitos ut in unū cōuenientes paſchalem diem celebrent unā.Similiter ut ad diē remiſſionis que menſe auguſto agitur iideʒ congregentur unam.Item ad fratres qui foris monaſterium operari miſſi fuerant unā. Hec gennadius de illuſtribus uiris.

❡De ſancto pacomio confeſſore. CLXXII.

PAcomiꝰ mōachꝰ in ſcythi fuit. Ad quē uēit heraclides graui carnis tētatione pulſatus. Qui ab eodē iaꝫ ſeptuagenario audiuit ꝙ per annos. xii. huiuſmodi tentationē nunq̄ deprimere potuerat: unde quaſi deſperatus ſe nudum fere deuorandum proiecerat: ſed illeſus dimiſſus ad cellam redierat. Cui diabolus apparuit in ſpecie puelle pulcherrime ſuper genua uiri ſancti procūbēs Quam ut ipſe manu in faciem percuſſit confeſtim euanuit: ſed biennio ſibi fetor i manu permanſit. Inde aſpidem uerendis appoſuit: ut ſe morderet & ſic tentationem fugaret: ſꝫ illeſus permanēs a ſerpente a domino cōfortatus eſt. Et ſic in ſancto propoſito perſeuerauit. Hec heraclides. Quieuit i domino pri die idus maii.

❡De ſcō theodoro abbate. CLXXIII.

THeodorꝰ pacomii abbatis ſucceſſor inſignis ſanctitate & doctrina ſpectabilis in libro de collationibus patrum a caſſiano edito multimode cōmendat̄. Qui poſt ipſum eius ſucceſſoreꝫ monaſteria ſua in ſūmo perfectionis apice ſtrenue gubernauit. De concordia & unitate: & de permanendo i propoſito cordis & ſtudii exhortatorias & elegantes ad alia monaſteria plures epiſtolas ſcripſit: & miraculis clarus i domino quieuit. Hec gēnadius libro de uiris illuſtribꝰ.

❡De ſcō oroſienſe abbate. CLXXIIII.

ORoſienſis monachus pacomii & theodori abbatum collega uir morum perfectiōe ꝯſpicuus: & i ſcripturis diuinis ad plenum eruditus fuit. Qui librum edidit totius diſcipline monaſtice eruditionis cōſtructum: librum quoqꝫ alium totum plene teſtamentum uetus & nouum iuxta neceſſitatem monaſticam compendioſis diſſertiōibꝰ exponentem quē teſtamēti uice prope exceſſus ſui finem fratribus obtulit. Et ſanctitate pollens in pace obdormiuit. Hec gennadiꝰ. ubi ſupra.

❡Explicit liber quartus.

❡Incipiunt capitula libri quinti.

De feſto pentecoſtes i
De ſcō iſidoro martyre ii
De ſcis torquato & ſociis epiſcopis & confeſſoribus iii
De ſcis petro paulo andrea & dionyſia martyribus iiii
De ſcō peregrino epō & martyre v
De ſcō ubaldo epiſcopo vi
De ſcā maxima uirgine vii
De ſcō torpete martyre viii
De trāſlatione ſci ſyri epi viiii
De ſcō ſophonia propheta x
De ſcō dioſcoro martyre xi
De ſcō uenantio martyre xii
De ſcō felice epō & martyre xiii
De ſcō pudente confeſſore xiiii
De ſcā potentiana uirgine xv
De ſcō ioanne martyre xvi
De ſcō calocero & parthemio martyribus xvii
De ſcō celeſtino papa prio xviii
De ſcō celeſtino papa .v. ſiue petro confeſſore xviiii
De ſcō celeſtino confeſſore xx
De ſcō hiuone preſbytero xxi
De ſcis euſtathio & ſociis mr̄ xxii
De ſcā babilla uirgine & mar̄ xxiii
De ſcō baudelio martyre xxiiii
De ſcō auſtregiſillo epō xxv
De ſcō cōſtantino iperatore xxvi
De ſcō hoſpitio confeſſore xxvii
De ſcis timotheo polio & eutychio martyribus xxviii
De ſcā iulia uirgine & martyre xxix
De ſcis caſto & emilio mar̄ xxx
De ſcis deſiderio epō & ſociis mr̄ xxxi
De ſcō deſiderio alio epō & mr̄ xxxii
De ſanctis theopompo epiſcopo & ſeneſio martyre xxxiii
De ſcō manaem diſcipulo xxxiiii
De ſcā ioāna uxore cuze diſcipl̄a xxxv
De ſcō ſeruulo martyre xxxvi
De ſcis donatiāo & rogatiāo mr̄ xxxvii
De ſcis anolino & ſociis mar̄ibꝰ xxxviii
De ſcō urbano pada & martyre xxxix
De ſcō niceto martyre xl
De ſcō zenobio epiſcopo xli
De ſcō dionyſio mediolañ epō xlii
De ſcō mutio abbate xliii
De ſcō mutio altero abbate xliiii
De feſto corporis ieſu xp̄i xlv
De ſcō eleutherio papa & mar̄e xlvi
De ſcō quadrato diſcipulo xlvii
De ſcō auguſtino epō angloꝝ xlviii
De ſcō hildeunto epiſcopo xlix
De ſcis priſco & ſociis mar̄ybꝰ l
De ſcō ioāne papa prio & mar̄e li
De ſcō ioanne papa ſecundo lii
De ſcō ioanne papa tertio liii
De ſcō ſymmacho patricio & mr̄ liiii
De ſcō beda uenerabile p̄ſbytero lv
De ſcō iulio martyre lvi
De ſcō eutropio epiſcopo lvii
De ſcis ſymmetrio & ſociis mr̄ lviii
De ſcō germano epō piſieñ lviiii
De ſcō carauno martyre lx
De ſcō guilelmo confeſſore lxi

De ſcis conone & filio eius marty. lxii
De ſcis ſiſinnio martyrio & alexandro martyribus. lxiii
De ſancto maximino epiſcopo. lxiiii
De tranſlatione corpis ſci nicolai lxv
De ſcō theodoro ēpo myreoꝝ mar. lxvi
De ſancto nicolao ēpo ſeniore lxvii
De ſcō felice prio papa & martyre lxviii
De ſancta petronilla uirgine lxix
De ſanctis cantio cantiano & cantianilla martyribus lxx
De ſancto pamphilo martyre lxxi
De ſancto uincentio confeſſore lxxii
De ſcis reueriano ēpo & ſociis mar. lxxiii
De ſcis marcellino & petro marty. lxxiiii
De ſancto eraſmo ēpo & martyre lxxv
De ſcō photino epiſcopo & marty. lxxvi
De ſcis blandina & ſociis marty. lxxvii
De ſcō nicolao peregrino ꝯfeſſore lxxviii
De ſancto zacharia monacho lxxix
De ſcis pgentino & laurentino mar. lxxx
De ſcō liſardo preſbytero & ꝯfeſ. lxxxi
De ſancto iſaac martyre lxxxii
De ſancto iſaac preſbytero lxxxiii
De ſancto iſaac confeſſore lxxxiiii
De ſcō quirino epiſcopo & marty. lxxxv
De ſcis quadraginta q̄ttuor marty. lxxxvi
De ſcō bonifacio ēpo & ſociis mar. lxxxvii
De ſcō bonifacio ēpo & martyre lxxxviii
De ſcō bonifacio ēpo & ꝯfeſſore lxxxix
De ſcis nicandro & martiano mar. xc
De ſancto philippo diacono xci
De ſanctis artemio candida & paulina martyribus. xcii
De ſanctis uiginti martyribus xciii
De ſancto uincentio epiſcopo xciiii
De ſancto paulo ēpo & martyre xcv
De tranſlatiōe corpis ſci ſeruatii xcvi
De ſancto medardo epiſcopo xcvii
De ſancto gildardo epiſcopo xcviii
De ſcis primo & feliciano mr̄ibus xcix
De ſancto maximiano epiſcopo c
De ſancto maximino epiſcopo ci
De ſancto cedonio epiſcopo cii
De ſanctis baſilide tropode & mandale confeſſoribus. ciii
De ſanctis getulio cereale amantio & primitiuo martyribus ciiii
De ſancto barnaba apoſtolo cv
De ſancto onophrio eremita cvi
De ſancto timotheo eremita cvii
De ſanctis baſilide cyrino nabore & nazario martyribus cviii
De ſanctis ioanne andrea thadeo & philippo confeſſoribus cix
De iuētiōe corpis ſci ātonii eremite cx
De ſcō antonio ꝯfeſ. ordis minoꝝ cxi
De ſcā felicula uirgine & martyre cxii
De ſcō peregrino ēpo & martyre cxiii
De ſcō ſandilla p̄ſbr̄o & martyre cxiiii
De ſancto heliſeo propheta cxv
De ſcis rufino & ualerio martyrib⁹ cxvi
De ſancto brandano epiſcopo cxvii
De ſcis uito modeſto & creſcētia m. cxviii
De ſancto heſychio martyre cxix
De ſcis fereolo & ferutiōe mar̄ibus cxx
De ſanctis rothlando & oliuerio & aliis militibus martyribus cxxi
De ſancto himerio epiſcopo cxxii
De ſcā heliſabet de ſcouāgia cxxiii
De ſcis marco & marcelliano mar̄. cxxiiii
De ſcis cyriaco & paula uirg. & mr̄. cxxv
De ſcis geruaſio & ꝓthaſio marty. cxxvi
De ſancto urſicino martyre cxxvii
De ſancto romualdo abbate cxxviii
De ſcis ioanne & benedicto marty. cxxix
De ſancto nouato diſcipulo cxxx
De ſcō ſiluerio papa & martyre cxxxi
De ſancto albano martyre. cxxxii
De ſcis albano ēpo & ſociis mr̄i. cxxxii
De ſcō euſebio epiſcopo ceſarieñ. cxxxiiii
De ſcā demetria uirgine & marty. cxxxv
De ſancto leufredo abbate cxxxvi
De ſcis decem milibus martyrib⁹ cxxxvii
De ſancto paulino epiſcopo cxxxviii
De ſancta hildegarde uirgine cxxxix
De ſancto nicea epiſcopo cxl
De ſancto iuliano martyre cxli
De ſancta edeltrude regina cxlii
De ſancta maria de cegnies cxliii
De ſancto ioanne p̄ſbytero & mar̄. cxliiii
De ſcō felice preſbytero & mar̄. cxlv

¶Expliciunt capitula quinti libri.

¶Prologus quinti libri.

QVintus liber p̄ſentis catalogi cōtinet paſſiōes ac geſta ſcōꝝ: quorum feſtiuitates eueniunt infra tēpus in quo eccleſia repreſentat diuini uerbi & ipſi⁹ eccleſie matrimonialē ꝯſumationē: ex qua ſubſecutam nouimus iugem liberoꝝ ꝓcreationē & ꝓpagationē: quod tēp⁹ fuit a die pentecoſtes: & durabit uſq; ad ſeculi finem. Et ip̄m tp̄s repſentat eccleſia a feſto pentecoſtes uſq; ad aduentum. ¶In quo quidē tēpore: primo ip̄m matrimoniū ꝯſumat̄: uidelicet a p̄miſſo pentecoſtes feſto uſq; ad octauā corporis xp̄i. ¶Secūdo ex ipſo matrionio ſpūalis generatio ꝓpagatur: ab octaua corpis xp̄i uſq; ad aduentū. Ideo; primo in hac ultima parte ponent̄ feſtiuitates ſcōꝝ occurrentes infra tempus illud in quo repreſentatur diuini matrimonii ꝯſumatio. Et hoc i toto quinto libro preſenti. Deinde ſubſequēter ponēt̄ feſta occurrētia infra temp⁹ illud in quo repſentat̄

ex ipo matrimonio filioꝝ generatio & multiplicatio. Et hoc in .6.7.8.9.&.io. ſubſequētibus libris. ¶Rurſuꝫ in hoc tpe ꝯiugium xp̄i & eccleſie ꝯſumatur & perficitur. ¶Primo ꝓpter ſpirituū unionē que principalior eſſe debet. Hoc aūt agit̄ in ipſo feſto pentecoſtes & per octauā: In quo ꝓmiſſo ſpiritu ſcō in filios adoptionis effuſo mēbra capiti ſpiritali ꝯpage ꝯnectuntur. ¶Scdo etiā per corpum ꝯiunctionē: qđ eccleſia rpreſentat i ſubſequente euchariſtie feſtiuitate uſq; ad octauam ipius. In quo celebrat̄ memoria illius uenerabilis ſacramēti p cuius ſūptionē fideles xp̄o etiā corpaliter copulātur. ¶Et ꝗs iſtud tp̄s iuxta fictionē p nos alibi poſi tam nō deberet ꝓtendi niſi uſq; ad diē tertiū nonaꝝ iunii: ubi finiret̄ octaua corpis xp̄i quādocūq; ipm feſtū ſequeret̄ diem paſche ut ſupra đſcripſimꝰ uidelicꝫ ſi paſcha occurreret .vi. cal. aprilis. Tamē iſtud tp̄s & p cōſequēs librū iſtum ꝓtendemꝰ uſq; ad natiuitatem ſci ioannis baptiſte. Et hoc triplici ratione. ¶Primo qa feſtū corpis xp̄i qđ ē ultimū inter feſta mobilia aliquādo uſq; ad baptiſte natiuitatē differtur & extēdi pōt. ¶Secūdo ut liber iſte ab aliis i ſui breuitate non multū diſcrepet: ſed potius adequet̄. ¶Tertio ut ſubſequēs liber ab aliquo feſto notabili incohetur. Ad huius ergo tēporis feſta perſcrutanda procedendū eſt.

¶Incipit liber quintus a pentecoſte uſq; ad natiuitantem ſancti ioannis baptiſte.

¶De feſto pētecoſtes ſpirituſſancti. Ca. I.

culũ accedebant ꝑ ipſos.v.dies quocũqꝫ lan
gore ſanatis : ubi & quieſcit adhuc miracu/
lis pollens.

¶De ſcã felicula uirgine & martyre.CXII.

FElicula uirgo petronille colla/
ctanea ut ſcribit marcellꝰ ſci pe/
tri diſcipulus mortua ſorore ut
ſupra actũ eſt pridie cal. iunii a
flacco comite detinet̃ : & aut ſa/
crificare aut ſibi nubere ꝯpellit̃ .Que utrũ
qꝫ denegans ab eodẽ in carcere recludit̃ : &
vii.diebus ſine cibo detinet̃ .Inde educta da
tur ĩ cuſtodia uirginũ dee ueſte ut eaꝫ ad ſa
crificandũ ſuaderẽt.Que ibidem ꝑ.vii.alioſ
dies ſine cibo permãſit.Poſt hec dũ xp̃m cõ
ſtanter ꝯfiteret̃ in equuleo leuata:& diutiꝰ
torta:deinde iubente comite ĩ cloacã preci/
pitata necatur. Cuiꝰ corpꝰ ſcũs nicomedes
p̃ſbyter inde noctu leuauit:& ĩ capſella ſua
uia ardeatina miliario ab urbe.vii.ſepeliuit
idibus iunii.

¶De ſcõ ꝑegrino ep̃o & martyre. CXIII.

PEregrinus ep̃us & mar̃ ciuitatis
aternen̄ pontificatum tenuit tp̃e
beati gregorii pape:ꝗ ceheꝰ ꝓ/
prio noĩe nũcupatus ẽ.Quo tp̃e
duo peſſimi uiri ex longobardo
rum genere filii concubinaꝝ:quoꝝ unus di
cebatur alais:alter uero umblo urbẽ ipſam
tyrãnice poſſidebant.Cum autẽ prede & de
uaſtationi ac nefandis operibus nõ ſolũ ipſi
intenderẽt:ſed etiã populũ malorum exem
plo puertiſſent.Cetheus ep̃s eorum crudeli
tatem nõ ferens ad urbẽ romam acceſſit: &
hec oĩa ſũmo pontifici referens ab eo ſuſce
ptus dudũ ſecũ permanſit.Tandem populꝰ
ciuitatis multa dictoꝝ tyrãnorum preſſus ĩ/
iuria ad urbẽ deuenerũt:& ep̃m ſuum iſtan/
ter orauerunt ut ad eccleſiaꝫ ſuã rediret: &
plebẽ ſibi cõmiſſam ſuis exhortationibꝰ de
tot malis errueret.Qui iuſſus a papa cũ po
pulo rediit:iuramẽto ab eis exacto ne bona
eccleſie diſtraherent:& diſtracta r̃dimerẽt.
Reuerſus quoqꝫ populũ ſuũ ſcis ſermonibꝰ
ad pnie op̃a prouocabat. Interea diſceſſiõe
orta inter alaiꝫ & umblonẽ:alais orientalẽ
umblo uero occidentalem portam tenebat.

Cum aũt alais umbloni reſiſtere non poſſet
facta cõſpiratione cũ quodam uitaliano co/
mite ip̃m cum eius exercitu per portaꝫ quã
tenebat in urbem intromiſit:ut ſic in aduer
ſarium ſecurꝰ inſultũ faceret.In ip̃a uero ci
uitate erat quidã uir xp̃ianus nomine fredo:
qui ueſpere illo ſpiritu diuino tactus uxori
predixerat urbẽ ipſam eadẽ nocte ab inimi
cis inuadendã: armaqꝫ ſua ad lectuli caput
poſuit:ut ſeditione iſurgẽte prõptior arma/
retur.Sicqꝫ factuꝫ eſt:ut q̃d predixerat:eue
niret: illeqꝫ armatus ꝯfeſtim ad cetheũ ep̃m
confugeret.Oratiõe uero ſci ep̃i excitatis ci
uibus & repente egreſſis ciuitas ab inimicis
uiriliter defenditur : aduerſarii expellũtur:
& alais captus uti patrie proditor umbloni
p̃ntatur.Cũqꝫ omnes ip̃m dignum incendio
acclamarent:& ep̃s horrẽs effuſionẽ huma/
ni ſanguinis pro eo interueniſſet:ſupplicans
ut uel ĩ carcerẽ uel in exiliũ mitteret̃ :cethe
us ab umblone detentus ẽ: eo ꝙ ipſum cum
alai preſumeret ꝯſpiraſſe: & ob id pro illo ĩ
teruenire. Et alaiꝫ q̃dẽ ad portã oriẽtalẽ de
collari fecit.Cetheum uero catenis uinctuꝫ
in medio foro ciuitatis capite trũcari mãda
uit.Cum autẽ ep̃s pſalmuꝫ.Deus laudẽ me
am.decantaſſet : tãtus tremor ſpiculatorem
iuaſit: ut ip̃m minime ꝑcutere poſſet.Quod
cum umbloni nunciatũ fuiſſet:ep̃m magicis
hoc artibꝰ feciſſe cogitans ipſum in carcere
diebus multis detinuit . Deinde ip̃m uinctũ
in flumine piſcaria per pontẽ marmoreoluꝫ
precipitari iuſſit.Qui tertio ĩde iactatus ter
tio illeſus exiuit.Tũc iubẽte umblone neq
ſimo lapis ingens ponderis libraꝝ q̃ngenta
rum ad collũ ep̃i ligatur: & ſic per pontem
precipitatus in flumĩe necat̃ .Stati aũt ut ſpi
ritũ emiſit ſuꝑ aquas corpꝰ una cũ lapide e/
natauit.Ad quod ſpectaculũ cũ umblo feſti
naſſet a diabolo oppreſſus & mortuꝰ ẽ.Cor
pus aũt mr̃is gubernantibꝰ angl̃is ꝑ fluuiũ
ĩ mare deſcendit:& una cuꝫ lapide ad littus
iardenen̄ ciuitatis a fluctibꝰ euectũ eſt.Quod
cũ piſcator q̃dã ĩ littore reppiſſet:ep̃o nũcia
re curauit.Qui una cũ eiꝰ cl̃icis ad locũ ac/
ceſſit:corpꝰ q̃dẽ mr̃iſ ꝑꝑ lapidẽ arbitrãs:ip̃ꝫ
tñ ut mr̃is q̃ſi dubiꝰ uenerari nõ audẽs ĩ lit/
tore ſepeliuit:& q̃a nomẽ eiꝰ ignorabat̃ pe/
grinũ noĩauit: Diuinãqꝫ uolũtatẽ ſuꝑ ide ex
pectare cepit.Cũ aũt piſcatores noctibꝰ ſin/
gl̃is ad caput foſſe lumẽ celeſte ꝯſpexiſſẽt :
& hec ĩ ciuitate relata fuiſſẽt:cecus q̃dã a nati
uitate a patre ad foſſaꝫ deducit̃ :& oratõe fu
ſa lumẽ ei oculoꝝ ĩfundit̃ :quo uiſo miracu
lo corpꝰ mr̃is ꝓcul dubio fore noſcit̃ :& ab
ep̃o noĩe ſci mr̃is & ep̃i ꝑegrini miliario iux
ta iardenẽſeꝫ ciuitatẽ ĩ eccleſia ſepelit̃ .Poſt
aliq̃d tp̃s tñ eius paſſiõis ſeries:q̃ dies & no/
mẽ a ciuibus iardenenſibꝰ inq̃ſita reperiũt̃ .

Qui paſſus eſt idibus iunii.

¶De ſcõ ſandila p̃ſbr̃o & mr̃e. CXIIII

SAndila p̃ſbyter & martyr apud cordubã ciuitatẽ paſſus eſt: qui tẽpore perſecutiõis ꝓ cõfeſſione nomĩs dñi amputato capite martyrium cõſumauit idibus iunii: ut ait ado in martylogio.

¶De ſcõ heliſeo ꝓpheta. CXV

HEliſeus ꝓpheta: qui eccleſiaſtici 48.cap.inter ſanctos antiqui tẽporis glorioſe extollit̃: nat⁹ eſt in galgalis: cuius natiuitatis tempore tale ꝓdigium ꝯtigit: ut un⁹ ex uitulis aureis: quos hieroboã fecerat: acute mugiret. Quo audito in hieruſalem ſacerdos diuino nutu ait ꝓphetã eẽ natũ in hieruſalẽ: qui ſculptilia & fuſilia deoꝝ deſtrueret Hũc diuino mãdato helias in abela repertũ rantẽ uocauit: & ad eius diſcipulatũ aſſum ſit. Et cũ pallium ſuũ impoſuiſſet ſuper eũ ꝓfeſtim ꝓphetizare cepit: qui exinde ſecutus ſt heliã: & miſtrabat ei: ut dr̃.3.regum.19. ap. Cũ aũt helias a dño in celum rapt⁹ eẽt: t dicet̃ infra in geſtis helie ꝓphete.19.calẽ. eptẽbris. Spũs helie duplex ſuper eũ requiuit.ſ.ad ꝓphetandũ: & miracula faciendũ. ultis enĩ miraculis claruit: que in.4.regũ ap.2.3.4.5.6.&.7.narrant̃. ¶Cũ enĩ i hieicho aqua foris peſſima terram ſterilẽ facet: egreſſus ad fontẽ miſit in illum ſal: & auam ſanã reddidit. Aſcendens bethel pueis ſibi illudentibus maledixit: ex quib⁹.42 umero ab urſis duob⁹ cõtinuo lacerantur. ¶Cum aũt uxor quondã abdie ꝓphete ad ĩ ueniret: ut uiꝝ ſuũ mortuũ ere alieno p̃ſ im defleret: eo ꝙ ꝓpter alimoniã ꝓphetaꝝ uos in ſpelũca pauerat: debita cõtraxiſſet. reditorq; duos filios abdie in ſeruitutẽ ꝓ ebito r̃digere uellet. Heliſe⁹ mulierẽ iuſſit aſa uacua mutuo accipere: parũq; olei qđ ẽbat in ipſis uaſis filiis iuuãtib⁹ infundere. uod cũ feciſſet: oleũq; diuinit⁹ multiplica ĩ eſſet: & debitũ mulier ex olei p̃cio ſoluit: ex reliquo cũ filiis uitã duxit. ¶Trãſiens ſunã ciuitatẽ a matrona nobile & diuite i omo cũ giezi miſtro honorifice ſuſcipit̃: ei cellula de uiri uoluntate p̃parat̃. Que cũ liũ nõ haberet: & uir ſenex eẽt: heliſeus ei dño filiũ ĩpetrauit: q̃ſi ꝓ beneficio hoſpitaatis uices rependens. Cũq; puer creuiſſet: ad patrẽ tẽpore meſſis egreſſus eẽt: calo ſolis percuſſus caput doluit: & remiſſus l matrem ſubito expirauit: quẽ mater ſup ctulum uiri dei collocans: petita a uiro lintia dolore diſſimulato ad uiꝝ dei in mon m carmeli deuenit. Cum aũt heliſe⁹ factũ uliere narrãte cognouiſſet: premiſit giezi uerum ſuũ cũ baculo: ut puerum ſuſcitaret. Verum inſtante muliere ut perſonaliter ueniret: ad ſunam deuenit: & puerũ minime ſuſcitatum inuenit. Et tũc heliſe⁹ ſupra corpus ſe iactans: & ad dñm orans: puerum defunctũ uite reddidit: & matri uiuentem tradidit. ¶Cum autẽ facta eſſet fames in terra: & filii ꝓphetaꝝ ad eum cõueniſſent: iuſſit uni ex illis: ut pulmẽtum pararet. Qui egreſſus ut herbas colligeret: colloqntidas in olam cõcidit: ignorans quid eſſet. He ſunt cucurbite amariſſime minores his que in hortis naſcuntur. Cũq; diſcumbentes deguſtaſſent: & mortem ob amaritudinez in olla clamarent: uir domini allatam farinam in ollaz miſit: & eſcam dulcorauit. ¶Vir quidam de balſaliſſa detulit ſancto prophete panes duos primitiaruz: &.20.panes hordeaceos: & grana frumenti noui ꝯfricata: Quos fecit heliſeus apponi populo: qui erant centum uiri: hoc eſt illos duos panes triticeos tantum Et cũ ex hoc miniſter heſitaret: ſpũ domini predixit: ꝙ comederent omnes: & exinde ſuperaret: quod & miraculoſe factũ eſt. ¶Naaman quoq; princeps militie regis ſyrie uir diues & prepotens ſed leproſus erat. Cum autem uxor naaman ab ancilla puella: que de terra iſrael captiua ducta fuerat de miraculis heliſei didiciſſet: & hec oĩa uiro: illeq; regi r̃ttuliſſet: acceptis naamã lr̃is a rege ſyrie ad regem iſrael: ut ip̃m ſanaret: uenit ad eũ: & ei litteras preſentauit. Quod cum rex iſrael audiſſet: horruit: & immemor heliſei hoc ſibi ĩpoſſibile cognouit: ueſtimenta ſua ſcidit: & regem ſyrie occaſiones ꝯtra ſe querere putauit. Cuz aũt heliſe⁹ ad regem miſiſſet: ut ſibi naaman deſtinaret. Illeq; ad hoſtium prophete cum equis & curribus adueniſſet: miſit ad eũ uir dei dicens: ut ad iordanẽ deſcendens: ibidẽ ſepties lauaret̃: & a lepra mundaret̃. Et prima quidem facie naaman moleſte tulit: eo ꝙ ad eũ nõ ueniſſet: & manu uulnus tetigiſſet. Deinde ſeruoruz cõſilio in iordane ſepties ſe lauauit: & mox ab eo lepra diſceſſit. Reuerſus autem ad heliſeum munera multa ei obtulit: ſed domini ꝓpheta nihil omnino recipere conſenſit. Veꝝ cum aliquãtulum abiſſet: giezi auaritia ductus poſt eum cucurrit: eidemq; mentiẽs dixit: ꝙ duo ex filiis prophetarum ad heliſeũ repente ſuperuenerant. Ideoq; ille pro munere aliquo ſibi largiendo mittebat. Qui cũ eidem argentũ & ueſtes tradidiſſet: eaq; giezi in domo abſcondiſſet. Et hec omnia heliſeus diuino ſpiritu cognouiſſet: maledixit giezi p̃dicẽs: ꝙ lepra naaman ſibi & ei⁹ ſemini adhereret: eo ꝙ diuinã gratiã uendidiſſet Statiq; egreſſ⁹ ẽ ab eo leproſ⁹: ab hoc giezi ſimoniaci prĩo giezite dicebãt̃ i ueteri teſtamẽto: donec a ſimõe mago ſimõiaci dci ſũt.

¶Poſt hec cū eſſet heliſeꝰ cū filiis ꝓphetaꝝ iuxta iordanē:& ipſi ligna cederēt: uniq; eorum ferrū ſecuris ex ligno excuſſum ī aquā cecidiſſet:heliſeus lignū in aquā miſit:& ferrum ad ſuū locum enatauit. Cūq; rex ſyrie ꝯtra iſrael pugnaret:& ſepius hoſtes in inſidiis poneret: rex iſrael eos cauebat : qa eos ſibi heliſeus manifeſtabat.Quod cum rex ſyrie a ſeruis ſuis didiciſſet:& ꝓphetā eſſe in dothaim ꝯpiſſet miſit illuc robur exercitus qui ciuitatē circūdederunt ut eū caperent: maneq; puer heliſei uidens exercitū timuit: & ꝓphete nunciauit:qui puerū confortabat & plures quā illi ſecum eſſe aſſerebat. Et orante heliſeo dñs apuit oculos pueri : & uidit mōtem plenū eqs & curribꝰ.i.agminibꝰ angeloꝝ.Cūq; hoſtes intrarent ad eū:pcuſſit eos dñs cecitate:ne ipm uidentes agnoſcerent.Quibus heliſeus dixit:nō eſſe ibi manſionē eius quē querebant: eoſq; illuc deducere ꝓmittebat:qđ & reuera fecit:eoſq; ī mediū ſamarie deduxit. Tunc orante propheta apti ſunt oculi eoꝝ:& uiderunt ſe eſſe in medio ciuitatis:& hoſtes circūſtantes . Et cum rex iſrael eos occidere uellet : ꝓhibuit propheta dñi:eo ꝙ dñs eos illuc adduxerat: qn imo eiſdē abūdanter miniſtrari fecit & illeſos remiſit.¶Et cū benadab rex ſyrie ſamariā obſediſſet:& fame maxima oppſiſſet: ita ut mulieres natos proprios comederent : & rex iſrael ꝓphetā eo ꝙ pdictā obſidionē pdixerat occidi mandaſſet:& hoc heliſeuſ per ſpiritū cognouiſſet:ſpiculatorē ad ſe intrare ꝓhibuit:donec rex penitētia ductus ipſum reuocauit.Tūc heliſeus ſequēti die ubertatē maximā futurā predixit.Et cū unꝰ ex pricipibus eū irrideret:mortē illius repentinā prenūciauit:que oīa ut predixerat euenerūt Nocte enī dñs terruit exercitū ſyrie:ſonitū infinite militie mittēs ſuper eos.Qui aīas ſuas ſaluare cupiētes aufugerūt:& oīa dimiſerunt.Sicq; populus ſamarie egreſſus predā diripuit : & ex uictualibus pceptis ubertas maxia facta fuit. Princeps quoq; ille ī itroitu porte a turba ꝯpreſſus expirauit. ¶ His & aliis multis & magnis miraculis heliſeꝰ clarēs ī pace quieuit.18.cal.iulii. Prophetauit aūt & claruit ſub iorā & hieu & ioachaz regibus iſrael in ſamaria.Cū autē quidā latrūculi moabite hominē mortuū ſpoliaſſent:& cadauer ī ſepulchro heliſei ꝓieciſſent : cum tetigiſſet oſſa heliſei cōtinuo ſurrexit.Sepultus ē autē ī ſamaria paleſtine quā ſebaſtē.i. auguſtā ī honorē auguſti herodes poſtmodum uocauit:ubi & abdias ꝓpheta & ioannes baptiſta requieſcunt. Ad quoꝝ ſepulchra uaria miracula fiūt:ut dicit hieronymꝰ libro de uita paule.Adeo ut cruciati demones ibi rugiāt: uoces diuerſoꝝ aīaliū ꝑtēdētes.Alii cernūtur rotare caput:& poſt tergū terra
uertice tangere. Alii ſuſpenſis pedibꝰ emi
ueſtes in faciē defluere:ubi & in monte ui
no dire uidentur ſpelūce:ī quibꝰ & famis
perſecutiōis tpe abdias cētū ꝓphetas pa
pane & aqua.Hec ex libro.3. regum capi
lis quibꝰ ſupra ex dictis ioſephi & hiero
mi:& ex hiſtoria ſcholaſtica.

¶De ſcis rufino & ualerio mar̄. CX

RVfinus & ualerio mar̄es tēpe
diocletiāi & maximiani paſſi
in territorio ſueſſioneñ ſub p
ſide rictiouaro.Qui igreſſus
uitatem remis ſcōs detētos &
criſicare ꝯtemnētes magno ferri pondere
ſos ſueſſionū adduxit . Ibiq; eos iuſſit equ
leo ſuſpendi:& plumbatis cedi.Deīde ī c
cere macerari:ubi angelica uiſitatione co
fortantur & corone de ſmaragdo celitꝰ m
ſe eoꝝ capitibus iponuntur.Inde educti
in xpi confeſſione pſiſterent imobiles:iu
flumē idole decollati ſūt.Quoꝝ corpora
xpiani ad remenſem ciuitatē deferre uell
de loco in quo decollata fuerant nullaten
mouere potuerunt.Ibiq; ea ſepelierūt.Q
paſſi ſunt.xviii.cal.iulii.

¶De ſcō brandano epo. CXV

BRandanus eps cū eēt abbas a
britānias. Poſtq̄ ei barithus
tulit: ꝙ cū filio ſuo moroch c
anum pluſtrās padiſuꝫ terreſ
inuenit:deſideriū ei emicuit :
locū ipm reqreret . Habebat aūt tria m
monachoꝝ de qbꝰ.14. tantū accepit & na
ꝯſcenſa que audierat uidere pperxit.Quē
uē itrātē tres fratres ſecuti ſūt.Et qa nō
cati uenerāt eos nūq̄ redituros prenūciau
Inuenit aūt prio iſulā altā: ī cuiꝰ portu ſ
canis occurrit: quē illi ſequētes oīa ſibi
ceſſaria iuenerūt:& theſauros multos ibi
ꝯſpexerūt.Quoꝝ ꝯcupiſentiā brādanꝰ p
buit.Sꝫ dū tertio die diſcederet:qdā ex il
tribꝰ fribꝰ q frenū argēteū accepat : po
penitēs peccatū ꝯfeſſus ē ſubito expirau
Iuuēis quoq; alias iuiſꝰ eiſdē cophinū pā
& uas aque ī naui poſuit:& nuſq̄ ꝯpuit .
cena dñi ſubſequēter ad aliā iſulam appu
rūt.Inuenerūtq; hoſpitē eos de uia tenen
docētē & neceſſaria miniſtrātē. Sabbato
ueniūt piſcē igētē noīe iaſonē quē iſulā e
ſtimātes de ſup deſcēdētes ignē accēderū
dūq; piſcē ſe mouere ſentirēt ad nauē rep
te ꝯfugiētes uix euaſerūt:piſce ſe ꝯtiuo m
gēte.Die paſche deueniūt ad iſulā ubi au
candidas aſpiciunt : alias & uoce ſonante
quarum una uoce humana locuta dixit
fore de angelis qui de celo ceciderant : ſ
modicam culpam commiſerant . Ibiq; u
ad octauas pētecoſtes permāſerūt. Ab in

nauigantes in natiuitate dñi ſubſequente ad
inſulam ſanctoꝶ patricii & libei deuenerũt:
ubi cũ.24.patrib⁹ ibi reptis in eoꝶ eccleſia
habẽte altaria cryſtallina feſta dominica ce/
lebrarũt:ideq; poſt epiphaniam diſceſſerũt.
Sicq; continue per ſeptenniũ p mare diſcur/
rendo i pdictis feſtis ſemp ad eadem loca re
libant. Quibus tẽporibus multa ab eis ſtu/
penda uiſa ſũt. Beſtia eni maxima eos abſor
bere uolens ab alia maiori deuoratur:& de
reliquiis carnium comederũt. Inde uenerũt
ad inſulam uiroꝶ fortiũ:ubi ſenex & pueri
uno ſeruiebant: a quib⁹ gratanter excepti:
cũ abire uellẽt:ſecundũ ex tribus fratribus
ex incuria dormiẽtẽ dimiſerunt. Inuenerũt
& inſulam:in qua erãt botri uue inſtar am/
phore magne pmaximi:gryphe3 quoq; autẽ
eos rapere uolentẽ:auis altera uaſtior inter
fecit. In feſto uno ſci petri apoſtoli uidẽs ab
eas piſciũ innumerã multitudinẽ: iuſſit eos
deũ laudare:qui ſup undas enatãtes uocib⁹
ſonare cepunt. Viderũt & i mari colũnã in
gentem cryſtallinã ſup baſes aureas: quam
conopeus coloris argentei circũdabat. Inue
nerunt & calicem cum patena de genere co/
lũne. Venerunt poſtmodũ ad hoſtia inferni:
ubi demones egreſſi ſup eos maſſas igneas
iactare nitebanť : Vbi & tertius frater in lit
tore deſcẽdẽs a demonib⁹ rapt⁹ ẽ. Inuenerũt
& iudam xpi pditorem ſedentẽ in mare ſup
lapidem:quẽ dixit ſe in hieroſolymis i loco
tortuoſo poſuiſſe p tranſeuntibus ne in lu/
tum caderent ptegendis : & ante eum erant
force ferree:quas dixit ſe donaſſe ſacerdoti/
bus templi : pannus quoq; in eis pendebat:
quẽ leproſo ad tergendũ ꝯceſſiſſe aſſerebat.
Inuenerunt hominẽ:qui luto paſcebať : ca/
pillis opertum. Tandem per bonũ ſuũ pcu/
ratorem de quo dictũ eſt ad paradiſum ter/
reſtrem poſt ſeptenniũ perducti ſunt. Et ca/
pientes de fructibus & gẽmis ibidem reper/
tis:euaſis multis periculis deo duce incolu/
mes ad ppria redierunt. Vbi brandan⁹ poſt
modũ eps ordinatus eſt. Et poſt uirtutũ me
rita ad xpm migrauit.18.calẽ.iulii.

¶De ſanctis uito modeſto & creſcẽtia mar/
tyribus. CXVIII

VItus:modeſtus & creſcentia mar
tyres ſub diocletiano impatore
in ſicilia martyrio claruerunt: q
uitus ex lucania prouincia nobi/
li progenie patre hyla ſenatore
pgenit⁹.7.etatis ſue ãno ad martyrii pal/
mam peruenit. Cum eni pater eius idola co/
leret:& uitus xpm adoraret:ſepius eũ pater
uerberabat:eo ꝙ idola colere nolebat. De/
mũ pr illũ modeſto ei⁹ nutritori tradidit:
ut i ſuaderet:quaten⁹deos colere ſtuderet:
Cui apparens angelus ipm ꝯfortauit: & ad/
huc pueꝶ ad coronam martyrii animauit.
Qui & in xpo nomine miracula patrare ce/
pit:& multos a diuerſis langorib⁹ ſanauit.
Quod audiens ualerianus pfect⁹ puerũ ac/
cerſiuit:& ſacrificare nolentem:cathomis ce
di iuſſit. Brachia aũt & manus uerberantiu3
ſubito aruerunt. Prefect⁹ quoq; manũ ami/
ſit:pro quo tamẽ uitus orauit:& cõtinuo ſa
nitatem percepit. Prefect⁹ergo puerũ patri
tradidit:& ut ipm corriperet perſuaſit. Tũc
pater uitum in domũ ducens diuerſis muſi/
corum generibus:& puellarum luſibus: a/
liiſq; delitiarum generibus mutare animu3
pueri ſatagebat. Et cum ipm in thalamo in/
cluſiſſet ornato : mirabilis fragrantia inde
exiit:que patrem & familiã nimio odore p/
fudit. Aſpiciẽſq; pater per rimas hoſtii.7.
angelos radiãtes circa infantẽ ꝯſpexit:quos
deos ſuos eſſe putauit:ſtatimq; excecat⁹eſt:
Ad cuius uocis clamorem tota ciuitas com
mouet :ita ut prefectus accurreret:& cur ei
hoc accidiſſet:interrogaret. Qui dicebat:ꝙ
deos igneos uiderat:& eorum aſpectũ ferre
non ualens lumẽ amiſerat. Et cum i templũ
iouis pro recuperando lumine ductus eſſet
& nihil proficeret: filium p ſua ſanitate ro/
gauit:& lumen eius precibus recuperauit.
Cum autẽ nec ſic crederet: ſed puerum occi
dere cogitaret. Angelus modeſto & creſcen
tie nutritoribus eius apparuit : & ut nauem
ꝯſcendentes puerũ ad aliam terram ducerẽt
impauit. Qui nauiculam preparatã diuini/
tus inuenerunt:& angelo duce una nocte ad
territorium tonagritanũ puenerũt: & iuxta
fluuium ſilarum ſub arbore quieuerũt: ubi
aquila eis cibum deferebat: & multa mira/
cula puer faciebat. ¶ Interea filius diocleti/
ani impatoris a demone arripitur:& niſi ui/
tus lucanius ueniat:ſe nunq̃ exire fatetur:lo
cum quoq; ubi inueniend⁹ ſit:ab eodem ex/
plicatur. Vitus ergo queritur:& inuent⁹ad/
ducitur ad imperatorẽ. Qui ſuper ei⁹filium
manum impoſuit:& ptinus ab eo demonem
effugauit. Cum aũt illum impator ad deoꝶ
ſacrificia inuitaret:& uitus recuſaret: & cu3
modeſto & creſcẽtia in dirum carcerem miſ
ſus eſſet:ſubito ferri moles eis impoſita ce/
cidit:& carcer immenſo lumine coruſcauit:
Chriſtus quoq; ſanctis apparens illos ad
paſſiõis tolerantiam animauit. Quod impe
rator a cuſtodibus intelligens eos eductos
in clibanum ignis immiſit:quos tamẽ ignis
omnino non tetigit:in quo pſallẽtes hymnũ
trium puerorũ audiuntur:indeq; illeſi oĩno
educunť. Tunc leo terribilis ad ſanctos de/
uorandos dimittitur : ſed tamen ab eis fidei
uirtute placatus:eorum ueſtigiis manſuete
pſternitur. Tandem i equuleo eos iperator
iuſſit appendi : & in illo diuti⁹ extorqueri.

Sed orante puero ut eos dñs. liberaret ſubi/
to aer turbaẗ: terra cõcutitur: tonitrua mu/
giũt: tẽpla dorum corruũt: & multos oppri
mũt. Impator aũt territus fugit: & angelus
ſcõs exoluit atq; ad fluuiũ ſilarũ unde uene
rant i momẽto repoſuit: ubi oratiõe fuſa do
mino aĩas reddiderũt. Quoꝝ corpora ab aq
lis cuſtodita florẽtia illuſtris femina ſcõ ui/
to reuelante reppit: & cũ aromatib⁹ in ma/
riano predio ſepeliuit. Qui paſſi ſũt. i7. cal.
iulii.

¶ De ſcõ heſychio mr̃e. CXIX

HEſychius mr̃ apud meſiam ciui/
tatẽ doroſtoꝝ paſſus ẽ. Qui cum
eſſet miles & beatũ iuliũ mr̃em
& ꝯmilitonẽ ad paſſionẽ comita/
tus eẽt: ut ſuperi⁹ in eius paſſiõe
vi. cal. iunii dictũ eſt. Seque eiuſdẽ decollan
di orationib⁹ ꝯmendaſſet: eũq; deoſculatus
eſſet a gentilibus tentus & maxio preſidi ob
latus in carcere diebus plurib⁹ maceratus:
tandem in cõfeſſione xp̃i gladio cedente mar
tyrio coronat⁹ eſt. i7. cal. iulii.

¶ De ſcis fereolo & ferutione mar̃ib⁹. CXX

FEreolus preſbyter & ferutio dia
con⁹ i galliis ciuitate biſũtioneñ
paſſi ſunt. Qui a beato hyreneo
epõ lugduñ & mr̃e ad predican/
duꝫ uerbũ dei miſſi: ſub claudio
iudice tẽti ad trocleas extenti: & diutius fla
gellati: dehĩc in carcerẽ recluſi ſunt: mane
quoq; cũ linguis eoꝝ amputatis: nihilomin⁹
xp̃i nomẽ clara facũdia pſonarẽt: & populo
predicarent. Iterũ ꝯprehenſi ſunt: quibus iu
dex crudelis iuſſit ut unicuiq; eorum ſubu/
le. 30. manib⁹ & pedibus & pectore infigerẽ
tur: atq; ad ultimũ gladio necarentur. Paſſi
ſunt autem. xvi. cal. iulii.

¶ De ſãctis rothlãdo & uliuerio & aliis mi
litibus martyribus. CXXI.

ROthlãdus & uliuerius atq; mul
ti alii milites xp̃iani qui a ſarace/
nis i rũciaualle pro fide xp̃i pu
gnantes occiſi ſunt tpe caroli ma
gni in catalogo mr̃ꝝ aſcribũtur.
Nam dum ſaraceni totã hiſpaniã occupaſſẽt
Carolus mõitu beati iacobi ſibi apparentis
atq; iubentis ut terrã ſuam ab infidelibus re
dimeret: cũ ſuo exercitu hiſpanias igreſſus:
primo quidẽ ciuitatem pampilonẽ trib⁹ mẽ
ſibus obſeſſam muris fundit⁹ miraculoſe ru
entibus cepit: & multos ſaracenos cõuerſos
baptizari fecit. Quod ſimiliter contigit in ci
uitate lucerna in ualle uiridi poſita que nũc
eſt inhabitabilis facta. Et cum omẽs ciuita/
tes & caſtra hiſpanie ꝯqſiſſet: eccleſiam bea/
ti iacobi apud cõpoſtellam uiſitauit: omnes
honores ei ablatos reſtituit: eamq; amplio
ribus priuilegiis dotauit. Sed dũ rediſſet ad
gallias. Aigolandus rex ſaracenoꝝ aphrice
maximã parteꝫ hiſpanie reacq̃ſiuit: xp̃ianos
eiecit ſpoliauit & occidit. Quod audiens ca
rolus ad hiſpaniã rediit: & ut refert turpi
remeñ archieps. xii. annis uel ibi pſonalite
fuit uel exercitũ tenuit. Et prio quidẽ apu
ſcũm facũdũ grauiſſimo bello ꝯmiſſo mil
rothlãdi pater cũ quadraginta milib⁹ xp̃i
norum occiſus eſt. Carolus uero equo ſu
occiſo: pedes ſtans cum duob⁹ milib⁹ xp
norum de gaudioſa ſpatha ſua multos ſar
cenos p mediũ ſcidit. ¶ Die uero ſequẽti c
quattuor marchiões italie cũ q̃ttuor mili
militũ in ſuccurſũ xp̃ianoꝝ ueniſſent. Diſ
dentes inde ſaraceni ĩfinitum exercitũ ma
roꝝ: moabitaꝝ: ethiopũ: pſaꝝ: pthoꝝ: apl
canorum: & turcorũ ꝯgregarunt. Rex au
carolus ageniã ciuitatem poſt ſex menſes
pit: & deceꝫ milia ſaracenoꝝ occidit. Inde
ſecutus ẽ aigolandum uſq; ſantonas. Dein
rediens galliã nouum exercitum ꝯgregau
centũ & triginta milia bellatoꝝ: cũ quo h
paniã repedauit. Inter quos fuerunt pcip
Turpinus remeñ archieps: rothlãd⁹ com
cenomaneñ dñs blaui nepos caroli ex ber
ſorore: & filius milonis de angleris: oliue
dux gebeneñ: eſtulphus comes lingone
araſtanus dux britãnie: engler⁹ dux aqui
nie: gnifer⁹ dux burdigallenſis: gelerus: g
linus: ſalomõ: & balduin⁹ frater rothlan
gundebõduſ rex frixie: naamã dux bauar
Ogerus dux dacie: lambertus dux bitur
Sampſon dux burgundie: ꝯſtantinus pfec
romãoꝝ: rhegynald⁹ de alba ſpina: Gualt
rius de thermis: guilelmus: gerinus loth
gie dux: Bogo: bertrandus de nublis: Ga
lon⁹ traditor de magũtia: & multi alii eq
ſtres & pedeſtres: qui p ciſereos portus t
ſeuntes pampilonẽ obſcederũt. Ibiq; ꝯmi
bello ex una pte xp̃ianoꝝ centum & trigi
quattuor milia ex alia ſaracenoꝝ centũ
lia diuina fauente gratia ſaraceni tãta cede
ſtrati ſunt ꝙ xp̃iani uſq; ad baſes i ſangui
mergebantur. Occiſoq; aigolando null
eorum euaſit: niſi rex ſibylie & rex cordu
qui cũ paucis aufugerũt. Captaq; urbe c
ſaraceni ibidẽ repti trucidati ſunt. De xp̃
nis uero ceciderũt uſq; ad mille. ¶ Sequ
uero die pugnauit Carolus cum ſurre pr
cipe nauarre: & eũ cũ trib⁹ milib⁹ occidit
tãq; terram nauarre adeptus eſt. ¶ Dein
apud nageram obſidionẽ poſuit: ubi erat
gas quidã nomine ferracutus de genere g
liath: quẽ admirandus babylonis cũ uig
milib⁹ turcoꝝ miſerat in ſubſidiũ ſarace
rum. Hic lanceaꝫ uel ſagittã ñ formidab
ſed uirtutem. xl. uiroꝝ fortium poſſideb
Inito autem ſingulari certamine cũ mul
milites xp̃ianoꝝ ſiñ alio bello ſolo brach
ex equo leuatos cepiſſet. Tandẽ rothland

cum ipſo ꝯgreſſus deo annuente gigantē ui/
cit:& per umbilicū ſua ſpatha trāſfodit. Sic
q; nagera ciuitas capit̄:ſaraceni occidūtur:
& uincti xp̄iani abſoluunt̄. ¶ Poſt hec pu/
gnauit rex apud cordubā cū regibus ſibyl/
lie &cordube:& iterfecto rege ſibyllie cū.8
milibꝰ ſaracenis:a rege altumaior urbē ob/
tinuit:eo pacto ꝙ baptizaret̄:& deinde a ca
rolo regnum tenēs in dn̄io priſtino ꝯfirma/
ret̄.Sicq; tota hiſpania redempta ſanctū ia/
cobū in galatia iteꝝ reuiſit:honoribꝰ & poſ
ſeſſionibꝰditauit:deinde ut rediret galliam:
pāpilone aliquot diebus reſedit.¶Audiens
aūt ꝙ apud cordubā eſſent duo magni reges
ſaraceni:uidelicet marſyriꝰ & baligandꝰfra/
ter eius miſſi de ꝑſide hiſpaniā ab admirādo
babylonis.mādauit illis rex ꝑ ganalonū: ut
aut baptiſmū ſuſciperent:aut ſibi tributum
exoluerent.Qui cū ganalono ꝯſpirantes mi
ſerunt carolo.30.equos oneratos auro & ar
gento & opibꝰ. Ganalono aūt.20.equos ſi/
militer opibus iiſdem onuſtos obtulerunt:
ut pugnatores caroli i manibꝰeoꝝ traderet:
quod ille facere ꝓmiſit. ¶Rediensq; gana/
lonus munera carolo ꝑ̄ſentauit:eiq; aſſeruit
ꝙ reges ipſi xp̄ianos ſe facere diſpoſuerunt:
carolūq; rogabant:ut eos i franciā precede
ret:quē illi uelocius ſequerent̄.Cū aūt caro
lus in franciā rediret:ꝯſilio ganaloni dimiſit
rothlandū & oliueriū cū maioribus pugna/
toribus &.xx.milibus militibꝰ:ut ultimam
cuſtodiā in rūciualle facerent: donec rex &
ſuus exercitus portꝰ ciſereos tranſirent.Cūq;
carolus ptrāſiſſet:quinquaginta milia ſara/
ceni q triduo in nemoribꝰ latuerant:ut gana
lonus ordinauerat.fecerūt ex ſe duas acies:
Quaꝝ prima que erat.xx.miliū equitū priꝰ
exiuit:& cū xp̄ianis a mane uſq; ad tertiam
acriter dimicauit.Tandem oēs ſaraceni occi
ſunt:& rothlandꝰcū ſuis uictores fuerunt
Poſt hec ſecūda acies.xxx.miliū pugnatoꝝ
xp̄ianos iā fatigatos & laſſos inuaſerūt: oēs
quoq; ex pte rothlandi occiderūt: p̄ter mo/
dicos q ad nemus ꝯfugerūt:cū qbus baldui
nus & tedricꝰlatuerunt:& preter rothlandū
qui redeūtibus ſaracenis ad unā leucā inſo/
nuit buccina:centū xp̄ianos q fugerāt reuo/
cauit:cū quibꝰin ſaracenos uiriliter irruens
uſq̄ duo milia ex ipſis ꝓſtrauit: & ceteros
in fugā cōuertit. Tn̄ centū eiꝰ ſocios in hoc
ultimo bello amiſit. Ipſe aūt q̄ttuor lanceis
grauiter uulneratus ſolus ad rūciauallem
ſub quercu deſcendit:& tunc ſe mori ſentiēs
duridandā eiꝰſpathā in ſaxo ꝯfringere uolu
it ne in manibꝰ ſaracenoꝝ deueniret: ſed la/
pide ſciſſo enſem frangere nequit.Tūcq; tu/
ba ſua tā fortiter ſonuit:ꝙ flatu tuba ſcindi
tur:& uene ac nerui colli eius rumpunt̄:ſo/
nuſq; tube ad aures caroli ꝑ octo miliaria ā/

gelo deferente ꝑducit̄.Illico ganalonꝰ regē
redire uolentē diſſuaſit:dicens ꝙ rothlandꝰ
cā uenationis buccinaret.¶Dū igit̄ rothlā
dus ſuper herbam iaceret:ſupuenit baldui/
nus eius frater:a quo cū ſitiens aquā peteret
ille circūquaq; querens inuenire nō potuit.
Videnſq; illū mori equū pungens:carolum
uelociter inſecutus cūcta ei geſta narrauit.
Mox ſupuenit tedricus &rothlandū chriſtū
laudantē & reſurrectionē mortuoꝝ ꝯfitentē
ac ꝓ ſuis occiſis orantē inuenit:ſicq; iter ma/
nus illius expirauit.Quo die dū turpinꝰar/
chiep̄s miſſam ꝓ defunctis celebraret:raptꝰ
in extaſi audiuit demones ꝑſtrepentes ac di/
centes ſe aīas marſyrii & ſaracenoꝝ ad infer
na deferre:& michaelē cū cetu angelico aīas
rothlādi & xp̄ianoꝝ ad ꝑadiſum ea hora ge
ſtaſſe.¶ Rediens igit̄ carolus rothlandum
mortuū inuenit:& oliueriū in effigie crucis
quattuor palis in terra fixis cū q̄ttuor retor
tis extenſum & a collo uſq; ad pedes excori
atum lanceis & ſpathis ꝯfoſſum.Et cū caro/
lus iuraſſet oēs occiſos reuiſere: & ſol iā q̄ſi
occūberet:orōne ſci regis ſol tanto tp̄e ſte/
tit imobilis:donec rex omniū ꝑ̄eptoꝝ mar/
tyꝝ corpora requiſiuit.¶Tūc ganalonū de
ꝓditione conuictū q̄ttuor equis alligari fe/
cit:& cōtra quattuor plagas celi ſeſſoribus
equos agitantibus terribili morte in quattu
or partes diſcerpi. Omniū uero ſcōꝝ mili/
tum corpa rex in duobꝰcemiteriis tumula/
ta diuiſit: quoꝝ unū eſt i ailis campis:aliud
apud burdegallē.Rothlādū uero apud bla
uiam in eccleſia ſci romani quā ipſe comes
edificauerat:ſepeliuit:& ſpathā eius & tubā
eburneam ad honorem militie ibidem reſer
uandas depoſuit.Paſſio horum martyrū ce
lebratur.16.calen.iulii.

¶De ſcō himerio ep̄o. CXXII

Imerius ep̄s emilie in tuſcia uir/
tutibus & miraculis clarꝰ ibidē
in pace quieuit.15.calē.iulii:ibi/
demq; ſepultus fuit.Cuiꝰcorpuſ
ꝓceſſu tēporis quidam ep̄s cre/
monen̄ illuc ab impatore ex aliqua cauſa di
rectꝰ:dato precio non modico obtinuit: &
cremonam tranſlatum in eccleſia alme uirgi
nis cathedrali honorifice collocauit: ubi &
miraculis pollet.

¶De ſcā heliſabet de ſconāgia. CXXIII

Eliſabet de ſconāgia uirgo ſcā:
ut ait ſigibertus circa annum do
mini. 1156.claruit. Que fuit ſo/
ror monaſterii de ſconāgia ma/
tertera ſymeōis abbatis.Hec eni
ab ānis puerilibꝰ relicto ſeculo opibꝰ ſpūs
uacabat:ieiuniis aūt ſemp & orōnibꝰ inten
debat:atq; carnē diſciplinās: diris ſe uerbe/
ribꝰ flagellabat.Multis aūt annis ante obitū

ipſius man⁹dñi ſuper illã grauior extitit:qa
diris úulnerib⁹ caro ei⁹ elanguit:& tñ patiẽ
tie uirtute munita nunq̃ ꝯtriſtari uiſa fuit:
uiſiones aũt crebras & mirabiles a deo hũit
& diuina ſecreta ſibi reuelata cognouit. Ra
pta aũt in his extaſibus q̃ſi mortua ſine ſen/
ſu iacebat:donec ſpiritu carni reddito aliqñ
que uiderat referabat:aliquãdo uero ſilẽtio
tegebat. Huic ab angelo ſecũ familiariſſime
colloquẽti ãnũciat⁹ ẽ liber qui dicit uiarũ
dei diuinas ꝯtinẽs & ſalutares ſpirit⁹ admo
nitiones. ¶ In octaua aſſũptionis dñe nr̃e:
beata uirgo ei appens:eidẽ ſe ſpiritu & cor/
pore aſſumptã fuiſſe dixit:& poſt aſcẽſiones
xp̃i anno itegro & tanto plus tpe q̃tũ eſt ab
ipſa aſcenſiõe:uſq; ad mediũ mẽſes auguſti
in hoc mundo fuiſſe declarauit. ¶ In feſto a
nũciationis eiuſdẽ:ipſa glorioſa mater eidẽ
dei famule reuelauit:ꝙ ãno.xv.uerbum dei
concepit. ¶ In feſto quodã dñice natiuitatis
uidit duas ſtellas magnas perlucidas:i unũ
corpus redactas & i circuitu circulũ aureũ
ac in medio uirginẽ xp̃m geſtãtẽ puulũ:que
multa ipi⁹ diei myſteria ſibi reſerauit. Inter
cetera aũt queſiuit a dña nr̃a qd eẽt de aïa o
rigenis doctoris audiuitq; ꝙ errores quos
habuerat ex fonte nimie pietatis deuenerãt.
& ꝙ ipſam dei genitricẽ i ſuis ſcripturis ma
xime honorauerat:pp que duo modicas pe
nas ubicũq; eſſet ſubſtinebat. Sed qd in die
nouiſſimo de eo fieret deus in arbitrio & di/
ſpoſitione dñe nr̃e poſuerat:qđ tñ ſibi tunc
reuelari uõ licebat. His & aliis uiſionibus
plurimis & glorioſis ancilla xp̃i a dño ſepi⁹
uiſitata ãno etatis ſue.ꝛi.uiſitatõis uero ſue
15.i ſcitate uite migrauit ad dñs.15.cal.iulii

¶ De ſcis marco & marcelliãо mr̃.CXXIIII

MArcus & marcellian⁹ fr̃es rome
ſub diocletiãо ipatore paſſi ſũt:
agente fabiano urbis p̃fecto. Hi
nobili genere orti:trãquillini &
martie filii fuerũt. Qui cũ pro fi
de xp̃i dieb⁹plurib⁹i carcere tẽti fuiſſent:da
ta ſnia ſup eos a chromatio urbis p̃fecto de/
collari iubent:ſi infra dies.30.diis ſacrifica
re renuiſſent. Interiq; dati ſũt i cuſtodiã pri/
miſcrinio noie nicoſtrato. Ad quos pẽtes &
uxores cũ filiis & affinib⁹ aduenerũt:q la/
chrymoſis precib⁹ aïos iuuenũ emollire ſa
tagebãt:quaten⁹ tpalẽ euadẽtes mortẽ p̃ce/
ptis ipialib⁹ ꝯſentirẽt. Quos beatus ſebaſti
anus ſua p̃dicatiõe ad martyriũ aïauit. Qui
poſtq̃ zoe uxori nicoſtrati que dudũ muta
fuerat:loquẽdi facultatẽ reſtituit ipm nico/
ſtratũ cũ ꝯiuge & parentes marci & marcel
liani ad xp̃m ꝯuertit. Chromatiũ quoq; ur/
bis prefectũ cũ filio tyburtio ſua doctrina
ſalutifera ad fidem adduxit:ut hec oia dicta
ſunt ſupra in paſſione ſebaſtiani.xiii. cal.fe
bruarii:& dicent ifra i paſſione tyburtii.5.
idus auguſti. Sicq; factũ eſt ut diocletianus
chromatiũ urbis prefectũ dignitate priuatũ
i exiliũ mitteret:& fabianũ eidẽ ſurrogaret.
Qui marcũ & marcellianũ ſacrificare nolen
tes i carcerẽ dieb⁹ plurib⁹ uictos detinuit.
Demũ eductos ad ſtipitem ligari & eoꝝ pe
des acutis ꝯfigi iuſſit. Cũ ãt trãſiſſet un⁹dies
& una nox:& illi pſallẽtes xp̃m laudarẽt p̃/
cepit illos prefectus lanceis per latera tranſ
figi. Sicq; cũ corona martyrii ad ſiderea re/
gna migrarũt. Quoꝝ corpa xp̃iani occulte
noctu tollẽtes uia ardeatina ſepelierũt.14.
cal.iulii.

¶ De ſcis cyriaco & paula uir. mr̃. CXXV

CYriacus & paula uirgo apud hi
ſpanias i ciuitate malica marty/
riũ paſſi ſũt. Qui a paganis pro
xp̃i nois ꝯfeſſiõe uicti: poſt mul
ta eis illata tormenta lapidibus
obruti inter ſaxa celo aïas reddiderunt.14.
cal. iunii: ut habetur in martylogio adonis
ex datorio hieronymi ſumpto.

¶ De ſcis geruaſio & ꝓthaſio mr̃.CXXVI.

GEruaſius & ꝓthaſius fr̃es gemini
filii bti uitalis militiſ & beate ua
lerie apud mediolanũ ſub nerõe
ipatore paſſi ſũt. Hi eni p⁹marty
riũ pẽtũ de qb⁹ ſupra actũ eſt i
paſſione uitalis & ualerie.4.cal.maii:omnẽ
ſuam familiã liberãtes oẽſq; ſuas facultates
pauperib⁹ erogantes ſcõ nazario mr̃i dudũ
adheſerũt:qui oratorium ꝯſtruebat. Dehic
mediolanũ urbẽ propriã ẽgreſſi i uno ſe ce
naculo ꝯcluſerũt:& p.x.annos lectioni & o
rationi uacantes ãno.xi.ad martyriũ perue/
nerũt. Cũ eni comes aſtaſius ad bellũ tende
ret qđ ab arcomanis fuerat excitatum:& me
diolanũ igreſſus eſſet idoloꝝ põtifices eidẽ
occurerũt aſſerẽtes:ꝙ dii ſibi rñdere ꝯtẽne/
rent:nec belli ei uictoriã ꝯcederent niſi pri/
us geruaſius & ꝓthaſi⁹ imolarẽt. Continuo
igit tenentur:& a comite ſacrificare ſuaden
tur. Cui cũ geruaſius oïa idola ſurda & mu/
ta diceret:& ab oïpotẽti deo uictoriã exqrẽ
dam aſtrueret:iratus comes tã diu illũ plũ/
batis cedi fecit q̃ diu ſpiritũ exhalauit. Dei/
đ ꝓthaſiũ accerſiuit:eũq; ut ſacrificaret diiſ
admonuit. Recuſantẽ i equuleo ſuſpẽdi iuſ/
ſit. Deide depoitũ fuſtib⁹ cedi. Cũ aũt ꝓtha
ſi⁹ comitẽ miſum appellaret: & cecos ocu/
los cordis hr̃e diceret: ac xp̃m uoce publi/
ca proclamaret:iuſſit eũ aſtaſius capite ce/
di. Quoꝝ corpa philipp⁹ qdã ſuus xp̃i cũ
filio ſuo rapuit:& occulte i domo ſua i ar/
ca ſaxea ſepeliuit:libellũ quoq; eoꝝ ortum
& uitã & mr̃ium ꝯtinẽtẽ ꝯſcripſit:&ad capi
ta illoꝝ depoſuit. Paſſi ſũt aũt circa ãnum
dñi.57.13. cal. iulii. Horum corpa tpe bti

ambroſii epi reuelata ſũt. Cũ idẽ xpi ↄfeſſor in eccleſia ſcoꝝ naboris & felicis oraret: ita ut nec uigilaret apte: nec dormiret itegre appuerũt eidẽ duo iuuenes pulcherrimi ueſtib⁹ cãdidiſſis iduti: caligulis calciati: facie plucidi ſecũ manib⁹ extẽſis orãtes. Orãte ãt ãbroſio: ut ſi phãtaſma eẽt abſcederet: ſi aũt ueritas pleni⁹ appereret: ſimili mõ canẽte gallo: iteꝝ ſecũ orãtes uiſi ſunt. Tertia uero nocte defecto iã ieiuniis corpe nõ dormiẽti ſed ſtupẽti cũ tertia ſibi appuere pſona: q̃ ſimilis eẽ btõ paulo aplõ uidebat: ſm qđ in pictura ↄſpexerat: illiſq; tacẽtib⁹ aplũs ãbroſio reſerauit: ꝙ illi mr̃es xpi fuerãt: q oia pro xpo ↄtẽpſerãt: & xpm in paſſiõe imitati fuerãt: admonẽs ut i eo quo orabat loco. 12. pedib⁹ terrã effoderet: ibiq; eoꝝ corpa in arca marmorea iueniret: ad quoꝝ capita libellũ ↄſpiceret: eoꝝ ortũ: noĩa: uitã & mariu3 ↄtinẽtẽ. Cõuocatis igiť ambro⁹ uicinis epis terrã effodiũt: & ut ſupra ꝑmiſerat paul⁹: cũcta ſic eueniũt. Et licet ab eoꝝ paſſiõe pluſq̃ anni. 300. fluxiſſent: ita tñ eoꝝ corpa ſunt repta: ac ſi ipſa hora fuiſſent ibi poſita. Ex qbus etiã odor mirabilis fragrabat. Cec⁹ aũt qdã tãgens pheretꝝ lumẽ ↄtinuo recepit: & alii plures egri eoꝝ meritis curati ſunt. Quorũ corpa i matrice ipſi⁹ citatis eccleſia requieſcũt

De ſcõ urſicino mr̃e. CXXVII

VRſicin⁹ mr̃ apud rauẽnã paſſus ẽ tpe nerõis ĩpatoris ſub paulino ↄſulari. hic natiõe ligur⁹ arte medic⁹ fuit. Poſtq̃ aũt multoꝝ corpora ſanauit: ſub paulio ↄſulari arte hũana & aĩas uti xpian⁹ arte dĩna a iudice tẽt⁹ poſt multa ſupplicia decollari iuſſus eſt. Qui ut ſupra dictũ ẽ i paſſiõe ſci uitalis 4. cal. maii: cũ ad locũ paſſiõis duct⁹ eẽt: qui palme uocabulũ hẽbat: qa ibidẽ palma adhuc antiq̃ uigebat: gladiũ expauit: ſed eum beat⁹ uitalis ide ↄfortauit: ne ipſe q alios curare cõſueuerat: ſeipm eterne mortis iaculo uulneraret. Mox igiť urſicin⁹ de eo ꝙ formidauerat mortẽ: pniã3 egit: & đcollatõe3 itrepid⁹ ſuſcepit. Cui⁹ corp⁹ uitalis miles itra ipſã citatẽ ſepeliuit. 13. cal. iulii. Quod tñ poſtmodũ trãſlatũ fuit ad eccleſiã ſci ioãnis baptiſte: ubi & ꝓpriũ oratoriũ ſortit⁹ eſt. Deiñ poſt ãnos. 900. tpe othonis ſi impatoris ab honeſto archiepõ rauennate ad eccleſiã urſicinam leuatũ eſt: q̃ grece hagia anaſtaſis. i. ſancta reſurrectio dr̃.

De ſcõ romualdo abbate. CXXVIII

ROmuald⁹ abbas ordis camaldueñ fundator tpe othonis. 3. ĩpatoris claruit. Hic ex illuſtrib⁹ pẽtibus rauẽne ortus pr̃e ſgio duce adhuc adoleſcẽs licet carñis uitio pclitii⁹ exiſteret: tñ aliter deo deuot⁹ iã q̃ſi eremũ appetebat. Cũ autẽ pr̃ ꝓ quodã agro cũ uno ei⁹ ꝓpinquo litigaret: & romualdo pſente ipm occidiſſet. Iuuenis q̃ſi hõicidii cõſci⁹. 40. dieb⁹ pniam i claſſis mõaſterio pfecit. Inducebať aũt tunc ab uno ↄuerſo ut ordinẽ itraret: qđ hic facere ꝓmiſit ſi ſãctũ ſibi apollinarẽ oñderet. Et dũ ambob⁹ i eccleſia pnoctãtib⁹ ſcũs apolliaris de ſub altari bis exiẽs ei ſcđo appuiſſet: ille exiñ corp⁹ mr̃is ibidẽ iacere nullaten⁹ dubitauit. Et extũc cõſilio & ſuaſu honeſti archiepi raueñ oli abbatis claſſeñ monaſteriũ claſſis igreſſus triẽniũ ibi i uite ſcitate pegit: deinde abbatis licẽtia ad quendã eremitã marinũ noĩe: q i uenetie ptib⁹ degebat deuenit: & ſub eius diſcipulatu manere cepit: ab eodẽq; uite eremitice obſuãtiã ibibit: pſalteriũq; rudis multis uerberib⁹ pulſat⁹ didicit: triduo quoq; in ſeptimana mediã panis bucellã & pugillũ fabe cũ aqua guſtauit. Eodẽ tpe petr⁹ urſiolus dux uenetie q tyrãnice ducatũ obtinuerat: & i necẽ uitalis cãdiani eius pdeceſſoris fautor extiterat de ↄmiſſo penitẽs ↄſilio guarini abbatis de terra ſcã ad gallias redeũtis & ſcoꝝ marini & romualdi ducatui reſignauit: & aſſumpto ioãne gradenico ſecum i crimine ↄſocio cũ pdcis trib⁹ ſcis ad mõaſteriũ ſci michaelis in galliã deuenit: ubi inſimul habitabãt: ipſi oẽs eremiticã uitã ducentes. Ipſos aũt & fr̃es alios romuald⁹ i uirtutib⁹ & uite auſteritate pcellebat. Et terrã colẽtes de labore manuũ uictu3 querebãt. Ibiq; romuald⁹ multas diaboli tẽtamina ptulit: & deuicit: ſub cui⁹ magiſterio petr⁹ olim dux uiuere cepit: & qa tam ardue uite nõ fuerat aſſuet⁹: ei⁹ facultati magiſter pie ↄdeſcẽdebat. Miraculis autẽ maxis & ſtupẽdis hic ſcũs effulſit. Cũ. n. ruſtic⁹ familiaris dom⁹ romualdo ↄqueſt⁹ fuiſſet: ꝙ qdã diues uaccã ſibi rapuiſſet: & ſanctũ uaccã repetentẽ uir ille deriſiſſet: uaccãq; coctã cum aliis in ↄuiuio ederet: os ſubito in gutture raptoris trãſuertiť: & ille ↄtinuo ſuffocať. Comitẽ quẽdã noĩe olibanum de grauib⁹ criminib⁹ ſibi cõfeſſum: nõ ſolu3 ad pniam adduxit: ſed ẽt ad religionẽ incitauit. Audiẽs autẽ ꝙ pr̃ ei⁹ monach⁹ fact⁹ ad ſeculũ redire diſponeret: ad pr̃em ↄcitus iuit: eũq; in ſcõ ꝓpoſito ↄfirmauit: q poſt dies modicos in xpo quieuit. Romuald⁹ autẽ in pdio mõſterii claſſeñ pmãſit: ubi a demõib⁹ primo eum deterrentib⁹: deiñ grauiter cedẽtib⁹ diuti⁹ pulſat⁹: oẽs ipſos malignos ieſu inuocato noĩe effugauit Qui poſtmodum ſub diuerſoꝝ aĩalium & mõſtroꝝ formis terribilib⁹ appẽtes ipm cõturbabãt: ſed eoꝝ pſecutiões ſãct⁹ uir orõibus ſupabat. Ipſis autẽ diebus in loco q dr̃ balneũ mõaſteriu3 quoddã ſãcti michaelis ↄſtruxit: ſed a ſcõ apollinare monit⁹ ad ce

nobiuȝ ſuũ r̃greſſus ẽ. ¶ Poſt hec habitauit i palude comacleñ: & deinde in palude que peretũ dicit̃ longe a rauẽna q̃ſi milib⁹.xii. cũ diſcipulo guilelmo: ubi ignẽ q cellulã iflãmauerat orõne repẽte extixit. ¶ Poſt hec iuſſu ĩpatoris othonis.3.i claſſeñ abbatẽ electus dudũ renitẽs tandẽ coact⁹ acceptauit: ſed dũ fr̃es ad uotũ corrigere nõ ualeret corã rauẽne archiep̃o & ĩpator̃ officio reſignauit: quẽ uidelicet ĩpatorẽ tyburtinã citatem obſidẽtẽ repiẽs ad pacẽ & ꝯcordiã cũ tyburtinis reduxit: eo ꝙ ip̃m ĩpator reuerẽtie gereret: ubi ẽt thamũ quẽdã nobilẽ: & bõifacium uiꝝ clariſſimũ ĩpatoris ꝓpinquũ teutonicos ad p̃niaȝ ꝯuertit: & mõachos effectos ſecũ deduxit: & ad peretũ rediit. Qui uidelicet bonifaci⁹ poſtmodũ archiep̃s & martyr fuit. De quo ſupra actũ ẽ iuxta aliũ ei⁹ nõis ſcũm noñ iunii. ¶ P⁹ hec inũeris fr̃ib⁹ ꝯgregatis i multis locis ac citatib⁹ cellas extruxit: & camaldueñ eremitaꝝ ordinẽ i cohauit Ad cui⁹ iſtantiã otho ĩpator cenobiũ ſci alberti edificauit: & p̃diis large dotauit. Et cũ otho ad uitã mõaſticã aſſumẽdã diſponeret poſtq̃ uadẽs romã iñ rediſſet ſanctũ ip̃m nũq̃ reuerſuꝝ p̃dixit: & ut p̃dixerat ſic euenit. Deinde apud parẽtiũ .3. mõaſteria fũdauit: ubi dudũ manẽs ip̃m dĩna pietas ad ſũme p̃fectiõis apicẽ ꝓuexit. Ibiq; ordinẽ deo uiuẽdi fr̃ib⁹ ſuis circũquaq; poſitis ſp̃u dei docẽte dictauit & miſit. Inde diſcedẽs nauẽ intrauit tẽpeſtatẽq; maris grauiſſimã cũctis iam piclitãtib⁹ & de ſalute deſp̃atib⁹ ſua oratione ſedauit: ueniẽſq; ad biſurcũ mõaſterium eoꝝ uitã aliq̃tulũ laxataȝ ad ardua & utilia ducer̃ curauit. ¶ Poſt hec i camertino ſolo cenobiũ nobile ꝯſtruxit: i eiſdẽq; ptib⁹ mõaſteriũ puellaꝝ ꝯdidit. Deinde i regiõe urbis ueteris aliud mõaſteriũ fabricauit: & multos mõachos ꝯſtituit. In quo fili⁹ guidõis comitis longo tempore in ſancto ꝓpoſito uixit: & carnis ſoluto debito miraculis claruit. Inter que cecũ illumiauit. ¶ Deĩde romualdus audiẽs ꝙ bõifacius ei⁹ diſcipul⁹ martyriũ paſſus eẽt: paſſiõis deſiderio fragrans cũ.26.ex fr̃ib⁹ ſuis uſq; pãnoniã prexit: ſed ibi lãgore pcuſſus uolũtate dei ꝯpulſus plures nobiles mõachos acq̃ſitos rediẽs ſecum adduxit: & ad mõaſteriũ urbis ueteris remeauit: ubi multas p̃ſecutiões a ſuis fr̃ib⁹ ptulit. Inde diſcedẽs apud caſtrũ maximianum mõaſteriũ aliud fundauit. Et inde p claſſeñ locũ parẽtiũ nauigauit. Reuocat⁹ aũt p nũciũ apoſtolice ſedis ad italiam repedauit: ueniẽſq; ad mõtẽ caleñ & petranũ i utroq; cellas erexit: lociſq; plurib⁹ pagratis p uallẽȝ de caſtro & mõtẽ apẽninũ i loco q dr̃ aqua bella locũ aliũ ꝯſtruxit: ubi & quẽdã p̃ſbyteꝝ a dolore dẽtium grauiſſimo liberauit.

¶ Cũ aũt apud camaldueñ mõaſterium qd ip̃e tũc caput ordinis ꝯſtrui faciebat: fagus maxĩa i edificiũ cederet: dubitãtib⁹ cũctis ne fagus inciſa cellã oprimeret: orãtibuſq; ſcũm ut ex cella abiẽs p̃iculũ euitaret: ip̃e inde diſcedere noluit: ſed ruẽtẽ arborẽ uerſus cellã ſigno crucis aliorſũ cõtra naturã cadere coegit. ¶ Ilex quoq; nimie magnitudis in ip̃o ope p̃cidit̃: qua p mõtis deuexũ coruente raptus ab ea ruſtic⁹ ad iferiora rotat̃: Sãctũq; iuocãs i mõtis radice icolumis iuẽit̃. Deiñ uẽit ad mõtẽ ſutrii: ubi celebrãs i extaſim rapit̃: & ſp̃us exponẽdi pſalmos tũc ſibi diuinit⁹ infũdit̃: ubi p ſeptẽniũ ꝯtinuũ ſilẽtiũ nunq̃ ſoluit: & multa miracula oñdit. ¶ Fr̃em gregoriũ ſolũmõ inſufflãs a dolor̃ capitis ſanauit: & a ſcabie ulceroſa ter ip̃m aqua ſola pfundẽs mũdauit. ¶ Viꝝ aliũ deo ſculãs ab inſania capitis liberauit. Sp̃m p̃pheticũ hr̃e i multis oñdit. ¶ Diſcip̃lȝ quẽ malign⁹ iuaſerat ſp̃s ob id ſolũ qa eo abſẽte nõ petita licẽtia lectũ ei⁹ abſcẽderat ab inſeſtatione eripuit. ¶ Vxorẽ cuiuſdã que uiꝝ: quẽ ſcũs ꝯuerterat: ab igreſſu ordinis ꝓhibebat: porrecta ei buccella panis benedicti a deo pacauit: ꝙ uiꝝ exinde in pace dimiſit. Pueꝝ aliũ a demõe uexatum oblato ei pane bñdicto liberauit. ¶ Poſthec ab hẽrico ĩpatore de ultra mari reuertẽte locũ mõaſterii ꝯſtruẽdi in mõte amiato ut petiit ĩpetrauit: ubi mõachos multos fecit. ¶ Reuer ſ⁹ ſutrĩ dũ piſcib⁹ ꝓ ei⁹ aduẽtu carerẽt: qdã fr̃ i ſtagno puiſſimo ubi nunq̃ piſcis uiſus fuerat hamũ miſit: & piſcẽ mox adeo magnũ cepit ꝙ ip̃o die cũctis ad eſum ſuffecit: p ãnos.20 obitum ſuũ & locũ finis ſui per ſp̃m fr̃ib⁹ p̃dixit. Et ueniẽs ad mõaſterium uallis de caſtro egrotare cepit: & ad extrẽa deueniẽs ſũpto uiarico e carne migrauit.xiii.cal.iulii etatis ſue exactis ãnis.120. Ex qb⁹.20.ꝯſumpſit i ſeculo.iii. in monaſterio claſſis. Reliquos i erẽitico ꝓpoſito. Sep̃ltuſq; iacet i ualle decaſtro: ubi & copioſe miraculiſ fulget.

¶ De ſcis ioãne & benedicto mr̃. CXXIX.

IOãnes & benedict⁹ mr̃es monachi camaldueñ ordis fuerunt & diſcipuli romualdi. Qui iuſſu othonis ĩperatoris ab eodẽ abbate ad buſcalũ regẽ ad p̃dicandũ miſſi ſunt: eo ꝙ ip̃ſe p̃dicatores fidei ſibi petierat deſtinari. Quos idem rex in eremo aliquo tp̃e ſubſtentauit: donec linguã ſclauonicã didicerunt. Qui p̃dicãtes regem ꝯuerterunt & baptizaur̃t. Quos rex rogauit: ut pape pluria dona deferrent: & ſibi coronã ꝯſecratã de manu põtificis apportarent. Quod illi recuſãtes facere: dicenteſq; ſibi ſcularia negocia tractãda omnino nõ licere: ad cellã reuerſi ſunt. Sed qbuſdã q regis uotũ agnc

uerant: putātibꝰ ꝙ magnā auri ſummā ſecū
hērent:inſecuti i cella eoꝝ ſunt iugulati : &
theſauro reqſito:nihil ab eis inuētū eſt.Tūc
illi facinꝰ palliare uolētes cellā icenderunt:
ut ꝯbuſtis corpibꝰ ipſi inoxii crederent̄.Sȝ
dei uirtute cella ꝯbuſta corpa oīno itacta ꝑ
māſerunt.Ipſi uero fugere uolētes:ſe iñ mo
uere nullatenꝰ potuerūt.Vbi uero ſcōꝝ iace
bāt cadauera:nocte appebat lux imenſa : &
angeloꝝ audiebat̄ cātilena.Rex uero hec au
diens ad locū acceſſit:& occiſores adhuc ibi
inuētos cepit. Dū āt cogitaret q̄liter eos pu
niret:ad ſepulchra martyꝝ uinciri iubet: ut
ſi eos deꝰ puniri uellet:in uinculis miſerabi
liter deficerēt.Sin aliter ſcīs mr̄ibꝰ placeret:
eos mirabiliter abſoluerent. Ducti ergo ad
tumulum dei uirtute fractis nexibꝰ abſoluti
ſunt:& penitentes uitā eremiticā duxerunt.
Rex quoqȝ ſup ſcōꝝ corpora baſilicā edifi/
cauit:& ex ꝓpriis bonis dotauit:ubi eoꝝ ſer
uant̄ corpora miris redolentia ſignis.

¶De ſancto nouato diſcipulo. CXXX

NOuatꝰ diſcipulꝰ fuit illuſtriſſimi
generis urbis rome pudentis di/
ſcipuli pauli apoſtoli filiꝰ & fr̄ ti
mothei p̄bri:quoꝝ ſorores fuer̄t
ſcā potētiana : de q̄ ſupra actū ē
4.cal.iunii:& praxedis de q̄ infra dicet̄.12.
al.auguſti.Hic cū p̄re pudēte multos pau/
eres xp̄ianos in domo ſua refouebat . Qui
o uiuente adhuc ꝑ mēſes plurios egritudīe
alida detētꝰ a btō papa pio familiariter ui/
itatꝰ & ab eodē ꝯfortatꝰ:dinis ab eo pceptis
cramentis poſt dies.13.eo p̄ſente i pace qe/
it.12.cal.iulii.Sepultꝰ in paterno tumulo:
bi poſtmodū pr̄ cum ſororibꝰ ꝯditi ſunt.

De ſcō ſiluerio papa & marty. CXXXI

SIluerius papa & mr̄ natiōe cāpa
nus ex p̄re hormiſda pōtifice ro/
mano agapito prio pape i ep̄atu
urbis ſucceſſit:& ſedit annū unū
mēſes.5.Hic primꝰ poſt bti ſilue
ri tpa ſine ipali aſſēſu gothoꝝ manu ē ſub
matꝰ ep̄s.Theodatꝰ ſiqdē gothoꝝ rex tunc
ome degens:talē idixit clero timorem:ut q
ō ꝯſentiret electiōi eiꝰ:gladio pūiret̄.Hūc
heodora auguſta uxor iuſtini impatoris ro/
auit ꝑ artemio p̄triarcha heretico ab eiꝰ p̄/
eceſſore depoſito:ut eū reſtitueret dignita/
.Qui noluit ꝯſentire.Quapropter idigna/
auguſta miſit ꝑ uigiliū archidiaconū ro/
anuȝ:quē ꝯſtantinopolim papa ꝑ legatiōe
iſat:ad beliſariū patriciū in italia ꝯſiſtēte
t cōtra papā occaſionē iueniret:q̄tenus de
atu deponeretur.Qui teſtes falſos ſubdu/
t:ꝙ ſilueriꝰ regi gothoꝝ ſcripſiſſet: q̄tenꝰ
l portā aſinariā lateraneñ romā ueniret:&
bi beliſariū patricium traderet.Qua de re
atriciꝰ eū depoſuit:& uigiliꝰ archidiaconꝰ
ip̄m ueſte monaſtica induit:& iubēte beliſa/
rio i pōtianas ad exilium deſtinauit: ubi pa/
ne tribulatiōis & aqua anguſtie ſubſtentatꝰ
poſt dies aliquot deficiens ibidē mortuꝰ eſt:
& ſepultus mr̄io coronatus.12.cal.iulii:ubi
multitudo male hn̄tium ſalui facti ſunt.Hic
fecit ordinatione unā ꝑ mēſē decēbr̄.p̄ſbr̄os
13.diacones.5.ep̄os ꝑ diuerſa loca nūero.30
Et ceſſauit ep̄atꝰ dies.xi.cui uigiliꝰ eiꝰ archi/
diaconꝰ q ip̄m relegauerat i ep̄atu ſucceſſit.

¶De ſancto albano martyre. CXXXII

ALbanꝰ mr̄:ut ait beda prio libro
hiſtorie angloꝝ:paſſus eſt in bri
tānia tpe diocletiani & maximia/
ni impatoꝝ.Qui dum adhuc pa
ganꝰ eēt:& clericū quēdā xp̄ianū
pſecutores fugientē in fidem ſuā hoſpitio ſu
ſcepiſſet pietate ſola ꝑmotꝰ:eiꝰ uite & exem
plo ſciſqȝ monitis factꝰ eſt xp̄ianꝰ.Cū aūt gē
tiles clericū: q ad ſe ꝯfugerat:quererēt.Al/
banuſqȝ ſeip̄m ꝑ magiſtro & hoſpite obtuliſ
ſet:ab eiſdē captꝰ & ad iudicē ductꝰ ē.Dūqȝ
xp̄m ꝯfiteri nō timuiſſet:diutiſſime ceſus de
collari iubet̄.Quē populo p̄dilectū ad mar
tyriuȝ acccedentē ſecuta ē pene tota ciuitas:
ponteqȝ fluis occupauit : qua tranſire debe/
bat:ut ſic eiꝰ mortem retardarent:uel totali
ter ipugnarent.Sanctꝰ uero deſiderio paſſio
nis accēſus orauit:moxqȝ aqua flumis ſubſti
tit:& ipſe ꝑ ſiccū alueū una cum pſecutori/
bus tranſiuit.Quo uiſo miraculo miles qui
ip̄m decollare debebat ꝯuerſus eſt. Albanꝰ
uero montē trās flumen poſitū aſcendens o/
ratiōe fuſa fontē de petra ꝓduxit: q ibidem i
teſtimoniū eiꝰ martyrii uſqȝ in p̄ſens manat:
Ibi igit̄ una cū ꝯuerſo ✝ milite decollatꝰ ē.
Sed illo i terrā cadēte oculi pcuſſoris de eiꝰ
capite piter ceciderunt.Sepultꝰ eſt aūt i ciui
tate uerilanio:que ab anglis dr̄ uerlonia ſeu
uerlingaceſter.Poſt cuiꝰ martyriū paſſi ſūt
aaron & iulius legionum urbis ciues & alii
plures utriuſqȝ ſexꝰ conuerſi ad deum ꝓpter
miracula i eius paſſione oſtenſa : qui paſſus
eſt.xi.calen.iulii.

¶De ſanctis albano epiſcopo & ſociis mar/
tyribus. CXXXIII

ALbanꝰ ep̄s & urſus clericꝰ mar̄es
cōites fuerūt ſci theoniſti ep̄i: ut
iſra dicet̄ i eiꝰ paſſiōe.10.calē.de
cembris.Qui cū eodem & diſci/
pulis eiꝰ tabra & tabrata a philippēſibꝰ iſu/
la nauſia egreſſi romā ſecū acceſſer̄t:& orō/
ne facta mediolanū abierunt:ſuſcepti hono
rifice a ſcō ambroſio ep̄o & theodoſio impa
tore tunc ibi degente.Inde ad gallias p̄dicā/
do tranſeūtes: dū auguſtā ciuitatē deueniſ/
ſent.Scūs ✝ urſus a paganis ꝯphenſus per
multa tormentoꝝ genera martyriū paſſus ē
Theoniſtꝰ uero cū albano tabra & tabrata

diſcipulis ſuis uenit ad regē roſimūdum: q̄ eos miſit ad paulinum epm̄ treuereñ. Indeq; nauigio magūtiam adierūt: ubi dū p̄dicaret alban⁹ a gētilib⁹ tentus & flagellat⁹. Nouiſſime gladio ceſus ē. Hoꝝ duoꝝ mr̄ꝝ corpa ad ꝓuinciā uenetie trāſlata i loco qui dicit buranū iuxta mare ſitū torcellaneñ dioce. tumulata ꝑuant. Ibiq; & corpus iacet tertii mr̄is ✠ dominici mōachi: q̄ q̄uis i iſtoꝝ paſſione nō repiatur ſpecialiter noiatus: ab icolis tñ ipius loci conſoci⁹ albani & urſi fuiſſe dicitur: & cū eiſdē pro xp̄i noie credit mr̄io coronat⁹. Paſſio hoꝝ mr̄ꝝ ibidē agitur .xi. cal. iulii.

¶ De ſcō euſebio epo ceſarieñ. CXXXIIII

nicam etiam a ꝯditione primi hominis iuxta
diuina℞ ſcripturarū fide3:uſq; ad mortē ua
lētiani auguſti:& captam a genſerico urbem
ꝯpoſuiſſe fertur. Librum aduerſus opuſcu
la caſſiani ſupreſſo nomine cudit . Epiſtol
leonis pape aduerſum eutycetem de natur
xp̄i & icarnatione ab hoc notate creduntur
Librū epigrāmatum ex dictis auguſtini pt
proſa ptī3 metro exarauit.Ad iulianū uolu
mē de uita cōtemplatiua i tres libros digeſ
ſit.Et alia plura ꝯpilauit.

¶De ſcō gallicano martyre. VIII

GAllican⁹ martyr apud alexādri
tp̄e iuliani apoſtate paſſus ē.Hic
enim ſub ꝯſtantino magno impe
ratore rōmāi exercitus dux fuit
Cū aūt gēs ſcytha℞ daciā & thr
ciam occuparent:& gallicanus dux gentili
contra gentem predictam mitti deberet:cō
ſtantiā conſtantini filiā ſibi pro mercede la
boris in uxorē petebat:qđ etiam romani pri
cipes plurimū fieri poſtulabāt . Pater aut
plurimū triſtabatur ſciēs filiam ſuā a bea
ta agnete ſanatā ut dictū eſt ſupra in eius le
genda.v.cal.februarii in uirginitatis prop
ſito poſitam facilius occidi poſſe q̄ ad ꝯſen
ſum inclinari. uirgo tñ de dño ꝯfidēs patri
ſuaſit ut eam ſibi ſpōdeat cū uictor redibit
ue℞tamē duas filias ſuas atticā & artemia
quas ex coniuge defūcta ſuſceperat ip̄e ga
licanus ſecum manere permitteret:ut p ea
mores & uotū pr̄is ſcire poſſet: & ip̄a duo
prepoſitos ſuos germanos eunuchos ioāne
& paulum ſibi concederet:i ſpecie quaſi ma
ioris firmitatis : rogans deū ut ip̄m & filia
ad xp̄m conuerteret. Que oīa cū eēnt impl
ta gallicanus aſſumptis ioāne & paulo & c
pioſo exercitu ꝓficiſcit :ſed tñ a ſcytha℞ g
te eiūs exercitus frangitur : & in urbe thra
cia℞ ab hoſtibus obſidetur . Cui ioannes &
paulus dixerunt: ut uotū deo celi faceret &
ꝓcul dubio uictor eſſet.Quod cu3 feciſſet
ſtatim iuuenis ferens crucem ſibi appuit &
ut ſumens gladiū ſe ſequeretur admonuit
Quē ille accipiens per media caſtra iuit : &
ad regem uſq; deueniens nullum occiden
ſolo timore precedntis uniuerſos hoſte
ſubiugauit : & romanis tributarios fecit
Duoque milites armati eidem apparentes
eum hincinde confirmabāt.Fcūs ergo xp̄i
nus romā rediit : & apoſtolo℞ mox baſili
cas uiſitauit.Rogauit aūt auguſtum ut ſib
indulgeret:ſi filiam ſuam minime deſponſa
ret:eo ꝙ decetero xp̄o continēs uiuere pro
poſuiſſet.Quod dum cōſtantino plurimum
placuiſſet & due filie gallicani & conſtanti
uirginē conuerſe fuiſſent:ſecumq; in mona

ſterio btē agnetis pmanerent. Ipſe gallican⁹
ducatui ceſſit:& qnq; milia ſeruoꝝ ſuoꝝ ma
numiſit:oiaq; paupib⁹ tribuens:xpo cū qui/
buſdā ſuis dei in pauptate ſeruiuit:multaq;
miracula faciebat:ita ut ſolo iuſſu demones
ab obſeſſis corporib⁹ effugaret. Huius ſacre
opionis fama in toto orbe terraꝝ intantū ex/
creuit:ut ab oriēte & occidente uenietes:ui/
derēt uiꝝ ex patricio & ꝯſule lauantē pedes
paupeꝝ:ponentē mēſam:aquā manib⁹ effun
dentē:languētib⁹ ſolicite miniſtrantē:& cete
ra ſuitutis officia exhibētē. Perſeuerauit āt
gallican⁹ in ſcis huiuſmōi pietatis opib⁹ uſq;
ad tēpora iuliani impatoris:qui cū impium
ſublimat⁹ xpianos pſequeret: miſit ad oſtiā
ciuitatē:ubi gallican⁹ degebat:ut titulos fi/
ſcales domib⁹ ab eo in ſubſidiū paupeꝝ fa/
bricatis iponeret. Sed cū oēs exactores illuc
accedentes a demonio uexarent:mādauit iu
lian⁹:ut aut diis imolaret: aut exinde diſce/
deret. Tāto eni uiro nō audebat mortē infer
e. Ille igit alexandriā prexit:& per annū in
eremo cū ſcis ꝯfeſſorib⁹ habitauit:Deinde tē
us a comite raucino cum ſacrificare cōtem/
neret:tranſfix⁹ i corpore gladio martyrii co
onam percepit. 7. cal. iulii:alexandrieq; tu
mulatus iacet in eccleſia ei⁹ nomi fabricata.

¶De ſcis ioanne & paulo mrībus. IX

IOannes & paul⁹ mrēs rome paſ/
ſi ſunt ſub impatore apoſtata iu
liano:Quoꝝ prior ꝑpoſitus:ſe/
cūdus primiceri⁹ fuit ꝯſtantie cō
ſtantini filie uirginis:ut ſupi⁹ di/
ctū eſt in paſſiōe gallicani mrīs. 7. calē. iulii
ulian⁹ uero impator capt⁹ cupiditate ſacri
ega auaritiā ſuam euāgelii teſtimonio colo
abat. Nā facultates xpiāis auferēs dicebat:
ꝙ xps in euāgelio docuerat:ut niſi q renun
iauerit oibus que poſſidet : non pōt chriſti
ſſe diſcipul⁹. Audiens aūt:ꝙ ioānes & pau
us ex opibus quas ꝯſtantia uirgo relique/
at:xpianos paupes ſuſtentarent: mandauit
is:ut ſicut cōſtantino ita quoq; & ſibi adhe
ere deberent:Qui rñderunt:ꝙ ꝯſtantino &
ſtanti impatorib⁹ uti xpianis adheſerāt:eiſ
emq; in palatio famulati fuerāt. Iuliano āt
ti apoſtate: & qui religionē plenā uirtuti
us reliquerat:penit⁹ obedire ꝯtemnebant.
t impator ſe clericatū in eccleſia obtinuiſ
e iactabat:ſed ꝯſiderans uanū eſſe inertiā &
cium ſectari:relicto clericatu militie aium
ederat diis ſacrificādo : quoꝝ ſuffragiis ad
npii apicē puenerat: unde & ioanni & pau
o. io. dieꝝ inducias ꝯcedebat: ut ſi ifra ipm
rminū a xpi cultura nō diſcederent: & mi
tiam ſuā reaſſumere recuſarēt:coacti poſt
odū facerent:quod ſponte facere nō cura
ant. Cui ſci dixerunt: ut iā. x. dies ꝑteriſſe
xiſtimans ꝯtinuo faceret:quod poſt. x. dies
facere minabat. Quib⁹ ipator aſſuit:ꝙ eos
poſt dictū terminū:nō ut mrēs:ſ3 ut hoſtes
publicos puniret. Tūc ioānes & paul⁹ p totos
x. dies elemoſynis iſiſtebāt:& oīa ſua inopi
bus erogabāt. Decima aūt die miſſus eſt ad
eos terrentian⁹ cāpi ductor ab impatore ho
ra cenandi:qui ingreſſus iuenit eos orantes:
obtulitq; eis ex pte iuliani impatoris aureā
ſtatuunculā iouis:ut ei thura incēderent:ali
oquin gladio ſimul pirent. Qui cū ſe nullu3
aliū dñm hēre niſi xpm dicerent:hora tertia
noctis tranſacta: ſicut illi indictū fuerat: ut
ſine ſtrepitu puniret: eos ambos decollauit
intra domū ipſoꝝ. Fecitq; fieri foueā:& eoꝝ
corpora in ipſa domo iuoluta reponi:faciēs
famā:ꝙ in exiliū miſſi eēnt. Demones aūt ex
obſeſſis corporib⁹ intra domū ioānis & pau
li eiiciebant: ꝯfitentes ſanctā paſſionē eorū.
Poſt hec fili⁹ terrentiani a demōe rapit:& i/
tra ipſam domū clamare cepit:ꝙ a ſcis mar/
tyrib⁹ ureret. Quod uidens terrentianus:ad
locū accedens:orāſq; cū lachrymis peccatū
ſuū ꝯfitet:& fili⁹ ei⁹ mox a demone liberat:
ac una cū patre ꝯuerſus ad xpm baptizat:q
terrentianus ſcripſit ſanctoꝝ martyꝝ paſſio
nē:qui paſſi ſunt. 6. calē. iulii āno dñi. 365.

¶De ſancto uigilio epo & martyre. X

Vigilius eps tridentin⁹ & martyr
natiōe roman⁹ a puero xpianus
liberalibus ſtudiis athenis edo/
ctus : cū maxentia matre nobili
& cū filiis ſuis claudiano & maio
riano ad ciuitatē tridentū deuenit:deo ſerui
ens & miraculis clarens:ubi aſterio tridenti
no epo defuncto:ipſe a populo cū eēt ānoꝝ
xx. quis dudū renuens in pōtificē elect⁹ eſt.
Qui oēm populū ciuitatis & dioceſis triden
tine adhuc maiori pte idolis deditū ad xpm
ꝯuertit:pdicationis gr̄a ꝯtinue circuiēs par
tes illas:q etiā de licētia epoꝝ brixieñ & ue
roneñ in eoꝝ dioceſibus pdicans:multos ab
idoloꝝ cultu eripuit. Et ſiſinniū:martyriū:
& alexandꝝ mrēs ipdicatiōe ſocios & coad
iutores habuit:de qbus ſupra i eoꝝ paſſiōe
actū eſt. 4. calen. iunii : Quoꝝ etiā corpora
apud uallemānonis p xpo paſſoꝝ tridentu3
tranſuecta ſepeliuit:& ipſoꝝ aīas celos aſcē
dere ꝯſpexit. Cū in uno ſolo ei⁹ epatus loco
in mōtanis ſito:noie radēna gentilitatis ueſti
gia remāſiſſent : & ipſe cū miliano pſbro &
fratrib⁹ ſuis claudiano & maioriano chriſtū
ibidē pdicaſſet:ac etiā ſaturni idolū euertiſ/
ſet:trāſiens fluuiū ſarca p quē benac⁹ deflu/
it:a ruſticano uulgo i eū furente inſecut⁹:ac
lapidib⁹ ſolus ipſe obrutus ē:ſociis ſine leſi/
one dimiſſis:cuius corp⁹ ad eccleſiā ſuā de/
latum eſt:ac in eccleſia martyꝝ geruaſii &
pthaſii:quā ipſe edificauerat tumulatū:uo/
cabulo ipſi⁹ eccleſie i noie ſci uigilii mutato

In cuius ſepultura & demones effugati ſũt: & diuerſis langorib⁹ egri curati. Sed & brixiēſes qdā de ei⁹ collecto ſanguine ptē brixiā detulerũt i cui⁹ uirtute plurima fuerũt oſtēſa miracula. Claruit i epatu ānis. 20. Imperātibus gratiano & ualētiano: honorio & theodoſio magno principib⁹: & paſſus ē. vi. cal. iulii. Hic ad ſimpliciũ quēdam i laudeȝ mr̄m ſcripſit librũ. Itē epiſtolā eorum geſta ſupplicia & funera ſuo tpe apd barbaros cō tinētem. Itē ad ioānem chryſoſtomũ epiſtolā pdictoꝝ mr̄m ſiſinnii: martyrii & alexandri paſſionem explicātem.

¶ De ſcō uigilio alio epo & martyre. XI.

Vigili⁹ epus antiſiodoreñ. paſſus eſt tpe ꝯſtantini iunioris. Hic in ipo epatu ſedit annis. 25. Edificauitq; de facultatib⁹ ꝓpriis ac dotauit eccleſiā dei genitricis extra muros i qua & ꝯuentũ mōachoꝝ & hoſpitale paupũ ꝯſtituit. Qui pp ſuā ſcitatē inimicis iuſtitie odioſus effect⁹ a baracone ſceneſcallo regis frācie: q ebronio regi ſci leodegarii occiſori i regno ſucceſſerat: in cocia ſilua ꝓpe ꝯpendiũ occiſus ē. vii. calē. iulii. Cũ aũt corp⁹ ei⁹ ad ſuā eccleſiā ueheret: & per ſenonas trāſitum habere ꝯtingeret: carceres illico diuinit⁹ ſunt reſerati: uinculis quoq; ac ꝯpedib⁹ ꝯfractis oēs ꝯcluſi & i ergaſtulis ibi iuxta detēti abſoluti ſunt: corp⁹ ſacrum uſq; antiſiodoꝝ comitantes.

¶ De ſcō uigilio papa & martyre. XII.

Vigilius papa & mr̄ natiōe romanus ex patre ioāne ꝯſule romano rũ ſiluerio pape i pōtificatu romano ſucceſſit: & ſedit annos. 17 menſes. 6. dies. 26. Hic cuȝ ſiluerii pape deceſſoris ſui archidiacon⁹ eſſet: & ad papatũ ābiens theodore auguſte fautor extitit: ut ſilueri⁹ papa a beliſario patricio de epatu eiect⁹ i exilium mitteret: ut ſupra dictũ ē in paſſiōe ſiluerii. 12. cal. iulii: unde & ſuaſu atq; auctoritate theodore ad papatum ꝓmotus eſt. Qui tñ poſt mortē ſiluerii de ꝯmiſſo pniam egit: & martyrio paſſus feliciter terminauit. ¶ Huius tprib⁹ apud cōſtātinopoli. v. ſynodus celebrat ſub iuſtiniano principe ꝯtra theodorā & oēs hereticos: q beatiſſimā mariā tātũ hominē & nō deuȝ genuiſſe affirmabāt. In qua ſynodo catholice ſtatutũ ē: ut beata maria ſemp uirgo theotheca diceret. i. matri dei & hōis ſaluatoris unde & ex hoc theodore exoſus effectus: ab eadē quēadmodũ & predeceſſor eius cōpulſus ē: ut artemiũ p̄iarchā ꝯſtantinopolitanum ab agapito pp hereſim de ſua ſede eiectũ ꝛuocaret: & i ſua ſede reſtitueret. Quod cũ facere abnuiſſet: ab eadē auguſta multas pſecutiōes paſſus dehic ꝯſtātinopoliȝ ad ductus & alapizat⁹ ē ac demũ de eccleſia ſcē ſophie: i quā ꝯfugerat extrahit: & miſſo fune i collo ei⁹ p totā urbē de mane uſq; ad ueſpā trahit. nouiſſime quoq; act⁹ i exiliũ morit. Corpuſq; ei⁹ i locello repoſitũ romā trāſfertur: & apud ſanctũ petrũ ſepelit. ¶ Hic cōſtituit miſſaȝ i eccleſia celebrari uerſus partē oriētalē: ut i xp̄i faciē ſacerdos itēdat: eo ꝙ xp̄s i cruce pēdēs uerſus occidētē aſpexit. Et ceſſauit eius epatus dies quinq;.

De ſcō uigilio confeſſore. XIII.

Vigilius ꝯfeſſor & diacon⁹ claruit tpe leōis primi ipatoris. Hic monachoꝝ regulā ex traditiōe ſcōꝝ patrum totius profeſſiōis monaſtice diſciplinā cōtinentē: que ad ꝑfectũ frm i ꝯuētu legit breuiatā lucido & apto ſmone ꝯſcripſit. Et apd urbē regiā cōſtātinopolitanā ſcitate pdit⁹ in pace diem extremum concluſit.

¶ De ſcō maxentio abbate. XIIII.

Maxētius abbas pictauieñ tpe clodouei regis frācoꝝ claruit. Qui inter cetera ipi⁹ ſcitatis oñſa miracula iuuenē a morte corpis ſuſcitauit. Aues ſilueſtres relicto nemore ad ipm manſuetius aduolabant: & de manu ei⁹ tritici grana & pāis fragmēta legebant. Sepi⁹ uiſitabat ab angelis: adeo ut cella ipius i modũ ſtellaꝝ ſplēdore frequētius uideret. Qui etiā pane ordeaceo ſolo & aq ꝯtētus ſepius celico pane ſibi miſtrato diuinitus reficiebat. Hic die quadā eſtiuo tpe ſitientib⁹ mōachis: & aqua i loco dc̄o carentib⁹ baculo terrā feriēs fontē ex humo ꝓduxit: ex quo lāguētes qq; potati ad pñs uſq; ſanant. ¶ Cũ aũt fräci cũ rege clodoueo cōtra gothos ad bellũ ꝓcederēt: uenientes ad mōaſteriũ ſci uiri: ut illud ſpoliarēt: & qdā ex illis abbatē ꝓ poſſe reſiſtētē gladio perimere uellet: gladiũq; ſup ei⁹ caput eleuaſſȝ: man⁹ cũ brachio i aere ſuſpēſa remāſit: quā nec deponere ualuit: & poſtmodũ ſe ipm dētib⁹ laniare cepit. Reliq uero excecant: & adeo mēte turbātur: ꝙ ſe mutuo cognoſcere nō ualebāt. Quod rex audiēs ad maxētiuȝ uenit: & ꝓ ſe ac ſuis ueniā petiit: cũctiſq; ipiſ liberationē mentis & corpis hũiliter ipetrauit. ¶ Cũ qdā cultor ſegetũ i meſſeȝ ſci manus iieciſſet: man⁹ ei⁹ ſubito ꝯtracta ē. Qui ueniēs ad uirũ dei ueniā de ꝯmiſſo poſtulauit: & ſanitatē reportauit. ¶ Mulieris cuiuſdā cui⁹ die dñico filia torquētis man⁹ inutiles facte fuerāt: ipm iuocantis manus ſubito reſanauit. Obitũ ſuũ longe ante pſciuit: & monachis ſuis predixit: & ut predixerat i pace quieuit uidelicet. vi. cal. iulii hora nona: ſepult⁹ in monaſterio ſuo pictauieñ.

¶ De ſcō creſcente diſcipulo. XV

CRescens diſcipul⁹ bti pauli apo/ſtoli fuit: qui prio in gallias trā/ſitū faciēs: uerbo ꝑdicatiōis mul tos ad fidē xp̄i ꝯuertit. Deinde re diens ad gentē: cui ſpēaliter ep̄s fuerat datus: uidelicet galatas uſq; ad bea/tum finē uite ſue in ope dn̄i populum ꝯforta uit: officio quoq; ꝑdicationis fideliter pacto in dn̄o qeuit. 5. calē. iulii: galatie ſepult⁹: ut dicit ado. & ex hieronymi martylogio.

¶De ſcis zoilo & ſociis ei⁹ m̄ribus. XVI

ZOilus m̄r cū aliis. 19. ſociis ſuis apud cordubam hiſpanie ꝑ xp̄i noie martyriū paſſus eſt. 5. calē. iulii. Cui⁹ qdē zoili corpus cum multo tp̄e ubi nā ſepultum fue/rat: latuiſſet: uenerabili ep̄o eiuſdē ciuitatis noie agapito ex dīna reuelatiōe manifeſtatū: & ab eodem repertum: atq; honore condecē ti collocatum eſt: hec ado.

¶De ſcō zoilo preſbytero. XVII

ZOilus p̄ſbr̄ aquileieñ fuit: q cū corp⁹ bti martyris chryſogoni & alioꝝ plurimoꝝ ꝑ xp̄o paſſoruꝫ ſepeliſſet: ut dr̄ infra in paſſione chryſogōi. 8. calē. decēbr̄. appa/rente ſibi btō chryſogono ꝑdicto: & eidem felicē ſuū obitum ꝑnunciāte: oi uite perfecti one ꝯſumata ad xp̄m migrauit. Sepultuſq; eſt in aqleienſi ciuitate.

¶De ſcō leone papa ſ̄o & ꝯfeſ. XVIII

LEo papa huius nois ſ̄s natiōe ſi/culus ex p̄re paulo agathoni pa pe in ep̄atu rōano ſucceſſit: ſedit q; annū unū menſes. x. dies. xvii. Hic fuit eloquentiſſim⁹: in dīnis ſcripturis ſufficiēter iſtruct⁹: greca latinaq; lingua eruditus: cātilena ac pſalmodia ꝑci/puus: & in eaꝝ ſenſib⁹ ſubtiliſſima exercita/tione ſublimatus: lingua quoq; ſcholaſticus & locutiōe polit⁹: exhortator oīum bonorū operꝝ: plebi florentiſſimā ſciam ingerebat: pauptatis amator: erga inopū ꝓuiſionē non ſolū mentis pietate: ſed etiā ſtudii ſui labo/re erat ſolicitus. ¶Hic ſuſcepit ſanctā ſextā ſynodū ꝯſtātinopoli celebratā ſub ꝯſtātino iuniore: cōdemnās ea: que ipſa dānauerat ſy nod⁹. Hic ꝯſtituit pacē dari in eccleſiis toti⁹ xp̄ianitatis fidelib⁹ poſt agn⁹dei. Conſtituit etiā: ut q ordinatus fuerit archiep̄s: nulla cō ſuetudīe pro uſu pallii aut diuerſis officiis aliqd eccleſie pſoluere debeat. ¶Quadā āt die dū pauperem leproſū ſuſceptū in ſuo le/ctulo collocaſſet: & cubiculū ſecreto clauſiſ ſet: poſtmodū rediens: & camerā aperiens: atq; paupem mime repiens: intellexit ſe xp̄ꝫ in pauperē ſuſcepiſſe. ¶Huic etiā cū ꝑ dies 40. ieiuniis & orōnibus ad altare bti petri apoſtoli pſeueraſſet: & ꝓ ſuoꝝ uenia crimi/num apoſtolū exoraſſet: beat⁹ petr⁹ apparēs dixit: oia ſua peccata a dn̄o fuiſſe dimiſſa: ꝓ/ter peccatū manus īpoſitionis: de quo ſolo ī morte ſua rōnem reddere oportebat: q die 4. calē. iulii in xp̄o feliciter obdormiuit: & ſepultus eſt ad ſanctū petꝝ apoſtolū. ¶Hic fecit ordinationē unā per menſē iunii: & or/dinauit p̄ſbr̄os. 9. diaconos. 3. ep̄os ꝑ diuer/ſa loca numero. 23. Et ceſſauit ep̄atus mēſes xi. & dies. xxii. ¶Hic de multis ſciētiis ꝯpo ſuit hiſtorias & cantus: & plura eccleſie uti/lia ſcripſit. Homelias declamatorias multas cōpoſuit. Decretales epiſtolas. 70. Sermōes ad populū. 80. unde & ſ̄molog⁹ dict⁹ eſt: ut dicit gēnadius de uiris illuſtribus.

¶De ſcō leone papa tertio. XIX

LEo papa huius nois terti⁹ natio ne roman⁹ ex patre azul pho: ha/driano prio pape in pontificatu rōano ſucceſſit. Et ſedit ānos. 20 mēſes. 5. dies. 16. Qui dū ad cape ſcendā ſedem apoſtolicā urbē intraret: audi te ſunt uoces angeloꝝ cōcinentiū: Dicit dn̄s Ego cogito cogitatiōes pacis ꝛc̄. Fuit aūt tē porib⁹ caroli magni primi ipatoris frācoꝝ. ¶Hic dū ꝑgeret in die ſci marci de laterāo ad letaniā maiorē apud ſanctū petꝝ pagēdā ex more: a romanis capt⁹ & erutis ſibi ocu/lis: linguaq; ꝑciſa nud⁹ ac ſemiuiuus in mo/naſteriū miſſus ē. Sed dn̄s oīpotens eidē mi/raculoſe & loquelā & uiſū reſtituit. Poſtea q; ꝑrexit ad carolū regē francoꝝ: a quo ho/norifice ſuſcept⁹ eſt. Et cū ei cūctā: que ſibi ꝯtigerant: itimaſſet: rex ꝑ nimio cordis do/lore fleuit. Statiq; legatos ſuos romā miſit: & leonē cū honore in ſedē ſuam reſtituit. Et poſt tp̄is ſpatiū cū carol⁹ de ſaxonia uictor rediſſet: romā uenit: ibiq; honorifice a clero & populo ſuſceptus ē. Cūq; de qbuſdā cri/minib⁹ pape obiectis inqſitionē feciſſet: & ni hil obiectoꝝ a calūniatoribus ꝓbari poſſet: pōtifex ipſe corā oī populo ad euangelia ſe purgauit. Et in die natalis domini carolum magnū impatorē rōanoꝝ coronauit: popu/lo ſibi laudes impiales ex more acclamāte. Sicq; impiū ab ea die ī francos trāſlatū ē ex ꝯſtitutione apoſtolice ſedis: filios quoq; ca/roli pipinū in lōgobardoꝝ: lodouicū equi/tanioꝝ: carolū uero ſaxonū reges inunxit. Poſt hec carol⁹ impator inimicos & calūnia tores pape: ut maieſtatis reos capite damna uit. Pro qb⁹ ſcūs pōtifex pio affectu apud i/peratorē iterceſſit. Nā & uita & mēbroꝝ ite gritas eis ꝯceſſa ē. Ceteꝝ ꝓ facinoris magni/tudine exilio ſunt deportati. Carol⁹ uero ad gallias regreſſus ē: de quo libro. xi. in eius ſpēali hiſtoria perageſ. ¶Hic pōtifex fecit porticū ſci petri: q adhuc ex ei⁹ noie dr̄ ciui tas leonina: & muro eā cinxit ꝓpter incurſū

ſaracenoꝝ.Et poſt alia opa uirtutū laudabi
lia in pace quieuit. Sepultus apud ſanctum
petrum.Et ceſſauit epiſcopatus dies.5.

¶De ſcō hyreneo epō & martyre. XX.

HYreneus epſ lugdunēſis policar
pi ſmyrneñ epi auditor:deinde
photini epi:q lugduneñ i gallia
regebat eccleſiā pſbyter fuit.Ei
deq; photino iā pene nonagena
rio martyriū paſſo i epatū ſucceſſit. Floruit
aūt tēporib⁹ eleutherii pape : & antonii pii
ueri & cōmodi ipatoꝝ.Hic etiam pſis extitit
ꝯcilio patrū celebrato apud ceſareā paleſti
ne:i quo ſtatutū ē:ut paſcha dñi die domini
co celebret obſuata luna.14. mēſis martii:
ut ait hugo floriaceñ. Qui etiā pſecutiōe ſe
ueri ipatoris cum oi fere ciuitatis ſue ✝ po
pulo ꝑ fidei ſacre cōfeſſione glorioſo marty
rio coronatus ē.Sepultuſq; ē a zacharia pre
ſbytero lugduñ i crypta ſci ioānis baptiſte
ſub altare.Cui ex utroq; latere adiacēt epi
podi⁹ & alexāder mr̄es.Paſſus ē aūt.4.cal.
iulii.¶Hic plurima egregia uolumia ꝯpila
uit.Scripſit nāq; ꝯtra hereſes libros.5.Item
aliud uolumē igēs & ꝯſpicuū ꝯtra gētiles.
Scripſit & libellū ad blaſcum de ſchiſmate.
Itē aliū ad florinū de monarchia: & ꝙ deus
nō ſit creator maloꝝ.Scripſit & libellū de
ogdoade.Itē de diſciplia ad martianū frē.
Itē de apoſtolica pdicatiōe.Itē librū uario
rū tractatuū.Dialogos etiā ſcripſiſſe dicit.
Ferūtur & alie ad uictorē romane urbis pō
tificē plures epiſtole : ſup queſtione paſche
die dñico celebrāde.Hec hier.de illuſtrib⁹.

De ſcis potamiena uirgine & ſociis mr.XXI

POtamiena uirgo cū matre mar
cella : ſciq; mr̄es ✝ plutarchus
✝ Serenus ✝ Heraclides He
ros ✝ Seronius & ✝ Baſilides:
cū aliis trib⁹:& uirgo quedā ca
tecumina ✝ Hera noie baptiſmū mr̄ii cōſe
cuti.Alexādrie paſſi ſūt.Inter quos pcipue
emicuit potamiena uirgo:que primo imen
ſos & inumeros agones ꝑ uirginitate deſu
dās:deide etiā ꝑ fide exquiſita & iaudita tor
mēta ppeſſa:tandē cū matre marcella igne
martyriū ꝯſumauit. Baſilides autē uirginis
carnifex:cū potamiena iā occiſa eū p uiſum
ꝯfortaſſet:eiq; coronā paſſiōis a deo deſtina
tam ipoſuiſſet:ꝯuerſus ad xpm capite ceſus
ē.Ceteri oēs diuerſis ſuppliciis laniati tādē
gladio mr̄ii palmā pceperūt.Hec i libro.vi
eccleſiaſtice hiſtorie.c.v.&.vi.hoꝝoiū paſ
ſio recolit.4.cal.iulii.

¶De ſcō petro apoſtolorum
principe. XXII.

PEtrus apoſtoloꝝ priceps & xpi
uicarius:alio nomie dict⁹ ſimon
bariona fili⁹ioānis frater andree
apoſtoli de ciuitate betſaida galilee a domi
no de piſcatiōe uocatus:& apoſtoloꝝ maior
effectus. Inter ceteros & ſup ceteros maio
ris feruoris extitit.Nā & ſcire domini pdito
rem uoluit:quē ut ait chryſoſtom⁹: ſi ſciuiſ
ſet dētibus trucidaſſet: Hic ſup mare ad do
minū ābulauit. Staterē i ore piſcis inuenit.
Claues regni celoꝝ a dño recepit. Solus in
ter apoſtolos:ut xpſ a iudeis captū defēde
ret:gladiū exemit. Paſcēdas oues a xpo ſu
ſcepit.Tria milia hominū i pria ſua predica
tiōe die pētecoſtes ꝯuertit.Claudū cū ioan
ne erexit:& tūc quinq; milia hominū ad fidē
pduxit.Ananie & ſaphire mortem predixit.
Eneā palyticū curauit.Corneliū baptizauit
Tabitam ſuſcitauit.Vmbra ſui corporis in
firmos ſanauit. Ab herode incarceratur: ſꝫ
ab angelo liberat. Hec ex euāgeliis & act.
apoſtoloꝝ.Cib⁹ aūt eius:ut ipe in libro cle
mētis teſtat: pāis ſolus cū oliuis & raro cū
olerib⁹ i uſu erat.Indumētū aūt tunica ſola
cū pallio.In ſinu quoq; ſemp ſudariū porta
bat:ad tergēdā iundātiā lachrymaꝝ:qſ me
morās dulcis magri pſentie ꝯtinere nō pote
rat.Ei⁹ geſta & paſſionē:marcellus ei⁹diſci
pulus & clemēs:ac leo ſūmi pōtifices ꝯſcri
pſerūt.¶Cum petrus duos diſcipulos ſuos
ad pdicādū miſiſſet:& ipi.20. dietas iniſſet:
unus illoꝝ defūctus ē.Quod cū petrus alte
ro ad ſe redeunte cognouiſſet:baculū ſuum
eidem tradidit: & ſuper corp⁹ defuncti po
nendum mādauit.Quod cū factū eēt: ille q
per dies.40. mortuus iacuerat: reſurrexit.
Hic dicit fuiſſe beatus martialis:uel ut ali
bi legit ſcūs ✝ fronto: q aūt defunctus fue
rat fuit pſbyter ✝ Georgi⁹. ¶Beat⁹igitur
apoſtolus poſtq̄ ſedē pontificalē.7. ānis an
tiochie tenuit ut dictū ē ſupra i prima cathe
dra ſci petri.xv.cal.februarii. Deinde hie
roſolymā uenit:& cū ſimone mago ꝯflictū
habuit.Nā ipe ſimon eo tpe erat i hieruſalē:
q ſe primā ueritatē dicebat: & ſibi credētes
ppetuos effici aſſebat:& nulla ſibi ipoſſibi
lia aſtruebat. Seipm aūt ut deū adorādum
ab omni mūdo pphetabat. Dicebat quoq;
ꝙ cū puer eēt: mater ipſius rachel noie eū
ut meteret ad agrū mittebat. Ipe uero falci
pcipiebat:ut per ſe meteret : & decuplo ce
teris p ſeipam metebat. Serpentes quoq;
eneos faciebat mouere:ſtatuas lapideas & li
neas ridere:& canes cantare: que oia demo
nū incantationib⁹ opabat. Hic ergo cū pe
tro diſputare ſtatuit:dieq; cōſtituta petrus i
trauit & pacē aſtantibus nunciauit. Simon
uero ſe ſua pace opus nō habere reſpondit
cū non ad pacem: ſed pugnā inſimul conue
niſſent.Econtra petrus ſimonē redarguit:q
pacem audire recuſauit:cū in diſputatiōib⁹
ueritas ad pacē captādā requirat.At ſimon

ſe deū & dei filiū aſſerebat:dicens ꝙ poterat ꝑ aera uolare:nouas arbores ꝑducere: lapides in panes ꝯuertere:in igne ſine leſiōe durare:& oīa ſibi placita ꝑficere. Cōtra hunc ergo petrꝰ diſputabat:& oīa eiꝰ maleficia detegebat.Tunc ſimon uidens:ꝙ petro nō poſſet reſiſtere:oēs libros artis magice:ne forte magꝰ ꝑderet:in mare ꝓiecit:& romā ut deꝰ ibi haberet:ꝑrexit.Ibiq; multū populū ſuis pſtigiis & apparentibꝰ ſignis ad ſe traxit: Quod ubi petrꝰ ꝯpit:ipm uſq; romā inſecutus eſt.❡Quarto igit anno claudii petrꝰromā applicuit: & ibidē.25.annis ſedit uſq; ad annum ultimū neronis ceſaris : duos quoq; epos linū & cletū ſibi coadiutores aſſūpſit: unū intra urbis menia alium extra.Ipſeq; ꝑdicationi inſiſtens multos ꝯuertebat:& infirmos q̄ plures curabat.Sed & caſtitatē multum cōmendās:q̄ttuor ꝯcubinas agrippe ꝑfecti ad xp̄m ꝯuertit:que ad ꝑfectū ulterius redire recuſabāt:unde agrippa iratus cōtra petꝝ occaſionē querebat.❡Poſt hec appuit dn̄s petro:& eidē ꝓnunciauit: ꝙ ſimō magꝰ & nero ceſar ꝯtra ipm cogitarēt:ſed eū hortatus ē:ne dubitaret:qa ſemp ſibi aſſiſteret: & ſolatiū coapoſtoli pauli in craſtinū urbē ntraturi eidē cōcederet.Dieq; ſequēti paulꝰ romā ingreſſus petro adheſit:& ſecū ꝑdicar cepit.Petrꝰquoq; ſciens ſe ꝓximū paſſiōi in ꝯuētu fratꝝ poſitꝰclemētē ſibi ſucceſſorē in pm ordinauit: & in cathedra loco ſui licet diu renitentē ſedere coegit.❡Simō autē magus in tantū a nerone amabat:ꝙ uite eius & ſalutis & totius urbis cuſtos putabat.Qua dam die ante ceſarē aſſiſtens:eiꝰeffigies ſubito mutabat:ut mō ſenior mō iunior appareret.Aliqñ dū in ꝯclaui cū nerone eēt: demō eiꝰ ſpecie foris ꝑplo loquebat.Qua ꝓpter nero ipm uere dei filiū exiſtimabat. Dixit ēt ſimon neroni:ut ſe decollari mādaret:& die tertia reſurgens:ſe uere dei filiū comprobaret.Quod cū fieret:ſpiculator putans ſe ſimonē decollare:arietem occidit.Simō uero arte magica triduo latuit : & arietis mēbra colligens abſcōdit:Sanguis aūt aīalis ꝯgelatus remāſit.Die aūt tertia ſe neroni oſtēdit: & ſurrexiſſe aſſeruit:ac ut ſanguinē ſuū abſtergi faceret impauit.Quod nero uidēs obſtupuit:& ipm ueꝝ deū exiſtimauit. Populus etiā eū reuerentes eidē ſtatuā erexerūt: & titulū eius nois ꝯſcripſerūt.Petrꝰ autē & paulus ad neronē introibant: & ſimōis fallacias ꝯfutabāt.Addditq; petrꝰ:ꝙ ſicut in xp̄o ſunt due ſubſtantie.ſ.hois & dei:ſic in ſimone hois & diaboli.Simon uero petro cōminabat:ꝙ angelis ſuis ꝑcipet:ut ſe de apoſtolo uindicarent.Petrꝰuero ſe eiꝰ angelos non timere reſpōdit.Et cū nero ſimonē habere neceſſitatē diceret:petrꝰdixit:ut ſi uere deꝰ eēt: diceret:q̄d petrꝰ cogitabat:& q̄d latēter ordinabat.& accedens ad aurē ceſaris ſecreto ei dixit:ut panē hordeaceum ſibi occulte deferri iuberet:quē ſibi oblatū petrus benedixit:& ſub manica abſcōdit:ac ſimonē:qui ſe deū dicebat:q̄d factū fuiſſet interrogauit.E cōtra ſimon dicebat:ut petrꝰ ꝓpalaret:quid ipſe ſimō in mēte reuolueret.Petrꝰ uero reſpondit:ꝙ cogitationē ſimonis ſe ſcire doceret:dū faceret:quod cogitaſſet.Iratus autē ſimon canes maxios aduocauit:ut petrū deuorarent.Qui cū mox uenientes in petꝝ ipetum feciſſent:ille panē benedictum eis obtulit:& ꝓtinus eos in fugā ꝯuertit. Sicq; petrꝰ quod ſimō cogitauerat:nō uerbis ſed factis ſe cognouiſſe docuit:dicens ꝙ qui ꝓmiſerat ꝯtra ſe angelos exhibituros canes exhibuerat:ut ſic oñderet:ſe angelos nō hēre dinos ſed caninos.Ex hac diſceptatiōe admodū ſimon ꝯfuſus eſt.❡ Poſt hec cū ſimō ſe iactaſſet:ꝙ poſſet defunctos ſuſcitare : & die q̄dā iuuenis mortuꝰad tumulū portaret : uocatis petro & ſimōe hāc oēs populi ſententiam firmauerūt:ut illū occiderent:q mortuū excitare nō poſſet.Tūc ſimon ſuis incantationibus fecit:ut caput mortui agitaret.Et cum oēs petꝝ lapidare uellēt: Apoſtolꝰ facto ſilētio dicebat:ut ſi defunctꝰuiueret:p ſeipm loqueret & ſurgeret.Alioqn ſimone a pheretro ſepato phantaſma diaboli appareret. Separo ergo ſimone a lectulo puer imobilis pmanſit. Petrꝰ etiā a longe ſtās orōne facta iuuenē ꝯfeſtim in xp̄i noie excitauit.Et cum populus ſimonē lapidare uellet:petrꝰ ꝓ eo interceſſit:& libeꝝ abire fecit.Tunc ſimō ad domū marcelli diſcipuli petri canem maximum alligauit:ut petꝝ ad diſcipulū ex more uenientē laceraret.Poſt modicū petrꝰuenit:& facto ſigno crucis canē exoluit.Canis aūt oībus blandiens ſolū ſimonē pſecutꝰ in ipm inſiluit:& ut ſibi apoſtolus iuſſerat corpus quidem eiꝰ nō leſit:ſed ueſtes totaliter lacerauit:populus aūt & pueri ſimul cū cane illū tāq̄ lupū ex urbe fugarunt.Cuiꝰ opprobrii pudorem nō ferens ſimon p annum nuſq̄ ꝯparuit.Poſt annū uero ad urbē rediens:iteꝝ in neronis gratiā receptꝰeſt.Qui& populū urbis ꝯuocauit:& ſe grauiter a galileis offenſū phibuit:& iō diē ſtatuit:quo mundū deſerens celū aſcenderet:qa non dignabat in terris ampliꝰhabitare.Igit die ſtatuta turrim excelſam ſibi de lignis a nerone fabricatā aſcēdit:& coronatus lauro uolare cepit.Apoſtoli autē ad inuicē ꝯdixerunt: ut paulꝰoraret:& petrꝰ imparet. Cū aūt nero ſimonē deū aſſereret: & apoſtolos ſeductores diceret.Paulus aūt petro ſuaderet:ut iā dn̄i iuſſa ꝑficeret:eo ꝙ xp̄s illos ad ſe uocaret.Petrꝰſurrexit: angelos ſathane per xp̄i

nomen adiurauit: ut ſimonē amplius nō ferrent: ſed ad terrā corruere ꝑmitterēt. Et continuo dimiſſus corruit: & fractus membris omnib⁹ expirauit. Nero aūt ſe talē uirum ꝑdidiſſe doluit: & apoſtolos detētos ī manib⁹ paulini uiri clariſſimi tradidit. Qui eos recluſit in cuſtodia mamertina ſub cura militum ꝓceſſi & martiniani: ubi ꝑ menſes .9. detenti ſunt: ubi etiā beatus apoſtol⁹ .49. milites ibidē detentos ꝯuertit: & fonte de petra ꝓducto baptizauit: ut ſupra dictū eſt ī eoꝝ paſſione pridie idus martii: ꝯuerſi ſunt etiā ad xp̄m: proceſſus & martinian⁹ ut dicetur ī eoꝝ paſſione .vi. nō iulii: unde & poſt menſes .9. carcerē aperuerunt & apoſtolos dimiſerunt. ¶ Petrus aūt multa fratrum īſtantia ex urbe diſceſſit: & cū ueniſſet ad portā: que nūc dicit̄ ſcā maria ad paſſus uia apia: uidit ſibi xp̄m occurrentem: & ait. Dn̄e quo uadis: qui reſpondit: uenio romā iteꝝ crucifigi. Statimq; dn̄s diſpuit: & eius adhuc ueſtigia marmori impreſſa cernuntur. Petrus igitur cum hoc de paſſione ſua dictum ītelligeret rediit. Et a miniſtris neronis captus ꝑfecto agrippe ꝑſentat̄: & facies eius ſicut ſol refulſit: paulus etiā ſimul cū eo captus eſt. Tunc iubente nerone agrippa ꝑfectus in eoſ ſniam tulit: ut ambo quidē more romāo prius flagellis cederentur. Deinde paulus: qui ciuis erat romanus: capite trūcaret̄. Petrus uero tanq̄ alienigena crucifigeretur. Qui dato ſibi pacis oſculo abinuicē ſepant̄. Paul⁹ decollatus eſt ad aquas ſalinas ī uia oſtieñ. Petrus aūt in uaticano naumachie iuxta palatium neronianū crucifixus ē. ¶ Petrus igitur cū ueniſſet ad crucē: rogauit milites: ut uerſo deorſum capite crucifigeret̄: aſſerens non eē dignū: ut ipſe diſcipulus eo modo ī patibulo ſtaret: quo xp̄s magr̄ in cruce pependit. Tūc illi crucē uerterūt: & pedes ſurſum manus aūt deorſum ꝯfixerunt. Popul⁹ uero furore repletus uolebat neronem & ꝑfectum occidere: & apoſtolū liberare. Qui eos rogauit ne paſſionē ſuā impedirēt. Dn̄s āt apuit oculos eoꝝ: qui aderāt & deflebāt: & uiderūt angelos ſtantes cū corōis roſarū & lilioꝝ: & petrū confortantes: xp̄m etiam aſſiſtentem & librum apertum tenentem: & qcquid petrus populo predicabat: ex ipſius libri ſcriptura ſumebat: uidēs ergo petrus ꝙ fideles ei⁹ gloriā uidiſſent: orationē ꝑmiſit: & gratias agens deoq; fideles ꝯmendās ſpiritum emiſit .3. cal. iulii: quo ipſo die & eodē āno (ut eccleſia tenet) coapoſtolus ei⁹ paul⁹ decollatus eſt: ut infra in eius paſſione dicetur. Cuius corpus a marcello & apuleo ei⁹ diſcipulis de cruce depoſitū in uaticani loco ſepultum eſt. ¶ In ipſa autē die petrus & paulus dionyſio appuerunt: ut ip̄e teſtatur: manu ad manum portam urbis īrantes: iduti ueſte luminis & coronis claritatis ornati. Nero aūt pro hoc & aliis ꝯmiſſis ſceleribus a populo furente ex urbe pulſus manu ſe ꝓpria pemit. ¶ Tēpore cornelii pape greci ſurati apoſtoloꝝ corpora illa exportabāt. Sꝫ ſtatim facto terremotu nimio demones ī idolis habitantes clamabāt: ꝙ dii romanoꝝ exportarētur. Quapp fidelibus de apoſtolis: paganis uero de ſuis diis ītelligentib⁹ multitudo armatoꝝ illos inſequit̄: unde greci timentes apud catacūbas apoſtoloꝝ corpora in puteū proiecerūt. Que a ſcō cornelio ide leuata & in eiſdē locis: unde ablata fuerant: depoſita fuerunt: ubi iacuerunt uſq; ad tempora ſiluestri pape: quādo utriq; ipſoꝝ edificata baſilica ad ipſoꝝ eccleſias ſunt tranſlata: ut dicetur infra ī dedicatione ipſaꝝ baſilicarum .19. cal. decembris.

¶ De ſcō paulo ap̄lo doctore gētiū. XXIII.

PAulus apoſtolus ꝑdicator & doctor gentiū de tribu beniami tarſo cilicie oriund⁹ gamalielis doctoris diſcipulus: poſt ſui ꝯuerſionem multas ꝑſecutiones paſſus eſt: multaq; miracula opatus: quas hilarius enumerat dicēs. Paul⁹ apoſtolus ī philippis uirgis cedit̄ & in carcere poſitū: & in ligno pedibus affigitur. In liſtris lapidatur. In iconia & theſſalonica ab emulis ꝑſequit̄. In epheſo feris datur. In damaſco per murū in ſporta dimittitur. In hieruſalē ceditur: ligatur: inſidiatur: criminatur. Nauigāſ in italiam periculo eripitur. Romā ueniens ſub nerone iudicatur & occidit̄. Apoſtolatū inter gentes accepit. Quendā contractū in liſtris extendit. Iuuenem qui de feneſtra ceciderat & expirauerat ſuſcitauit: & multa alia miracula fecit. Apud mitylenē inſulā uipa manu eiuſ iuaſit: ſed nihil eum leſit: quin potius ipam in ignē excuſſit. ¶ Refert aimo ꝙ paulus a pulloꝝ cantu uſq; ad horam quintam labori manuum inſiſtebat: deinde predicationi reſiduo lucis uacabat. Reliquum temporis comeſtioni ſōno & orationi expēdebat. ¶ Veniēs ergo romā cum nero nondum eſſet in imperio confirmatus: & etiā audito ꝙ de lege iudeorum & fide xp̄ianorum inter paulum & iudeos queſtio uertebatur non multum inde curauit: & ſic paulus quo uolebat libere ibat: & liber predicabat: hieronymus etiam libro de uiris illuſtrib⁹ ait ꝙ paulus ſ° anno neronis romā uinct⁹ mittitur: & ꝑ bienniū in libera manēs cuſtodia aduerſus iudeos diſputauit. Deinde a nerone dimiſſus euangelium in occidentis ptib⁹ predicauit. Ac deinde romam rediit. Eius autem ſapientia & religio ubiq; diuulgabatur: & ab omnibus admirabilis habebatur.

Multos etiã de domo ceſaris ſibi in amicitiã
copulauit:& eos ad xp̄m ꝯuertit.Cum ſene/
ca neronis preceptore ſingularem amicitiã
habuit:eiq; plures epiſtolas direxit:&ab eo
ſuſcepit.Quedam etiã ſcripta eius coram ce
ſare recitata ſunt:& mirabiliter cõmendata.
Senat⁹ etiã de illo non mediocria ſentiebat.
¶Quadã die cũ paul⁹ i ſolario circa ueſpas
p̄dicaret:pincerna neronis nomie patroclus
iuuenis impatoris dilect⁹:ut paulum ꝓpter
multitudinẽ cõmodius audiret:feneſtram a/
ſcẽdit:unde dormitans cecidit:&fractis cer/
uicibus expirauit. Quod audiens nero plu/
rimũ doluit:& alium ſibi in officiũ ſurroga
uit.Paulus uero per ſpiritũ hoc cognoſcẽs:
uſſit defuncti corp⁹ ſibi deferri.Quem alla
um continuo ſuſcitauit: & ad ceſarem cum
ociis ſuis miſit.Nũciatur imperatori patro
clum pre foribus aſtare.Quod nero audiẽs
xpauit: eumq; ad ſe ingredi recuſauit : ſed
ãdem ſuaſus ab amicis intrare permiſit. Et
nterrogans an uiueret:illeq; dum ſe uere ui
iere diceret: & a domino ieſu xp̄o ſuſcitatũ
erhiberet:qui eſt rex omnium ſeculorum:
ui & deſtruet omnia regna mundi: & ſolus
n eternum regnabit.Nero eidem alapam de
it: interrogans an illi regi militaret. Cum
utem patroclus & alii quiq; milites ſe xp̄o
omino militare dicerent: iuſſit nero illos i
arcerem trudi: ut nimium torqueret: quos
imis ante dilexerat.Omnes quoq; chriſtia
os fecit inquiri:& ſine interrogatione p ua/
a tormenta puniri:inter quos paulus uin/
tus ad neronem adductus eſt. Cum autem
ero ipſum interrogaſſet : cur milites ſuos
bi ſubtraheret:Reſpondit paulus:nedũ ex
rbe ſed uniuerſo orbe milites regi chriſto
ongregaſſe:qui tante extat potentie: ut iu
ex omniũ ueniat:& mundi machinam per
gnem reſoluat.Hec audiens nero:ira ſuccẽ/
us:quia mundũ per ignem paulus dixerat
eſoluendum:omnes xp̄ianos iuſſit igne cre
ari.Paulum uero uti reum maieſtatis ca/
ite truncari . Et cum multi xp̄iani romani
cciſi eſſent:populus cum furore ad palati/
m irruit:& cõtra ceſarem inclamare cepit:
nde imperator timens edictum mutauit:ut
ullus chriſtianos tangeret : donec de illis
lenius iudicaret.Quaꝓpter paulus iteruʒ
eronis conſpectui preſentatur: quem nero
urbatus & exclamans ſine mora decollari
iſſit.Paulus uero eidem predixit:ꝙ modi/
o tempore patiens chriſto eternaliter uiue/
t.Et in huius certitudinem promiſit apo/
olus:ꝙ abſciſſo ſibi capite uiuus ceſari ap
areret:ut ſic chriſtũ dominum uite & mor
s intelligeret:&his dictis ad locum ſuppli
i ducebatur.Cum autem tres milites ſcili/
t longinus:megiſtus:& aceſtus eum inter
rogarent:quis eſſet ille rex:quem paul⁹ tan
tum diligeret:ut pro ipſo mortem libenter
ſubiret.Paulus eiſdem chriſtum annuncia/
uit:& ad fidem conuertit.Et querentibus il/
lis quo modo ſaluari poſſent: ordinauit eiſ/
dem:ut mane ad locum decollatiõis eius ue
nirent:ibiq; duos diſcipulos titum & lucam
orantes inuenirent : qui cauſa cognita illos
baptiſmatis unda pfunderẽt: & eterni regni
coheredes efficerent.¶Poſt hec cũ ab aliis
militibus a nerone miſſis ad mortẽ pauli ac/
celerandam ipſe ad ſupplicium duceretur:
paulus in porta oſtienſi obuiauit plautille
diſcipule ſue:que alio nomine lemobia dice
batur:que flens ſuis ſe orationibus commẽ/
dauit:cui paulus uelum:quo caput eius te/
gebatur:mutuo petiit : ut inde oculos ſuos
ligaret:ne mortem uidens paueſceret:ipſuʒ
q; ſibi decollatus reſtitueret : quod dum ei
tradidiſſet:ipſam carnifices irridebant : qđ
precioſum ei uelũ traderet: quod ſibi mor/
tuus minime reddere poſſet . Cum ergo ad
locum paſſionis ueniſſet:ad oriẽtem uerſus
& manibus in celum extenſis diutiſſime cuʒ
lachrymis patria uoce orauit: & gratias e/
git.Poſt hec uale faciẽs fratribus:oculos ſi
bi uelo ligauit:& genua flectens collum te/
tendit.Sicq; decollatus ſpiritum deo tradi/
dit.3.cal.iuli.Mox quoq; caput ei⁹ a corpo
re exiliẽs:ieſus xp̄s:q ſibi tã dulcis i uita ſu
erat:& quem tam crebro nominauerat: he/
braice tertio clara uoce perſonuit. De eius
quoq; corpore unda lactis uſq; in ueſtimen
ta militis exiliuit: & poſtea ſanguis manare
cepit.In aere lux immenſa emicuit:& de cor
pore odor ſuauiſſimus emanauit.Caput aũt
abſciſſuʒ tertio ſaltauit:& in uno quoq; ſal/
tu fons de terra ſcaturiit:qui uſq; in preſens
manant in teſtimonium eius mirifice paſſio/
nis.¶Reuertentibus autem militibus lemo
bia uelum ſanguine cruentum oſtẽdit: eiſq;
dixit:ꝙ eadem hora petrus & paulus urbẽ
intrauerant ueſte preclara induti : & coro/
nis radiantibus ornati:pauluſq; iuxta pro/
miſſum uelum ſibi reſtituerat comodatum.
Quo miraculo tres milites conuerſi:adhuc
magis in domino crediderunt: & a tito & lu
ca baptizati ſunt:ut infra in eorum paſſione
dicetur.6.non.iulii.¶Audiens nero : que
contigerant:uehementer extimuit: & de his
cum amicis loqui cepit.Et ecce paulus ianu
is clauſis ante ceſarem ſtetit : ſeq; uiuentem
iuxta promiſſum aſſeruit : ſed neroni eter/
nam mortem cõminatus fuit:& his dictis di
ſparuit.Nero autem ex timore nimio uelut
amens amicorum conſilio patroculum &
omnes uinctos chriſtianos abſoluit:& libe/
ros abire permiſit.¶Caput autem pauli in
quadã ualle ꝓiectum eſt : pre multitudine

ibidem decollatorum inueniri non potuit. Corpus autem a tito & luca in ipſo loco ſepultum fuit. Cum autem poſt decurſū temporis fouea mundaretur: quidam paſtor caput pauli in uirga leuauit: & iuxta caulas ouium pro ſigno poſuit: uiditq; ſuper caput per tres noctes continuas miram refulgere lucem. Quod cum epiſcopo urbis nunciatū eſſet: xp̄iani putātes hoc eſſe caput apoſtoli: egreſſi omnes cū pontifice caput attulerūt: & hanc ſniam condixerunt: ut caput ad pedes corporis poneretur: & diuina clementia implorata: ſi caput pauli eſſet: corpus miraculoſe conuerteretur: & collum capiti iungeretur. Et ecce cunctis orantibus & ſtupentibus corpus ſe uertit: & in ſuo loco capiti ſe coniunxit. Et ſic omnes deū benedixerūt: & hoc eē caput apoſtoli ueraciter cognouerunt. Hec dionyſius.

¶ De ſanctis martyribus marcello & anaſtaſio. XXIIII.

MArcellus martyr una cū anaſtaſio uiro militari apud caſtrum argetomaceñ pro fide xp̄i comp̄henſus & in confeſſione domini uterq; ipſorum inuictiſſimus inuentus ab infidelibus capite plexus eſt .5. cal. iulii: ut dicit ado.

¶ De ſcō caſſio epiſcopo. XXV.

CAſſius ep̄s narnieñ. apud eandē urbē claruit tempore totille regis gothorum. Qui prefato regi narnium uenienti occurit. Cui quia ex natura facies rubere conſueuerat. Hoc rex totilla nō ꝯpſionis eē credidit: ſed aſſidue potatiōis: eūq; iccirco deſpexit. Sed deus oīpotens: ut q̄tus eſſet: qui contēnebatur: oſtenderet: continuo i campo narnienſi: ubi rex erat: coram omni exercitu malignus ſpiritus ſpatharium eius inuaſit: eumq; uexare crudeliter cepit. Qui cum ante regis oculos ad ſanctum epiſcopum eſſet adductus: hūc ab eo uir domini facto ſigno crucis expulit: qui in eum ingredi ulterius non preſumpſit. Sicq; ab illo die rex barbarus uirum dei cepit uenerari ex corde: quē deſpectū prius iudicabat ex facie. Hic quotidianas hoſtias deo offerebat: & omnia: que habere poterat: i elemoſynas pauperum tribuebat. ¶ Quadam uero nocte dominus p uiſum cuidā eius preſbytero apparuit eiq; dixit: ut ad epiſcopum pergens diceret: quatenus ea que ceperat ageret: nec ab icohatis deſiſteret: quoniam in natale apoſtolorum ad ſe ueniret: & tūc ſibi mercedem ſuam redderet. Sed quia dies apoſtolorum uicinus erat: preſbyter epiſcopo indicare uiſionem timuit. Alia nocte xp̄s iterum rediit: & inobedientiam preſbyteri increpans: iuſſa iterū impoſuit. Sed dum preſbyter pergeret: & epiſcopum iſirmatum audiſſet: iterum uiſionem referre diſſimulauit: uiſione igitur tertia dominus apparuit: uerbera uerbis addidit: & preſbyterum tā diſtricta cede mactauit: ut uulnera liuoris corporaliter impreſſa uiſionem per ſpiritum habitam confirmarent. ¶ Venienſ autem preſbyter ad eccleſiā ſancti iuuenalis epiſcopum celebraturum inuenit: eumq; ſecretius uocans uiſionem aperuit: & uulnera uerberibus inflicta monſtrauit. Quod ſanctus audiēs ex illo iam die lucra pietatis pauxit: uerum cum ſibi conſuetudo eſſet annis ſingulis die apoſtolorū natalitio romam uenire: hac uiſione ſuſpectus tunc uenire iuxta morem noluit. Eiſdemq; dieb⁹ quaſi de ſua nece ſecur⁹ ſolicitus fuit. Sicq; reuoluto poſtmodum anno & deinceps annis ſingulis uſq; ad ſeptimum: eo ipſo tēpore in mortis ſue expectatione ſuſpenſus fuit. Iam quoq; quodammodo de uiſionis ueritate deſperauerat. Cum ecce anno ſeptimo dum ſacras apoſtolorum uigilias icolumis celebraſſet: dolor eum corporis in uigiliis attigit: atq; in die apoſtolorū celebrare poſſe recuſauit. Sed magna populi compulſus inſtantia: eccleſiam intrans: ut potuit ſacrificium obtulit: moxq; ad lectulum rediit. E[t] cum circunſtantes clericos diuinis colloquiis admoneret. Inter uerba exhortationis terribili uoce clamauit. Hora eſt: moxq; aſſiſtentibus ipſe ſuis manibus linteum dedit: q[?] ſibi ex more morientium contra faciem tenderetur: quo extenſo: ipſe ſpiritum emiſit. [?] cal. iulii. Et ſepultus eſt in eccleſia ſancti iuuenalis ad cuius tumulum miracula crebra diuinitus fiunt. Hec gregorius. iii. dialogorum capitulo ſexto & libro. 4. ca. 58.

¶ De commemoratione ſci pauli. XXVI.

COmmemoratio ſci pauli ap̄li ab eccleſia celebrat̄ pridie cal. iulii nō ꝙ eo die paul⁹ ap̄ls fuerit paſſus: qa ut dictū ē: paſſus fuit eodē die eiuſdē anni: quo & petrus apoſtolus occiſus eſt: ut tenent expreſſe hieronymus: & multi doctores. Sed quia feſtū utriuſq; apoſtolorum eadem die quo ad officium non poterat celebrari. Et iconueniēs erat: ut alter ipſorum careret officio ſingulari: ordinauit gregorius papa: ut ipſa die q paſſi fuerant fieret: quo ad officium ſolennitas petri: & ſequenti die cōmemoratio pauli: tum quia petr⁹ maior eſt dignitate: tum quia prior cōuerſione: tum quia primatum obtinuit rome: licet autem petrus paulo ſit maior dignitate in eccleſia militante: non tamen maior ſanctitate: nec etiam maior i gloria creditur eſſe in eccleſia triumphante: unde notandum: ꝙ quādoq; paulus dicitur mi

nor petro: quandoq; maior: quandoq; equalis. Reuera enim minor eſt dignitate: maior predicatione: equalis ſcītate.

¶ De ſancta lucina diſcipula. XXVII

LVcina diſcipula apoſtolorum ciuis nobiliſſima romana fuit: que a beatis apoſtolis petro & paulo ↄuerſa: baptizata: & docta: de facultatibus ſuis multa ſanctorū neceſſitatibus miniſtrauit. Plurimos quoq; martyres in ſuo predio in quadam crypta ſepeliuit. Demum & ipſa in ſancta chriſti cōfeſſione uirtutum operibus pollens quieuit in chriſto. Sepulta in eadem crypta: in qua plures martyres ſepelierat pridie cal. iulii.

¶ De ſancta lucina martyre. XXVIII

LVcina martyr nobilis matrona romanorum tempore diocletiani & maximiani in urbe claruit: que plurium ſanctorum martyrum corpora i ſuo predio ſepeliuit: inter que ſāctorum cyriaci: largi: & ſmaragdi: nec nō beati ſebaſtiani cadauera honorifice condidit. Et ſanctis chriſtianis pauperibus multa de ſuis facultatibus miniſtrauit. Et poſt hec omnia de omni ſua facultate eccleſie romane donationem fecit. Quod ubi imperator maximianus audiſſet: ipſam proſcriptione damnauit. Beata autem lucina rogauit beatum marcellum urbis rome epiſcopum: ut domum ſuam eccleſiam conſecraret: quod ille cum omni deuotione adimplere curauit. Sicq; lucina in exilium acta poſt diutinos agones in pace requieſcens felicem animam domino cōmēdauit.

¶ De ſancto martiale epō. XXIX

MArtialis diſcipulus xp̄i & epiſcopus ſtephani protomartyris conſanguineꝰ patre marcello & matre heliſabet de tribu beniamin ortus: unus fuit ex ſeptuagitaduobus diſcipulis xp̄i: & a btō petro apoſtolo baptizatꝰ. Hic enim ille puer fuiſſe dicitur: qui habebat quinq; panes hordeaceos: & duos piſces: ex quibus dominus quinq; milia hominum in eremo ſatiauit: ut dicitur Iohannis ſexto. Hic etiam in ultima cena dn̄i cum diſcipulis facta miniſter aſtitit: & cum chriſtus pedes diſcipulorum lauaret: ipſe aquā i peluim famulatꝰ officio miſtrauit. Et poſt aſcenſionē dn̄i btō petro i iudea. 5. ānis & inde in antiochia ānis. 7. adheſit: & cū eo āno q̄rto claudii romā uenit: & āno integro ſecū ꝑmanſit. Poſt hec beatus petrus a xp̄o ſibi apparente per uiſionē monitꝰ. Martialē eiꝰ diſcipulū miſit ad gallias predicandus: eidemq; alpinianum & auſtriclinianum comites aſſignauit: qui ordinatꝰ epiſcopus ad partes illas acceſſit: & duodecim angelis ſibi continue aſſiſtentibꝰ galliarum oppida circuiuit: & per annos ſex in lemouiceñ prouincia p̄dicauit: ubi ſex mortuos ſuſcitauit: cecos illuminauit: claudos erexit: mutis loquelam tribuit: obſeſſos a demonibus liberauit: & alia multa & maxima miracula perfecit. Eccleſias in honore ſaluatoris: & dei genitricis: & ſancti ſtephani protomartyris & ſancti petri: & ſancti andree apoſtoloꝶ in ipſis partibus dedicauit: omnemq; idolorum culturam & ſpurcitiam eliminauit. ¶ Ingreſſus autem oppidum lemouiceñ: cum quendam phreneticum nobilis ſuſanne matrone filium ſanaſſet: ipſum cum matre & ſorore uirgine nomine ualeria & aliis ſexcentis ad xp̄m conuertit. Quem dum idolorum pontifices detentum duro carceri mancipaſſent: omnes ipſi ictu fulminis ſubito extincti ſūt. Ipſe uero luce de celo diuinitus illapſa confortatus: ianuis quoq; carceris reſeratis eductus eſt. Cum autem inſtantia populi ſacerdotes templorum fulmine peremptos ſuſcitaſſet: ipſiq; eorum: que in alio ſeculo uiderant: teſtimonium perhiberent: tam ipſi oēs q̄ alia multitudo gentilium numero .xxii. milia dn̄o crediderunt. ¶ Mortua aūt ſuſāna predicta: ✝ ualeriam eius filiam deo uirginem dedicauit: que cum a ſtephano duce aquitanie in cōnubium poſtulata: eidem nubere nollet: ab eodem tenta ipſiuſq; iuſſu decollata eſt. Statimq; corpus truncum caput manibus ſumens uſq; ad altare: in quo ſcūs epiſcopus miſſam celebrabat: ſtupentibus cunctis acceſſit: & ibidem cadens expirauit. Sed & uirginis percuſſor angelos uidit: eius ad celos animam deferentes. Que cū omnia carnifex duci ſtephano nunciaſſet: & confeſtim coram illo corruens expirauit. Martialis uero lictorem mortuum ſuſcitauit: & ducem cum q̄ndecim milibus uirorum ad chriſtum conuertit: qui eccleſiam ſancte ualerie fabricauit: & ipſam honorifice ibidem tumulauit. ¶ Poſt hec autem martialis ad beatum petrum reuiſendum romam perrexit: & cū eo iam ſene per aliquod ſpatium temporis commoratus eſt: inde ad eccleſiam ſuam rediit. Et dum eſſet in itinere: quidā hildebertus comitis archadii filius a diabolo in flumine proiectus & necatus eſt. Quem ſanctꝰ martialis a mortuis excitauit: & tres demones: qui eum prefocauerunt in ſpecie nigrorum ethiopum oſtendit: multoſq; conuertit. ¶ Deinde in ciuitate lemouicenſi mulier quedam uirum ſuum paralyticum baculo uiri ſancti tetigit: qui mox incolumis ſurrexit. ¶ Idem etiam baculus in urbe burdigallenſi multis domibus igne flagrantibus incendio oppoſitus flāmas ↄtinuo ac penitꝰ excuſſit. Multaq; & maxīa alia miracula ꝑ

eum deus oſtendit. Tandē āte dies. xv. exit⁹ ſui xp̄o domino ſibi apparēte:& ipſuȝ ad regna celeſtia uocante ad eccleſiam ꝑexit: miſſaq; celebrata populum de omnibus docuit & uale faciens frībus in pace quieuit pridie cal. iulii. Anno a paſſione dn̄i. 74. ueſpaſiani uero auguſti anno. 3. ep̄atus autem ſui. 28. Qui & lemouice quieſcit & m̄ltis uirtutib⁹ & ſignis pollet.

¶ De ſanctis alpiniano & anſtricliniano p̄ſbyteris. XXX

ALpinianus & anſtriclinianus preſbyteri diſcipuli ſcī martialis & eiuſdē cooperatores predicationis multo tempore extiterāt. Et tam ſermonū q̄ ſignorum gloria non mediocriter claruerunt. Qui & predicationis officio fideliter pacto apud eandeȝ ciuitatem lemouiceñ in domino quieuerunt. Quorum feſtum recolitur pridie cal. iulii: ut ait ado in martylegio ſuo.

¶ De ſcō aaron ſacerdote. XXXI.

tanta beneficia contulit & tam maxīa ſigna dilectionis oñdit. Nam ab ea. 7. demonia. i. uniuerſa uitia expulit: in ſuo eā amore totaliter accendit: familiariſſimā ſibi ꝯſtituit: eā ſemp dulciter excuſauit: uidelicet apd̄ phariſeum: qui dicebat eā immundā: apud ſororem: que dicebat eā ocioſam: & apud iudā qui dicebat eā ꝑdigam. Cuius dilectiōe quatriduanū frēm ſuſcitauit: cuiꝰ amore marthā a fluxu ſanguinis liberauit. Hec ad pedes domini ſedēs eius uerba audiuit: dñi caput pūxit: iuxta crucē in paſſione xp̄i ſtetit: unguenta parās eius corpus inungere uoluit: a momēto quoqꝫ diſcipulis recedētibꝰ non receſſit: cui xp̄s reſurgēs primo apparuit: & apoſtoloꝝ ap̄ſam fecit. ¶ Poſt aſcēſionē igiť dñi anno. xiiii. poſt ſtephani lapidationē & diſcipuloꝝ diſperſionē de qua habetur act. vii. iudei magdalenā cū pluribꝰ xp̄ianis rapiētes. Inter quos erāt beatus maximinꝰ unꝰ ex. 72. diſcipulis: cui a beato petro ip̄a magdalena fuerat ſpecialiter ꝯmendata: lazarus frater eius: & martha ſoror eius: atqꝫ marcilla marthe pediſſequa: necnō beatꝰ cedonius qui fuerat cecus a natiuitate quē dñs illuminauerat: & alii plures: oēs iſtos naui impoſitos & pelago ſine remo uel remige expoſitos ut in ponto necarenť a iudee finibus propulerūt. Qui deo duce maſſiliā appulerūt: ubi cū nemo illos recip̄et ſub porticu cuiꝰdam tēpli morabantur. Cū autē populus ad phanum ꝯflueret: ut idolis imolaret: maria magdalena uultu iocundo linguaqꝫ diſerta cepit xp̄m ꝯſtantiſſime predicare: & plebem a cultura demonū reuocare: unde multi admirantes corporis ſp̄em & lingue facundiā ꝯuerſi ſunt. Principi etiā prouincie cū uxore ad ſacrificia accedēti: ut prolē a diis īpetraret magdalena deoꝝ imolationes diſſuaſit: & xp̄m illis ānunciauit. ¶ Interea apparuit magdalena per uiſum ꝯiugi principis: eāqꝫ de crudelitate redarguit: eo ꝙ abundāť delitiis ſeruos dei fame & frigoř mori ꝑmitteret: addens & minas niſi uirū induceret: ut eoꝝ inopiā ſubleuaret. Quod cū bis admonita facere neglexiſſet: tertia uice magdalena per uiſionē utriqꝫ ꝯiugi appuit: & uultu igneo terribiles minas inuexit: niſi feſtināter ſcīs uiris de uictu & hoſpitio ꝓuideret. Cūqꝫ ambo euigilantes mutuo ſomnia rettuliſſent: exterriti cōtinuo ſcōs diſcipulos hoſpitio receperūt: eiſqꝫ de neceſſariis prouiderunt. ¶ Poſt hec cum princeps prole careret: mariam rogauit: ut ſibi filium a deo ſuo impetraret: promittēs in xp̄m cum coniuge credere: ſi hoc ei obtinere poſſet. Tunc magdalena pro eis orauit: & poſt dies modicos matrona illa cōcepit. Cūqꝫ princeps ad beatum petrū uidendum romā proficiſci diſponeret: nauiqꝫ parata eum mulier iam tumente utero ſequi uellet: uir eius q̄uis dudum renitens inſtantia coniugis deuictus aſſenſum prebuit: & nauem cum familia & uxore aſcendit: quorum humeris maria ad eorum tutelam ſignum crucis impoſuit. Cui princeps ciuitatis & domus cuſtodiam commendauit. Poſtq̄ autem flante uento proſpero die integro nauigaſſent: ſubito tempeſtas in mari exoritur: & intumeſcente procella dolore parturiendi mulier anguſtiať. Que inter preſſuras pelagi filiū peperit & cōtinuo expirauit. Cum igitur infanſ uagiens mām[illarum] ſolatia quereret & pater nec ubi matrem ſepeliret locum haberet: nec unde in[fan]tulum aleret prouidere poſſet: lachrymabiliter lamentabatur: & de magdalena plurimum conquerebatur: eo ꝙ ipſius cauſa ta[n]ta īcurriſſe mala uidebatur. Naute autē cl[a]mabant: ut corpus in mare proiicereť. Cū peregrinus inſtanter exoraret: ut aliquantulum ſubſtinerēt: ſi forte mulier aliqua dete[n]ta extaſi reſpiraret: ut ſaltē nato puero ul[t]ra preberet: ecce nō procul a naue collis apparuit: uixqꝫ princeps a nautis precibus & precio: ut illuc applicarēt exegit. In cuius antro ſecretiori corpus coniugis collocau[it] & puerum mām̄is apponēs chlamyde operuit: & deo ac beate marie magdalene aīa[m] defuncte necnon curam pueri cū fletu amariſſimo cōmendauit: & poſtmodum nauē conſcēdit: nec propter ea accepto itinere de[ſ]ſiſtere uoluit. Cūqꝫ romam ad petrum ue[niſ]ſet: & cauſam itineris expoſuiſſet: petrus principē ſuper caſu qui ei de uxore & filio co[n]tigerat confortauit: & in fidei ueritate firm[a]uit. Deinde una ſecum hieroſolymam per[du]xit: & omnia loca ſacra cum eo perluſtrau[it] ac demum ad urbem repatriauit. Princep[s] igitur elapſo biennio a petro conſolatus d[i]ſceſſit: & nauem aſcendens ad patriam red[i]re diſpoſuit. Perueniens autem ad collem [u]bi corpus coniugis cum paruulo dimiſer[at] applicuit: & puerum a maria magdalena c[on]ſeruatum ac educatum inuenit: q more pu[e]rorum in littore cum lapillis & glareis lu[]debat: uidenſqꝫ nautas applicantes quos n[un]quā uiderat: expauens ad matris ubera ſo[li]ta recurrebat: & ſub chlamyde latitabat. Quem poſtq̄ pater matris mammas ſuggentem aſpexit admirans pre gaudio ineffabiliter flere cepit. Et ecce mľier a mortuis reſpirauit: & q̄ſi d̄ ſōno euigilās magdalene grā[s] [a]git: q̄ ſibi ī puerpio obſtetricis ipleuerat officiū: & ſe ac ſuū ꝯſuauerat paruulū: addi[dit] ꝙ de eadem ꝑegrinatione qua uir ſuus u[e]nerat: & ipſa ueniebat: & oīa loca in quibus fuerat: ſerioſius referebat. Nam ſicut petrus uirum ſuū ad ipſa loca perduxerat: ſic & i[pſam]

lam beata maria magdalena eodem comita/ta fuerat. Sicq; priceps recepta ꝯiuge & paruulo iam bimo maſſiliam repetiit: & magdalene: que ſibi euenerant: enarrauit: omniaq; idoloꝝ templa deſtrués cum omni populo baptiſma ſuſcepit. Tūc eccleſiam in xp̄i noīe ꝯſtruxerunt & beatum lazaꝝ in ep̄m maſſi/ie ꝯſtituerunt. Deinde ad ciuitatē aqueñ acredentes predicatione ac miraculis cūctum ɔopulum cōuerterunt: & maximinū ibidem n pontificem ordinarunt: ut dictū eſt ſupra n eius geſtis. 4. id⁹ iunii. ¶ Interea btā magdalena eremum aſperrimū petiit: & in loco ngelicis manibus p̄parato. 30. annis inco/nita manſit: ubi nec aquaꝝ fluenta. nec plā/e cuiuſpiam erant ſolatia: ut ſic dareť intel igi: ꝙ nō terrenis dapibus ſed epulis tantū eleſtibus eam xp̄s diſpoſuerat ſatiare: ibiq; er ſingulos dies ſeptem horis canonicis ab ngelis in ethera leuabatur: & celeſtibus cō entibus reficiebatur: indeq; per eoſdem an elos ad p̄pria reducebať. Sicq; ſaciata nul s aliis corporalibus alimētis indigebat. Sa erdos autem quidā ſolitariam uitā eligés: ui ſibi ad. 12. ſtadia ab eodem loco cellā cō ruxerat: die quadam uoces angeloꝝ audi/it: & oculis corporeis aſpexit: q̄liter mag/alena ab angelis in ethera leuabať: & poſt rā ad ip̄m locū reducebať. Qui cū predi am uiſionem ſubtili⁹ intueri uellet: deo ſe mendās ad locū acceſſit: & cū eſſet uicin⁹ emore reſolui cepit: ita ut uix icedere poſ t: & itelligens ibidē eſſe celeſte ſacramētū iſā pſonā uel creaturā: que ibi erat p xp̄m iurat: ut qd uel qualis eſſet ſibi ediſſerat. uē magdalena: ut p̄pius accedat: hortať: appropinquanté benigne alloquitur: ſeq; ccatricē illam famoſam eſſe teſtatur: que euāgelio memorať: que xp̄i pedes lachry s abluit: & ſuoꝝ criminū ueniam p̄meru/ que & in ipſo loco per annos trigita oīb⁹ cognita manſerat: & quotidie talibus dapi s refecta: nullo alio cibo aliquando ege/ .Et quia obituꝫ ſuū ſibi a domino reue/ um agnouerat: impoſuit ſacerdoti: ut ad ctum maximinū ep̄m accederet: & omnia i uiſa narraret: ac ipſum ſui parte roga/ : quatenus die dominico p̄ximo hora ma/ tinali in eccleſia ſua eſſet: ubi magdalenā gelicis allatam manibus inueniret: que minica ſacramenta ab eodem percipere llet. Qui ad eius petitionem ei chlamydē m conceſſit: ut nuditatem ſuam tegeret: atenus ad eccleſiam honeſtius ire poſſet. erdos igiť concitus maximinū adiit: eiq; ſa cuncta ac uiſa per ordinem patefecit: q & hora ſtatutis eccleſiam ingreſſus mag enam repperit in choti medio angelorū: eam adduxerant conſiſtentem: que duo rum cubitorum ſpatio a terra eleuata extenſis manibus in aere ſubſiſtebat: cuiuſq; uultus ex frequentia angeloꝝ: quaſi ſolis radi⁹ refulgebat. Ad quam cum maximin⁹ accedere formidaret: ab ea cōfortatus eſt: ut filiam ſuam agnoſceret. Qui cōuocatis clericis & ſacerdote predicto corpus xp̄i eidem obtu/lit: quod ſancta dei cum magna lachrymarū inundatiōe percepit: deinde corpore ante altare proſtrato ſpiritus inter angelorum manus ad deum euolauit. xi. calē. auguſti: corpuſq; nimio odore per ſeptē dies fragrauit: quod beatus maximinus ibidem deuoti⁹ ſe/peliuit: & poſt morté ſuam ſe iuxta eam tu/mulari precepit. ¶ Temporibus auté caro/li magni ſcilicet anno dn̄i. 749. gerard⁹ dux burgundie liberis carens: multa pauperib⁹ largiter erogabat: & multas eccleſias & monaſteria fabricabat. Cum auté celiaceñ mo/naſterium conſtruxiſſet: miſit ipſe & abbas ipſius loci quoſdam canonicos ad aqueñ ciuitatem: ut inde beate marie magdalene re/liquias tranſportarent. Qui uenientes predictam ciuitatem a paganis euerſam iueniūt: Caſu tn̄ quoddā ex marmore ſepulchꝝ aſpiciūt: cui⁹ ſculptura demōſtrabat: ꝙ corpus magdalene ibidē qeſcebat: qd noctu ꝯfringentes: aſſūptas reliqas ad hoſpitiū deportarūt: quoꝝ pricipalior i ipſa nocte p uiſuꝫ a magdalena admoneť: ne timeāt: ſꝫ ceptū o/p⁹ pficiāt. Cū āt ad mediā leucā ad celiaceñ cenobiū p̄pinquaſſent: nullaten⁹ inde mouere reliqas potuerť: donec abbas & monachi oēs ſcō corpi obuiā p̄ceſſionaliter exierunt: & ip̄m cū oī reuerētia ſuſceperūt: quod ibi/dem iacet miraculis coruſcans.

¶ De ſcā ſcyntyche diſcipula. CXXV.

S Cyntyche diſcipula ap̄loꝝ fuit: de q̄ btūs paul⁹ ad philippeñ. 4 ca. mētionē facit. Hec i uita ap̄li ca cū oī religiōe pſeuerās phili/pis dormiuit: ibidē ſepulta. xi. cal. augu. ut dicit ado ex hieronymi martyrologio.

¶ De ſcō platōe mr̄e. CXXVI

P Lato mr̄ apud ancyrā ciuitatem galatie p̄uincie paſſus ē tpe ma/ximiani imꝑatoris ſub pfecto a/grippino: q puulus & locuples a pētib⁹ relict⁹: oia ſua paupib⁹ diſpēſauit. Quē & pfect⁹ teneri fecit: ut ſacrificaret: qd cū renueret: a. 12. uiris ſibi ꝯuiciſ/ſim ſuccedētib⁹: prio qdē grauiter cediť: ſꝫ imobilis pſiſtés carceri mācipať: deiñ poſt dies. 7. ſup ferreū lectū extendiť: & carbo/nibus ſubterſtratis oleo reſina cera ac bi/tumine perfuſus torretur. Cum autem pre/dicta in eum nil preualerent: cunctis cerné tibus angelica uiſitatione ꝯfortať: odoreq; nimio fragrante refouetur. Quo miraculo

Vicelliacum apud Sigebertum et Marante; quod Vezelay, non Vesoul ut in Legenda gallica, tonal

plures ad dn̄ʒ cōuertūt̄. Poſt hec ī equuleo
appenditur: malaq; ferrea ignita eius lateri/
rib⁹ adhibent̄. Et cū hec etiā patiēter tole/
raſſet: mādauit iudex: ut corrigie de ei⁹ cor/
pore traherētur: q̄s ſanctus ſuſcipiēs ī faciē
prefecti iactauit: dehic in cuſtodiā reductuſ
18. dieb⁹ fame afficitur: ſed a dn̄o confortat̄.
Nouiſſime aūt iubente p̄fecto extra ciuitatē
ī locū: qui dicit̄ campus: ducit̄: & ibidē gla/
dio capite truncat̄: ubi & a fidelib⁹ digna re
uerentia tumulatur. xi. cal. auguſti.

¶ De ſcō uandegiſillo abbate. CXXVII.

VAndegiſill⁹ abbas qui & uando
ut ait ſigibertus anſegiſi maioriſ
dom⁹ nepos ex ualciſo fr̄e floru
it tp̄e iuſtiniani p̄i. Qui cenobia
fiſcanū & fontanellā dn̄o funda/
uit. Hic in ueredinēſe regione ort⁹ nobili pa
rente. ſ. ualciſo pipini francorū regis filio:
ſub rege dagoberto comes palatinus ab eo
ꝯſtitutus ſtrenue officiū exercebat. Cui inui
to illuſtrē puellā rex in uxorē tradidit: quā
tn̄ ipſe ad caſtitatē ſuaſit: unde & illa ſcimo/
nialis: ipſe uero deſerta curia monachus effe
ctus eſt. Qui cū ſcō uiro ualtfrido ī loco q
dicit̄ mons falconis primotenus habitauit.
Cū autē rex ſanctū licet pro poſſe renitētem
de monaſterio eductū uiolēter ad curiā tra/
heret: intrās palatiū paupē cū uehiculo offē
dit: & in lutū proiecit: quē cū alii p̄tereunt
uandegiſillus de equo deſcēdēs paupeʒ e ce
no ſubtraxit. Statimq; angel⁹ inopi uiro aſti
tit & ueſtē deturpatā emēdans candidiorē q̄
ante fuerat reddidit. Quo miraculo ꝯſpecto
rex illū ad mōaſteriū redire pmiſit. Inde ad
territorium heliſgangium perrexit: ubi &
cenobiū ī proprio fūdo ꝯſtruxit: ubi & plu
rimas diaboli īſidiaſ ppeſſus: oēs dei gr̄a ſu
perauit. Deinde iuſſu diuino p̄monit⁹ ueniēs
rothomagū a ſcō andoeuo ſubdiacon⁹: inde
leuita ordinat̄. Ac poſtmodū carnotū tēdēs
a ſcō audomaro ī p̄ſbyterū ꝯſecrat̄. Poſt
hec fontanelle mōaſteriū ꝯſtruxit: in quo cū
godone ei⁹ nepote deo ſeruire ſtuduit: uerū
alimētis ſibi deficiētib⁹ a bathylde regina p
uiſum a deo monita plauſtris onuſtis ciba/
riis uiſitatur. Ibiq; uſq; ad annos etatis ſue.
92. labori manuū inſiſtens ī dei ſeruitio per
manſit. Demū graui egritudine p̄ſſus triduo
q; ī extaſi rapt⁹: ianuā ſibi celi patefactā ꝓ/
ſpexit: Sicq; deo ſpiritū reddidit. xi. cal. au/
guſti auditaq; ē in eius trāſitu a quodā diſci
pulo melliflua cātilena. Sepultuſq; ē ī eccle
ſia ſci pauli: ubi & p annos. 40. pmanſit: ubi
& ſcūs auſbert⁹ ep̄s annis. xi. & ſcūs ulphrā
nius ānis. 9. quieuerūt. ¶ Anno aūt dn̄i. 682
hoꝶ trium corpora miro odore fragrātia &
tā in mēbris q̄ in ueſtibus oīno incorrupta
ad eccleſiam ſci petri tranſlata ſunt cal. apri
lis ubi miraculis coruſcātia requieſcūt & c
gna fideliū ueneratione coluntur.

¶ De ſcō apollinare ep̄o & mar̄e. CXXVII

APollinaris ep̄s apud rauēnā pa
ſſus ē tp̄e ueſpaſiani īpatoris. Hi
antiochen⁹ genere bti petri apo
ſtoli diſcipul⁹ cū eo ex ātiochi
romā uenit: quē petrus rauenn
ep̄m deſtiauit. Et appropiās citati apd̄ qu
dam militē noīe ireneuʒ hoſpitatus: ſiliun
eius cecū inuocato xp̄i noīe illuminauit: ip̄
cū parētib⁹ baptizauit. Quod miraculū c
tribunus a milite didiciſſet. Apollinarē ad
uocauit: ut uxorē ſuā noīe theclam p anno
plurimos decūbētem ſanaret: quā null⁹ m
dicoꝶ erigere poterat. Cuius manū appre
hēdēs mox illā erexit: & ip̄aʒ cū uiro & fili
ac oī familia: nectnō plurib⁹ ex militibus a
xp̄m ꝯuertit. Et apud eūdē tribunū ānis pl
rib⁹ māſit: ubi & ad ſe infirmos ueniētes ſa
nabat: & multos ad xp̄i fidē adducebat: ac
ſbyteros & clericos ordinabat. Poſt ānoſ u
ro. 12. cū predicta dux ſaturnin⁹ audiſſet:
pollinarē detineri fecit: ac pontificib⁹ capit
lii rauēnatis tradidit. Ductuſq; ad tēplū io
uis ut imolaret: cū diceret ſacerdotib⁹ au
& argentuʒ idolis oblatū melius paupibu
dari q̄ ante demones appēdi: ꝓtinus fuſtib
ceditur: & ſemiuiuus relinqt̄: ſed a diſcipi
lis collectus in domo cuiuſdā xp̄iane uid
vi. mēſibus refouet̄. ¶ Inde uenit ad ciuit
tē claſſis: ut quēdam bonifaciū nobiliſſim
mutū effectum curaret. Et cū domū igred
retur puella hn̄s ſpūm imundū clamabat
ut inde diſcederet. Alioquin ligatis pedibu
eum extra oppidū trahi faceret. Quē apol
naris increpās ꝯſeſtim ex illa exire coegit.
Et poſt hec inuocato xp̄i noīe muto loque
di facultatem reſtituit. Sicq; pluſq̄ quinge
tos gētiles ꝯuertit: poſt dies modicos a p
ganis apprehēſus: iterūq; fuſtibus ceſus ꝓ
hibebatur ieſum noīare: qui iacens in terr
ipſum uerum dei filium exclamabat. Tu
nudis pedibus ip̄m ſuper prunas ſtare fec
runt. Deinde extra urbem claſſis eiecerun
Qui cum xp̄ianis extra muros in tugurio
titabat: & ad ſe ueniētibus xp̄m predicaba
Inde ad emiliam prouinciam euangelizan
acceſſit. Interimq; calocerus preſbyter ra
natem eccleſiam gubernauit. ¶ Regreſſ
igitur rauēnam ad domum ruſi patricii a
ductus eſt: ut filiam eius infirmam ſanare
Sed mox ut ingreſſus eſt domum puella d
functa eſt. Rufus autem deflebat: deoſq; c
tra ſe propter illius aduentuʒ iratos diceb
& ob id filiam ſuam occiderant. Cum aut
ſcūs oraſſet: & puella de morte reſurrexi
& nomē xp̄i ꝯfitēs cū matre & magna mul
titudie baptiſma ſuſcepit: & uirgo pmanſi

Rufus uero poſtmodum martyriū ꝑtulit: ut dicet de eo in ei⁹ paſſiōe.6.calē. ſeptēbr̄. Audiens hec ceſar ſcripſit ad meſſalinū ꝓfe/ctū ꝓtorii:ut apollinarem aut ſacrificare fa/ceret:aut i exiliū mitteret.Prefect⁹ergo ipſ ſacrificare nolentē fuſtib⁹ cedi iuſſit:& in e/quuleo extenſum torqueri:deinde aquā fer/uētē i ei⁹uulnerib⁹iactari:& ſic graui pōde re ferri uīctū i exiliū mitter̄ uoluit.Tūc xpi ani aīo accēſi in paganos irruerūt: & pluſq̄ ducētos ex eis ceciderūt. Prefect⁹ āt fugiit :& apollinarē i carcerē trudi fecit:deiñ catenis uinctū naui ipoſuit:& cū trib⁹ eū ſequētib⁹ clericis in exiliū deſtinauit. Ortaq; tēpeſta/te:nauiq; ſoluta:ſcūs dei cū duob⁹clericis: & duob⁹ſolū ex militib⁹ naufragiū euadēs: ipſos milites baptizauit:cū q̄bus myſiā pre ſſit:& nobilē quēdā leproſum mundauit: & plurimos ad fidē ꝑduxit. Inde ad ripā danu bii in ꝑtes thracie ꝑtrāſiuit.Cūq; eoꝝ idola nulla darent rn̄ſa:uix ab uno eoꝝ didicer̄t. donec apollinaris in ꝑtib⁹ illis maneret: ei eoꝝ nullū eis rn̄ſum dare poſſent: quem pagani reptū exuerūt:& fuſtib⁹ceſum naui/go rauēne remiſerūt.¶ Poſt ānos igit̄ tres ad eccleſiā ſuā regredit̄ :& a xpianis cū ſumma letitia ſuſcipit̄ .Iteꝝ āt poſt dies aliquot a gentilib⁹capit̄ : & ad tēplū apollinis adducitur:cui⁹ ſimulacꝝ uidens maledixit:& continuo ꝯfractū corruit.Quod uidētes pōtifices ipſum tauro iudici ꝓſentauer̄t: cū aūt filiū ei⁹ cecū illuminaſſet:taurus credidit:& ipm̄ de manib⁹paganoꝝ ereptū q̄ttuor ānis in ꝓdio ſuo manere fecit:ubi ad ſe uenietes i fide xpi docebat:&multa ſup languētes miracula faciebat:Poſt hec taur⁹ a pōtificib⁹ueſpaſiāo accuſat̄ .Qui rn̄dit:ꝙ impatores deos uidicari nō habēt:ſed ipſi de inimicis ſuis ſe ulciſci poſſunt:ſi ab eis ledunt̄ :miſit tn̄ legationem ad demoſthenē patriciū:ut apollinarē ꝑ leges iudicaret:qui ſanctū martyrem ad ſuſſionē pontificū tradidit cuidā centurioni xpiano in carcere detinendū:cui⁹rogatu dū in uicū leproſoꝝ ꝑgeret:ut ibi ꝓpter furorē gentiliū latitaret:a paganis inſecut⁹: & uſq; ad mortē diutiſſime ceſus eſt: ubi ꝑ dies.7. ſuperuiuens:& diſcipulos admonēs ſpiritum tradidit:& iuxta muros claſſeñ oppidi ſe/pult⁹ fuit.x.cal.auguſti:circa ānos dn̄i.70. ubi & quieſcit miraculis redolens.

¶De apollinare epō & ꝯfeſ. CXXIX.

Apollinaris hieropolitanus epſ tē pore marci antonini impatoris claruit:qui uir eximius doctri/na & ſanctitate refulſit. Librum apologeticū ꝓ xpiana religione eidem principi ꝯſcripſit.Extāt ei⁹ & aduer/ſū gentes quinq; uolumina.De ueritate duo Itē libꝛ aduerſum cataphrygarum hereſim montani.ſ.priſcille & maximille inſanoꝝ & pſeudoprophetaꝝ . In hieropolitana quoq; ciuitate diē obiit: ibidēq; corpe quieſcit.Hec hieronymus libro de uiris illuſtribus.

¶De ſancta chriſtina uirgie & mar. CXXX

Chriſtina uirgo in tyro ciuitate i/talie:que ē circa lacum uulſinū paſſa eſt ſub preſide iuliāo: Hec nobilibus parentibus orta in eodem oppido a patre urbano preſide in quadaā turri cū.12. ācillis collocata eſt:deos aureos & argenteos ſecum habēs. Et cum ꝓpter eius elegantem pulchritudi/nem a multis in ꝯiugium peteretur:parētes eius nulli eam ꝯcedere uolebant: cupientes ut in deorū cultura uirgo diuti⁹ ꝑmaneret: ipſa autē a ſpūſancto docta deorum ſacrifi/cia abhorrebat:& incenſa diis imolanda in feneſtra orientali deo celi incēdebat. Cui o/ranti angelus apparuit: eamq; de chriſti fi/de plenius inſtruxit. Cum autē pater ab an/cillis eā chriſtianā eſſe didiciſſet : blanditiis multis ad culturā deoꝝ ꝓuocabat:illa uero uni deo ſe ſacrificium offerre reſpondebat. ¶Poſt hec autem chriſtina idola patris cō/fregit:& deſcendens ad turris ianuam aurū & argentum pauperibus erogauit . Rediēs uero pater: ut deos ſuos adoraret ; cum id quod filia fecerat:ab ancillis audiuiſſet:ira/tus iuſſit eam expoliari:& a duodecim uiris ſibi uiciſſim ſuccedentibus cedi : donec ipſi laſſi deficerent:deinde catenis uīnctā in car/cerem recluſit.Audiens hec mater ſciſſis ueſtibus ad carcerem perrexit:& filie pedibus ſe proſtrauit:obſecrans eam: ut paterna uota perficeret.Cūq; nihil poſſet ſuadere ad uirum rediit:& quid ſibi illa reſpōderat indi/cauit.Quam pater urbanus ad tribunal ſu/um adductam ad immolandum diis horta/batur.Cumq; omnino contēneret:iuſſit car/nes eius ungulis ferreis radi: & omnia eius membra tenera lacerarī. Chriſtina autem de carnibus ſuis accipiens:in uultum patris ꝓiecit: dicens ut carnē a ſe genitā : ut canis roderet:& ſuo ſe ſanguie ſatiaret. Tunc ipſā rote alligari fecit igne ſuppoſito & oleo de/ſuper effuſo:ſed erumpens flamma mille & quingentos gentilium interfecit.Pater autē hec omnia magicis artibus aſcribens:ipſam iterum in carcerem mitti iuſſit : que ſtatim angelo uiſitante ſanata eſt & refecta . Facta quoq; nocte iuſſit pueris ſuis : ut molarem lapidem grandem ad collum eius ligarent : & ſic in mare: ideſt in lacum uulſinum ꝓi/cerent:Quam mox angeli aſſumpſerunt : & ſuper aquas eam enatare fecerunt.Chriſtus uero ad eam deſcendit : & ipſam in eodem lacu manibus propriis baptizauit:nomenq; ſuum eidem impoſuit : Ac demum illam

michaeli archangelo ꝯmendauit:q eam ico
lumé ad littus reduxit. Quod audiés pater
xp̄iná itex̄ detentá custodie mácipauit: eáq;
mane decollari mandauit. In ipa auté nocte
urbanus repétina morte extinct⁹ é. ¶ Huic
successit preses iniquus noie dion:q cuná
ferreá succésam oleo resina & pice liquatis
plená fecit parari:& xp̄inam ibidé imissam
a q̄ttuor uiris agitari. Que dñm tota mente
laudabat:q eá nuper renatá ut infantulá in
cunabulis agitari uolebat. Et cũ nil lesionis
ptulisset:putans iudex ꝙ maleficia in capil-
lis eius laterét:fecit caput ei⁹ radi & nudam
ad apolliné duci. Que idolo impauit:& con
festim i puluerem redactum corruit. Quod
iudex audiés expauit:& spiritũ mox emisit.
Quo miraculo tria milia homiuum ad xp̄m
ꝯuersi sunt. ¶ Huic successit & tertius p̄ses
iulianus:qui fornacé succendi fecit:& uirgi-
nem ibidé includi: ubi p dies qnq; cũ ange-
lis cantás & deambulás illesa pmásit. Cum
aũt hoc iudex magie attribueret:duos aspi-
des:duas uipas:& duos colubros ad eá per
ueneficũ dimitti mandauit:sed uipere pedes
uirginis lingunt:aspides nil nocétes ab ube
ribus pendét:colubri collo se uoluentes su
dorem sugunt. Cũq; ueneficus bestias irrita
re uellet: s̄pentes i eum impetũ fecerunt:&
protinus occiderunt: uirgo aũt dñi s̄pétes
suo iperio ad desertũ misit: & orás mortuũ
suscitauit:& ad xp̄z ꝯuertit. Tunc preses má
millas eius precidi fecit:de quib⁹ lac pro sá
guine fluxit. Post hec linguá eius amputari
iussit. Que linguá abscisam in facié iuliani
proiecit & oculum eius pcutiés excecauit.
Cũq; lingua precisa diserte nihilominus lo
queret̃. Iratus iudex duas sagittas circa cor
& uná in latus ei⁹ dimitti precepit. Sicq; per
cussa spm deo reddidit. Sepulta in tyro ciui
tate a xp̄ianis. 9. cal. augusti. Circa annũ do
mini. 287. Corpus auté ei⁹ delatũ uenetias i
monasterio monialiũ sci marci de amianis
ep̄atus torcelli ab incolis loci nũc quiescere
peribetur.

¶ De scis niceta & aqlina mr̃ib⁹. CXXXI.

NIceta & aquilina sorores marty-
res i lycia ciuitate amó passe sũt.
He speciose puelle de corpis sui
prostitutione uiuentes:cũ beat⁹
xp̄ophorus mr̃ in eadé ciuitate a
rege dagno i carcere detineret̃: iussu eiusdé
regis ad ip̄m sanctũ mr̃em misse sunt:pmis-
sis eis munerib⁹: si eũ secũ peccare facerét:
& ad deorum sacrificia prouocarent. Quas
btús xp̄ophorus ad xp̄m ꝯuertit: ut dicet̃ i
passione ei⁹. viii. cal. augusti. Quod audiés
rex puellas ꝯprehédi fecit:quas ad deorum
sacrificia inuitauit. Que dixerũt:ut iussu re-
gis platee múdarétur:& oés populi ad tem
plum cógregarent̃. Quo facto cum ille te
plũ introissent cingula soluétes i colla deo
posuerũt:& ad terrá trahétes confregerun
Qua pp rex dagnus iratus eas catenis susp
di fecit:& dudũ torqueri: & dehic in ignei
copiosum iactari. Que cũ inde illese egres
fuissent:iussit rex ambas pit̃er i xp̄i ꝯfessió
gladio cedi:que passe sũt. viiii. cal. august

¶ De scis uictore & sociis mr̃ib⁹. CXXX

VIctor militaris cũ duob⁹ germ
nis:uidelicet trichino & antio
no apud hermicá hispanie ciui
tem passi sũt:q diuersis exanin
ti suppliciis:tandez pro xp̄i no
ꝯfessióe gloriosa:gladio capite trũcati:m
tyrii palmá percipe meruerunt. viiii. cal. a
gusti:Hec ado in suo martylogio.

¶ De scó iacobo maior̃ apostolo. CXXXI

IAcobus apostol⁹ q dicit̃ maio
ad differétiá alterius iacobi q
citur minor:non ꝙ hic maior i
lo fuisset etate:sed prior uoca
ne filius fuit zebedei & marie
roris matris dñi:a quo & ipa maria iaco
cognominata é. Sicq; ꝯsobrinus extitit xp̄
& frater ioánis euangeliste. Qui post asce
sionem dñi dũ p iudeam & samariá predic
set:in hispaniaz tandem iuit: ut ibi uerbu
dñi seminaret. Sed cum ibi quasi nihil pr
cere uideret̃:eo ꝙ solũmodo. 9. ibi discip
los acquisisset:duos ex illis ibidé causa p
dicationis reliquit:& alios. 7. secũ assum
in iudeá rediit:ubi dũ euágelizaret xp̄z:r
gus quidá nomine hermogenes cũ pharis
discipulũ suum nomine phileté ad eũ mis
ut eum disputando ꝯuinceret ꝙ sua predi
tio falsa esset. Sed cũ apostolus ecótra eu
rationib⁹ superasset: & multa corá eo mir
cula fecisset:rediit philetes ad hermogen
doctriná iacobi approbás & miracula re
tans:ac se iaz eius discipulũ effectũ ꝯtest
Quem hermogenes irat⁹ arte magica ad
ligauit:ut se moueri non posset. Quod c
philetes iacobo per puex̄ nũciasset:misit
eum apostolus sudariũ suũ:cuius contac
ꝯfestim solut⁹ philetes Hermogenis arti
insultauit:& ad apostolum pperauit. Tu
hermogenes demones ad illos misit:ut a
bos uinctos ad se adduceret. Qui ad iac
bum uenietes in aere ululabant:aduentu
ipsox̄ causam publice cũctis audiétib⁹ p
palabant:seq; catéis igneis religatos:& p
rimum cruciatos ab angelis deplorabat
Quos apostolus mox exoluit:eisq; mand
uit: ut ad hermogené accederét & ipsum
nullo ledétes ligatũ solummodo sibi de
rent. Qui abeuntes manus ei a tergo li
uerunt:& uictũ ad iacobũ pduxerũt. Et
querentes:ꝙ eos cruciandos misisset: ap

rogabant:ut eis poteſtatē ꝯcederet:quatenꝰ
ſuas iniurias & ipſoꝝ incendia uindicarent.
Cūq; ille eos interrogaret: cur philetē ipſis
aſſiſtentē nō tenerent. Demones rñderūt: qa
nec formicā:que eēt in eius cubiculo ꝯtinge
re poſſent. Iacobꝰ aūt exemplo magiſtri bo
na ꝓ malis reddere cupiens:phileti iuſſit:ut
hermogenē:q ipm ligauerat:ſolueret: & eiꝰ
libertati redderet. Cōfuſus hermogenes ſta
bat:& recedere nō audebat : qa iram demo/
num:ne eū occiderēt:nimiū timere dicebat.
Cui apoſtolus baculū ſuū dedit:& ille ſecu
us abiit:ac oēs libros artis magice ad iaco
um cremādos apportauit. Apoſtolꝰ uero
e forte odor incendii uexaret icautos: illos
mari demergi mandauit. Quo pacto her/
ogenes ad apoſtolū rediit:& ueniā poſtu/
uit:cepit quoq; in dei timore adeo ꝓfectꝰ
ſe:ut etiam in noie eiꝰ plurime uirtutes fie
ent. ¶Hec uidentes iudei zelo cōmoti apo
olum adierūt:& qa ieſum crucifixū predi
aret:increpauerūt. Qui poſtq̄ eis aduentū
paſſionē ac reſurrectionē xp̄i ꝑ ſcripturas
idēter ꝓbaſſet: & plurimi crediderint. A/
iathar pontifex anni illius ſeditionē i popu
excitauit:& ipſum teneri fecit. Tūc ioſias
riba funē in collo eius miſit: & cū multitu
ne iudeoꝝ apoſtolū ad herodem agrippā
raxit:quem herodes iudeis cōplacere cu/
ns decollari mādauit. Cūq; ad martyriū
uceret: quidā palyticus in uia iacēs ad eū
amauit:ut ipm ſanaret: quem apoſtolꝰ ꝯſe
im inuocato xp̄i noie ſanū efficit:quod ui/
ens io ſias ſcriba ꝑfatus:q funē in collo eiꝰ
iſerat:ad xp̄m ꝯuerſus eſt: & cū apoſtolo
collatus:ut infra ꝓxime dicet. Apoſtolus
go dñi ad locū adductꝰ capitis obtrunca/
ōe martyriū ꝯſumauit. 8. calē. aprilis uide
et in die annūciatiōis & paſſiōis xp̄i:& .8.
lē. augu. corpꝰ eiꝰ in cōpoſtellā trāſlatū ē.
e igit feſtū ſaluatoris ex apoſtoli ſolēnita/
impediret: ſtatuit eccleſia:ut feſtū paſſio/
s eius in die trāſlationis eius corporis tpe
delicet magis ꝯgruo celebret. ¶Decolla
igit iacobo diſcipuli eiꝰ nocte ꝓpter iude
timorē corpꝰ naui impoſuerūt: & ſepul/
rū eiꝰ dine ꝓuidentie cōmittētes nauē ſine
mige ꝯſcenderunt:& angelo duce in galli
in regno lupe regine applicuerūt. Corpꝰ
de naui deponentes ſup magnū lapidem
ſuerūt:q ut cera tenera corpori ceſſit:& i
dū ſarcophagi ſe corpi mirabiliter ada/
uit. Ingreſſi ergo diſcipuli ad reginā re
oie uere lupā:eidem dixerūt: q̄liter xp̄s
corpꝰ apoſtoli ſui miſerat: ut quē nolu/
t ſuſcipe uiuū:excipet uel defunctū. Nar
teſq; qualiter ſine remige ꝑueniſſent: lo/
ad ſepulturā ꝯgruum poſtulabāt. Regi/
aūt eos doloſe ad regem hiſpanie deſtina

uit:ut ſup hoc eius aſſenſum uti maioris re/
quirerent. Qui eos cepit:& in carcerē reclu
ſit:ſed cū diſcūberet: angelus dñi eos exol/
uit:& liberos abire pmiſit:quod rex audiēs
poſt eos milites:q illos occiderent : deſtina/
uit. Sed dū milites pontem tranſirent:fracto
pōte oēs in flumie ſubmerſi ſunt : quod rex
audiens & ſibi ac ſuis metuēs: diſcipulos a/
poſtoli pacifice reuocauit:& ab eis una cum
populo fidem xp̄i ſuſcepit: & quicqd petie/
rant libere ꝯceſſit. Audiēs hoc lupa doluit:
& redeūtibꝰ ſcis ac regis ꝯſenſum ꝑ litteras
apientibꝰ:reſpondit:ut boues ſuos: quos in
tali mōte hēbat:plauſtro iungerēt:& corpꝰ
mgr̄i ſui quocūq; uellēt tumulandum defer
rent. Hoc aūt doloſe faciebat:eo ꝙ draco in/
gens flāmā euomēs boues ipſos cuſtodiret:
quiq; tauri eēnt indomiti:q nec uehiculo iū
gi poſſent:uel ſi iungerent :huc illucq; diſ/
currerent:& ſic corpꝰ diſſiparent. Diſcipuli
uero dolū ignorātes montē aſcendūt:draco
nem ingentē i eos ignē ſpirantē ſigno crucis
ꝑ mediū uentrē ſcindūt:tauros uelut agnos
māſuetiſſimos plauſtro iungūt:& deſup ſā/
ctū corpꝰ cū lapide ſup quē poſitus fuerat i
ponunt. Boues aūt ſine alicuiꝰ regimine cor
pus in mediū palatii lupe detulerūt:quod il
la uidens credidit:& xp̄iana effecta omia ab
eis petita ꝯceſſit:palatiū ſcō corpori i eccle
ſia dedicauit:& mirifice dotauit: ubi requie
ſcit infinitis & maxis miraculis coruſcans.

¶De ſancto ioſia martyre. CXXXIIII

IOſias martyr fuit ille ſcriba iu/
deoꝝ:qui funē primꝰ miſit i col/
lo iacobi apoſtoli:ut ſupra ꝓxi/
me dictū eſt. Cū aūt apoſtolus
ad decollandū duceret:& paly/
ticum i uia repertū ſanaſſet:credidit ioſias
& ad pedes eiꝰ ꝓcidit:& ueniā petēs ſe xp̄ia/
num fieri poſtulauit : quod abiathar ſacer/
dos uidens eū teneri fecit:pugniſq; cedi iuſ/
ſit:miſſaq; de illo legatiōe ad herodē: ut cū
apl̄o decollaret:obtinuit. Cū āt ābo decol
lari deberent:apoſtolꝰ a ſpiculatore lagenā
aque petiit: & ibidē ioſiā baptizauit: qui cū
apoſtolo capitis obtruncatione ſimul occu/
buit. 8. calen. auguſti.

¶De ſcō chriſtophoro martyre. CXXXV

CHriſtophorꝰ martyr genere cha
naneus ante baptiſmū reprobus
uocatꝰ uultu terribilis & ꝓceriſ
ſime ſtature: utpote qui .xii. pe/
des in lōgitudine poſſidebat : in
lycia ciuitate amō ſub rege dagno paſſus ē.
Hic aliqñ cogitauit:ut maiorē principē mū
di quereret:ad quē ſecum moraturꝰ accede/
ret: uenit ergo ad quēdā maximū regē:de
quo fama erat:ꝙ maiorem dñm mundꝰ non
hēbat:in cuiꝰ curia chriſtophorus manebat

Cum aũt die quadam ioculator regi aſſiſtẽs cantionem diceret: in qua frequenter diabolum noĩaret: rex qui xp̃ianus erat ſignũ crucis ĩ faciẽ imprimebat. Quod chriſtophor⁹ notãs & admirãs: interrogauit cur rex hoc faceret:& quidnã ſignũ huiuſmodi ſibi uellet. Et cũ rex illi hoc dicere recuſaret: poſt multã inſtãtiam ei dixit: ꝙ illud ſignum faceret: ne ſepe nominatum diabolum timere poſſet. Chriſtophor⁹ autẽ ſtatim arguit: ꝙ diabol⁹ maior dñs q̃ rex erat: eo ꝙ ipſe illũ timebat:unde ſe deceptum cognoſcebat: qa maiorẽ mundi dominũ nõ inuenerat. Et uale faciẽs regi:diabolũ querẽdo ꝑperabat. Cum autẽ per ſolitudinẽ pergeret uidit maximã militum multitudinẽ: inter quos quidam terribilis & ferus ad eum uenit: & quo tenderet requiſiuit. Qui ſe ire querẽdo diabolum reſpondit: & ꝙ miles ille diabolus eſſet audiuit. Cui ſe chriſtophorus in ſeruitium ꝑpetuum tradidit. Et cũ ambo ꝑgerẽt & in uia cõi crucem erectaȝ inueniſſent: diabolus a ſemita fugiens in nemus declinauit: & chriſtophoruȝ ſecũ duxit:atq; poſt laborioſum iter ad uiã rediit. Quod chriſtophorus admirãs multa inſtãtia queſiuit:cur hec diabolus fecerit. Qui tãdẽ ꝯpulſus ei dixit: ꝙ homo quidã:q dicit̃ xp̃us in tali ſigno pepẽderat:quẽ ip̃m plurimũ formidabat & ob id ab ei⁹ ſigno diuertebat:chriſtophor⁹ aũt adhuc xp̃m maiorẽ diabolo fore concluſit: & ſic continuo ab ei⁹ ſeruitio diſceſſit:& xp̃ȝ querere feſtinauit. Sed cũ eum nullaten⁹ inuenire poſſet:ad eremitã deuenit:q ipſi xp̃m p̃dicauit:& de fide diligenter inſtruxit ac baptizauit. Cum aũt ei ieiuniũ & orationẽ pro peccatis ſuis imponeret: & chriſtophor⁹ ſe nihil hoꝝ perficere poſſe dixiſſet:ip̃m tandẽ ad quẽdã fluuiũ deſtinauit:ut ibi reſideret: & cũctos tranſire uolẽtes: eo ꝙ fortis eẽt & magnus trãſportaret: qđ xp̃o adeo gratum eẽt:ut ſe ipſi procul dubio reuelaret. Ad fluuium igit̃ acceſſit: & ibidẽ ſibi domũ ꝯſtruxit:portãſq; perticã ĩ manu loco baculi ſe in aqua ſubſtentabat:& oẽs ſine ceſſatione trãſportabat. Cũ aũt quadã nocte quieſceret: audiuit tertio uocem pueruli ſe uocãs:& ut ſe traduceret obſecrantis. Qui ſemel ac bis egreſſus neminẽ reppit:tertia uero uice puerum inueniens in humeris ſuis accepit:& baculo ſũpto flumẽ tranſiturus intrauit. Et ecce aqua fluminis paulatim intumeſcebat: & puer adinſtar plũbi grauiſſimi põderabat. Quãtoq; magis procedebat amplius unda creſcebat: & puer magis humeros chriſtophori deprimebat. Cũ aũt uix trãſuadaſſet: & puerũ depoſuiſſet: de pondere ꝯqueſtus ait:ꝙ in tantũ fuerat grauat⁹ acſi totũ mundũ ſuper humeros habuiſſȝ. Cui puer r̃ndit ꝙ non miraret̃:qa nedũ mundum ſup ſe h buerat: ſed illũ qui totũ mundũ creauera ſe quoq; xp̃m dñm eſſe dicebat. In cuius ſi gnum mãdauit: ut baculũ ſuum ĩ terra fig ret:quẽ mane floruiſſe & fructificaſſe uid ret. Statiq; ab oculis ei⁹ euanuit:chriſtoph rus aũt baculũ ĩ terrã fixit:& die altera ip ad modũ palme frondes & dactilos protu ſe ꝯſpexit. Sicq; xp̃m dñm ſibi appuiſſe c gnouit. ¶ Poſt hec aũt ad amõ ciuitatẽ de nit:ubi dũ eoꝝ linguã non intelligeret:or tione fuſa ipſoꝝ loquelã intelligere cep uirgã quoq; ſuã ĩ terrã fixit:& ut ad conu ſionẽ populi floreret dñm exorauit. Qu cũ factum fuiſſet decẽ & octo milia homi crediderũt. Rex aũt dagnus ducẽtos mili ad eum capiẽdũ miſit. Et cũ ipſum orãtẽ t nere non auderẽt:iterũ totidẽ miſit. Cum bus oratione premiſſa ad regem uenit:qu uidẽs rex ſtatura ĩ tantũ ſublimẽ territus & pre timore corrruit ĩ terram de ſede ſu ſed a miniſtris leuat⁹: chriſtophoꝝ de no ne & patria & religiõe requiſiuit. Qui cũ chriſtophoꝝ noĩe chananeũ gẽte ac xp̃ia religione diceret:& diis ſacrificare ꝯtem ret:rex ip̃m in carcere mãcipauit. Duas q q; puellas elegantes germanas nicetã & a linam de ſui corporis ꝓſtitutiõe uiuẽtes eum miſit:ꝑmittẽs eis munera ſi illũ ad p candũ ſecũ allicerent:& ad imolandũ diis flectere poſſent. Cumq; a puellis plauſu m nuum & amplexib⁹ urgeret̃:& ſcũs mart inſtanter dñm p̃caret̃: ſubito de faciẽ illi lux ĩmenſa refulſit: que puellas admodu exterruit. Quapp ille ꝯuer ſe ad xp̃m de c miſſis ueniã poſtularũt:& coronam mart rii ꝑceperũt: ut ſupra in eoꝝ paſſione ad eſt. 9. cal. auguſti. ¶ Deĩde chriſtophor⁹ r gi p̃ntatur & cũ ſacrificare nollet:uirgis f reis uerberat̃:& poſtmodũ galea ignita e capiti ĩponit̃:ſed ĩ his mĩme ſuperat̃. Dei ſuper ſcamnũ ferreuȝ alligatur:& ignis ĩ cta pice ſubter incendit̃: ſed ad inſtar ce ſcamnũ cõfringitur & ſcũs illeſus inueni Subſequenter aũt rex fecit illum ad ſtipi ligari:& a trecẽtis militib⁹ ſagittari: ſed gitte oẽs ſuſpenſe in aere permanebant. C aũt rex illuc accederet: ut ipſuȝ extinctũ ſpiceret: repẽte una ex ſagittis ex aere re ceſſit & regẽ percutiẽs uno oculo excecat Cui chriſtophor⁹ dixit:ut de ſanguine ip ĩ craſtinũ decollãdi ſumeret & oculũ lini uiſum recuparet. Tũc iuſſu regis ad dec landũ ducit̃:& ibidem fuſa oratione capi truncatur. Rex aũt de ſanguine ſuper ocu ponẽs ꝯtinuo uiſum recepit. Qua propte chriſtum credidit: & corpus ſcĩ martyris peliri mandauit. Paſſus ẽ autem octauo. c len. auguſti.

¶De ſancto cucuſante martyre. CXXXVI

CVcuſans martyr in ciuitate bar/cinona ſub preſide ruſino paſſus eſt. Hic ſcũs una cum felice ger/mano ſuo ex ſcyllitana citate nõbilibus ꝑentibꝰ ortus: ceſaream mauritanam ſtudioꝝ gr̃a ꝯmigrauit. Indeq; ambo poſt tp̃s aliquod diſcedẽtes & ad ꝑtes occidẽtis ſe trãſferẽtes: oĩa ſua ꝓ xp̃o paupibus erogarũt. Et felix qdẽ in ciuitate gerũda martyr effectꝰ eſt: ut de eo i eiꝰ paſſiõe dicet̃ calẽ. auguſti. ¶Cucuſans uero in ciuitatẽ barcinonã deueniẽs: dũ xp̃m annũciaret: a galerio ꝓcõſule tẽtus eſt: & dũ ſacrificare nollet: iuſſu ꝓcõſulis a. 12. militibus ſibi uiciſſim ſuccedẽtibus grauiſſime & diutiꝰ tortus eſt: ita ut iteſtina dirupto corpore deflu erent. Cũ autẽ orationẽ xp̃i martyr fudiſſet: tortores excecant̃. Procõſul una cũ eiꝰ idolis terra ſe aꝑiente abſorbet̃. Cucuſás uero inteſtinis in alueũ diuinitꝰ repoſitis repente ſanat̃: quẽ pagani catenis uinctũ maximião ꝑ̃ſidi preſentarunt: qui cucuſantẽ in craticula iuſſit aſſari: ſinapi & aceto plagis ꝑfundi. Sed cũ hec oĩa ſuꝑaſſet: & aſſatores eiꝰ erum pente flãma interiſſent: in ignẽ copioſuꝫ mittitur: ſed eo orante ignis extinguit̃: dehinc i carcere clauſus lumine celico ſuꝑ eũ emiſſo ꝯfortatur: cuſtodeſq; hec aſpiciẽtes ad xp̃m ꝯuertunt̃. Mane aũt facto cũ iubẽte preſide cardis ferreis & tauris cederet̃: orauit ad dominũ: & ꝯtinuo ꝑ̃ſes uadens ad arã iouis de curru ꝯcidit: & fractis ceruicibus expirauit. Idola quoq; ad que ꝑgebat: in puluerẽ redacta ſunt: quo miraculo multi de populo in xp̃m crediderũt. Demũ ſuccedente ruſino in preſidẽ ciuitatis: cucuſans ab ipſo denuo cõꝑhenſus ac decollatus eſt: ſepultꝰ barcinone 8. calẽ. auguſti: cuius corpꝰ inde ꝓceſſu tp̃is tranſlatum in eccleſia ſancti dionyſii piſieñ ad preſens quieſcit.

¶De ſcis nemeſio & lucilla mr̃i. CXXXVII

NEmeſius & lucilla filia eius uirgo paſſi ſunt i urbe ſub impatoribus ualeriano & galieno. Cuꝫ eni nemeſiꝰ tribunus eẽt militũ & lucillá filiam cecã a natiuitate haberet: audiens qualiter ſanctꝰ ſtephanꝰ papa in xp̃i noĩe oẽs egros curaret: acceſſit ad eũ ſacrificantẽ in crypta nepotiana: & filiam eius ad ip̃m detulit: rogans ut ſe ac filiã baptizaret: ip̃amq; lumẽ aſpicere faceret: quos ibi beatus ſtephanꝰ baptizauit: lucilla uirgo lumen recepit: ſeq; uirũ quendã mirabilem ꝯſpexiſſe i baptiſmate dixit: qui eiꝰ oculos illumiauit. Eodem die uiſo miraculo baptizatus ẽ ſymphroniꝰ diſpẽſator nemeſii cũ ſua familia ip̃iꝰ ꝓmiſcui ſexꝰ nũero. lxii. Nemeſius quoq; a btõ papa ſtephano diaconus ordinatꝰ eſt. Quod audiẽtes ualerianꝰ & maximus ꝯſules iuſſerunt nemeſiũ teneri. Cum aũt die quadam ꝑ̃dicti duo ꝯſules in templo martis uia apia ſacrificarent: & nemeſiꝰ illac tranſiens orationẽ faceret: maximus a demonio arripitur: & clamare cepit: ꝙ a nemeſio torqueret̃: & cũ miniſtri egreſſi nemeſiũ tenuiſſent: maximus ꝯſul continuo expirauit. Valerianus aũt ꝯſul nemeſiũ in carcerẽ trudi fecit: Lucillã uero filiam eiꝰ apud quãdã paganam noĩe maximã in cuſtodiã deputauit: deinde ſymphroniũ eius diſpenſatorẽ tenuit: tradiditq; eũ olympio tribuno examinandũ. Cũ aũt ad predicatiõem ſymphronii olympius crediſſet: & cũ uxore exuꝑia ac filio theodolo a ſcõ papa ſtephano baptizati fuiſſent: ut dicet̃ infra in eoꝝ paſſione. Audientes hec impatores miſerũt ad ualerianũ ꝯſulem: & fecerunt ſibi nemeſiũ & lucillá filiam eiꝰ p̃̃ſentari: & cũ ambo in xp̃i noĩs ꝯfeſſione ꝑſiſterent: Lucillam qdem in uia apia ante tẽpluꝫ martis ſpectãte p̃re iugulari iuſſerũt: deinde inter uiam apiã & latinã nemeſium diaconẽ capite truncari fecerunt. Quorum corpora ſcũs ſtephanꝰ papa uia latina nõ lõge ab urbe ſepeliuit. 8. calẽ. auguſti.

¶De tranſlatiõe ſãcti germani. CXXXVIII

TRanſlatio corporis ſci germani ep̃i piſieñ ab incolis eiuſdẽ ciuitatis. 8. calẽ. auguſti celebratur: cuius reliquiis dñs tantá gratiaꝫ ꝯtulit: ut in eiꝰ tranſlatiõe corꝑis eaꝝ contactu cecis uiſum: ſurdis auditum: claudis greſſum ꝑ̃beret: multoſq; languoribus uariis detentos ſanos efficeret: & obſeſſos ab imundis ſpiritibus liberaret.

¶De ſcã anna matre dñe nr̃e. CXXXIX

ANna mater glorioſe uirginis marie: ut in hiſtoriis tribuuꝫ iſrael hẽt̃: de tribu iuda ciuitate bethleem orta eſt: uirq; eiꝰ ioachim ex eadẽ tribu de galilea ciuitate nazareth originẽ duxit. Hec tribꝰ uiris ſucceſſiue nupta fuit: quoꝝ primꝰ fuit ioachim: ſecũdus cleophas eiuſdẽ ioachim frater: qui eã maſculina ſobole carentẽ ſ̃m legem mortuo germano in ꝯiugem aſſumpſit: ut ſemẽ fratris ſuſcitaret. Tertius aũt extitit ſalome duoꝝ prioꝝ oĩno extraneꝰ. Ex primo aũt uiro anna glorioſam uirginẽ mariam genuit: que ioſeph deſponſata nõ tamẽ in ꝯcupiſcẽtia iuncta: xp̃m per ſpiritũſanctũ ꝓcreauit. Ex ſ̃o aliam filiá mariá noĩe ſimiliter peperit: que nupta alpheo q̃ttuor filios edidit: uidelicet iacobũ minorem apoſtolũ: ioſeph iuſtũ: & ſimonẽ & iudã. Ex tertio autẽ uiro tertiá filiam mariá etiá nominatá ꝓcreauit: que nupta zebedeo duos filios parturiuit ſcilicet iacobũ maiorẽ apoſtolũ: & ioánem

euangeliſtā. Ipſa quoq; beata anna ante ter/
tii mariti obitū in pace quieuit. Et ſepulta ē
in bethleem i tumulo paterno. 7. cal. augu/
ſti: ut tradit hieronymus.

¶ De ſcō ioachim patre dñe. CXXXX

IOachiȝ pater dñe nr̄e filius bar
banthere: & maritus ſcē anne de
tribu iuda ex prouincia galilee
ciuitate nazareth duxit originē.
Qui cū in bonis tpalib⁹ abunda
ret ab ānis. xv. deo ſeruire cepit: & de facul
tatibus ſuis paupib⁹ & peregrinis atq; tem/
plo dñi & eius miniſtris largiflue miniſtra/
bat. Et cū eſſet annoꝝ. 30. duxit i ꝯiugem an
nam filiā agar de tribu ſua ex citate bethleē
ex qua uſq; ad annos. 20. nullam prolē ſuſce
pit. Diuina tandē diſpoſitione mariā genitri
cem xp̄i futurā ex ipſa filiam ꝓcreauit: ut di
cetur plene in natiuitate uirginis. vi. idus ſe/
ptēbris. Poſtq̄ aūt eandem uirginē ad tēplū
adduxit: & dei ibidē ſeruitio iuxta uotū mā
cipauit: & ipe ioachim domū rediēſ modico
tpe ſuperuixit: & plenus uirtutibus in pace
cū patribus ſuis dormiuit. Sepultus in naza
reth i ſepulchro patrū ſuoꝝ. Quo autē die
migrauerit repiri non poteſt. Ideo & ei⁹ ge
ſta feſto anne ipſius ꝯiugis adiunguntur.

¶ De ſcō paſtore pſbytero & ꝯfeſſor. CXLI

PAſtor preſbyter i eremo de ſcy/
thi claruit tpe ſcoꝝ patrum ana
choritarū. Qui abſtinentia ma/
gna ſe affligens: multa ſcitate &
religione pollebat. Cuȝ aūt ma
ter ipm abbatē & monachos ſuos uidere cu
raret: & ad eccleſiam eūtes obſeruaſſet: pa/
ſtor cum fratribus cellā intrātes hoſtium i
faciem eius clauſerunt. Cū autē illa flens ad
hoſtium clamaret: & filiū uidere obnoxius
poſtularet: ipſe matri ſe uideri prohibuit:
hortās illam ut equanimiter ferret: qa ſi nō
in pn̄ti ſeculo ſaltem ipm in futuro uideret:
que confortata diſceſſit: & ipm amplius aſpi
cere nō curauit. ¶ Iudex prouicie cuȝ abba
tem paſtorē uidere cuperet: ſed negret: filiū
ſororis ei⁹ tanq̄ malefactorē carcerauit: di/
cens ꝙ ſi paſtor pro eo iterceſſurus ueniret:
ipm dimitteret. Mater ergo iuuenis & ſoror
abbatis ad hoſtiū iuit: & lachrymis ut ꝓ eo
iudicem adiret inſtāter rogauit. Cui ille mā
dauit dicens: ꝙ paſtor filios non generauit.
Qua cū dolore diſcedēte iudex ait: ut ſaltē
uerbo iuberet: & illū dimitteret. Ille aūt re
mandauit: ut cām ſm legem examiaret: & ſi
dign⁹ eſſet morte: illū occideret: ſinaūt quo
modo uellet faceret. Docebat aūt fratres di/
cens ꝙ aiam ſuam a peccato cuſtodire & ſe
ipm conſiderare & diſcretionē habere: ſunt
a'e pfectiones. Tribulatio & diſcretio ſūt ꝯ/
perationes ſolitarie uite. ¶ Cum quidaȝ fra/
ter de quadā ꝯgregatione offendiſſet: abba
de ꝯſilio cuiuſdā ſolitarii expulit eū: quem
flentē abbas paſtor ad ſe accerſiuit: & pro il
lo ſolitario miſit. Et cuȝ ueniſſet abbas ei di
xit: ꝙ duo homines erant: qui ābo ſuos mo
tuos habebant. Quoꝝ unus mortuum ſuu
reliqt: & iuit plorare mortuū alteri⁹. Quo
ſolitarius de ſe dictū intelligēs ꝯpunctus ē.
¶ Frater quidā abbati paſtori dixit ſe ptu
batū eſſe & locū uelle deſerere: quia uerb
quedā de fratre audierat que eū maxime ſc
dalizabat: dixit paſtor ne hec uerba crede
ret: quia uera non eſſent. Ille uero uerba e
uera affirmabat: quia frater fidelis ipſi dixe
rat. Et ille rn̄dit: ꝙ ſi fidelis eēt nō ipſi dix
ſet. Affirmāti aūt oino uera eē: propoſuit
pabolā euangelii de trabe & feſtuca: admo
nens ut in corde ſuo poneret: ꝙ peccata ſu
trabes eſſet: & aliena feſtuca. ¶ Frater qu
dam qui grāde peccatū ꝯmiſit penitētiā fac
re uolens: interrogauit paſtorē ſi triēnis p
nitentia ſatis eſſet: qui dixit ꝙ multū eſt. In
terrogatus ſi annus ſufficeret: rn̄dit ꝙ mu
tū ē. Interrogatus de. 40. dieb⁹: rn̄dit ꝙ mu
tum ē. Addēs ꝙ ſi hō ex toto corde penitea
& penitentiā triduanā agat ſuſcipiet deus
¶ Interrogatus de illo uerbo: q iraſcit fr
tri ſuo ſine cā ꝛc: quid eſſet ſine cā iraſci re
pondit. Ex omni re qua homo a frē ſuo gr
uatur: iraſci ſine cā: donec oculū ipi abſtr
hat. Si aūt quis eum a deo ſepare uellet pr
hoc iraſci debet. ¶ Cōqueſt⁹ ē ei frater qu
dā ꝙ multas cogitationes habēs i ipſis per
clitabat: q eū ſub diuo eduxit iubēs ut ſin
expanderet: & uentū teneret: qui rn̄dit ſe n
poſſe: ſic inquit ille: quia cogitatiōes repel
non poſſunt ne introeāt: hominis aūt ē eis r
ſiſtere. Quieuit aūt uir ſcūs in dn̄o. 7. cal
augu. ſcitate & uita cōſpicuus & miracul
clarus.

¶ De ſcō eraſte diſcipulo. CXLI

ERaſtes diſcipulus un⁹ ex. 72. d
quo apoſtolus ad ro. 16. & pri
timoth. 4. ca. mētionē facit: & d
quo ſcribit act. 19. ep̄s meadi f
it poſt hieroſolymoꝝ diſpſionē
ut abbas dorothe⁹ ponit. Ado tn̄ dicit i ma
tylogio ex datariis hieronymi ſumpto: ꝙ
beato paulo apoſtolo philippis ep̄s relict
ibidē martyrio coronat⁹ qeuit. 7. cal. aug

¶ De ſcō hiacyntho martyre. CXLII

HIacynthus mr̄ rome i portu ſu
ꝯſulari leontio paſſus ē. Que
xp̄ianū cōptum luxurius quid
prim⁹ citatis taracine detinuit
& cōſulari tradidit. Qui prim
ab eodē in copioſum ignē imiſſus: dū exiſſe
illeſus: i ualidiſſimū deinde torrentē pcipi
tatus: ad littus tn̄ diuino nutu incolumis ei

ctus eſt. Quod dū ꝯſulari leontio nunciatū eſſet: ipm gladio feriri iuſſit: quem matrona nomine iulia cum ſeruis ſuis iuxta ipſam ciuitatem taracinam i ſuo predio ſepeliuit. 7. calen. auguſti.

¶ De ſancto ſymphronio olympio & ſociis martyribus. CXLIIII

Symphronius: olympius: theodolus & exuperia martyres rome paſſi ſunt ſub ualeriano & galieno impatoribus. Symphronius enim cū eſſet diſpenſator domus nemeſii tribuni: de quo ſupra actū eſt in eiꝰ paſſione. 8. calē. auguſti una cū eodem domino ſuo a ſancto ſtephano papa xpi fidem erudiuit: & baptiſmum ſuſcepit. Cum autē ualerianus ꝯſul nemeſium carceri mancipaſſet una cū lucilla eiꝰ filia: & ipm ſymphronium ſimiliter cōprehendit: & tradidit olympio tribuno: qui facultates nemeſii a ſymphronio exquirebat: & ipm ad deorū ſacrificia inuitabat. Symphronius autē reſpondit: ſe oēs facultates dñi ſui eius mandato xpianis paupibus erogaſſe: & nunq̄ idolis: que demonia ſunt: imolare poſſe. Quē olympiꝰ in catafta extenſum iuſſit fuſtibus cedi: deinc ſimulacꝝ martis cū tripode deferri: ut ſacrificaret. Sed cū ſanctꝰ idolum maledixiſſet: liquefactū eſt ſicut lutum: quod admirans olympius ipm terculino uicario cuſtodiendū dedit: & ueniēs domū exuperie uxori uniuerſa narrauit: cuius ſuaſione olympius xpo credidit: & ueniens ad ſymphroniuȝ cū uxore p̄dicta & filio theodolo baptiſma ſibi expetiit: & ſymphronio ueniā petēs eū abire permiſit: qui ſanctū ſtephanū papam ad domum olympii nocte pduxit: illeq; olympium cum uxore & filio pariter baptizauit. Hec audientes impatores nemeſiū cū lucilla eius filia gladio pimi iuſſerunt: ut ſupra i eoꝝ geſtis dictū eſt: deinde ſymphroniuȝ & olympium cū cōiuge & nato cōprehendi fecerunt: quos in xpi ꝯfeſſione perſiſtentes iuſſerunt auguſti ante ſimulacꝝ ſolis iuxta amphitheatrū duci: & ad ſtipites ligari: igneq; ſuppoſito ꝯgerie ſarmentoꝝ ſpinaꝝ & ſtupariorum incendio cōcremari: ſicq; odoriferꝝ domino ſacrificiū reddiderunt: quoꝝ corpora a ſancto ſtephano papa cū clericis ſuis uia latina miliario ab urbe primo ſepulta ſunt. 6. calen. auguſti.

¶ De ſancto hermolao preſbytero & martyre. CXLV

Hermolaus preſbyter & martyr apud nicomediam paſſus eſt ſub maximiano impatore. Hic ex parentibus romanis nō infimis ortus: ab ipſis cunabulis deo ſeruiens ad ſacerdotii dignitatē peruenit: & multos in fide xpi erudiuit: inter quos ſauinam nobili genere ortam: & pātaleonē cuſtorgii ſenatoris filium baptizauit: & ad martyriuȝ exhortando perduxit: ut dicet̄ infra in eius paſſione. 5. calē. auguſti. Hoc audiens maximianus: qui tunc in ciuitate nicomedie reſidebat: fecit hermolaū ꝯprehendi & ſibi preſentari: quem dudū auditum cū oīno diis imolare cōtradiceret: iuſſit eū nudū appendi & flagellari: ac deinde tam diutius ungulis radi: donec carnes eius in terram defluerēt: cui in tormentis angelus dñi aſtitit: & eū ut conſtans exiſteret ꝯfortauit. Deinde depoſitum impator ipm in carcerē cū uerberibus recludi fecit. Ad quem noctu multi chriſtiani ueniebant: & ei neceſſaria miniſtrabant: in ipſo autē ergaſtulo exiſtens ſanctus martyr multa ſigna operatus eſt diuina uirtute. Nā mācis dexteras reddidit: erutis oculis lumē reſtituit: quaſſatis nautis in maris periculo inuocato nomine eius preſens apparuit: ſedatiſq; fluctibus ad portum ſalutis eos illeſos ꝯduxit: demones eiecit: febres depulit: ſurdis auditum: & claudis greſſuȝ prebuit. omnes quoq; egros ad ipm uenientes ſanos effecit. Elemoſynas quoq; ei impenſas pauperibus diuidebat: & omnes in fide xpi plenius inſtruebat. Ad quē inter ceteros horridus leproſus acceſſit: & eius miſericordiam poſtulauit: quem facta oratione ab omni lepra ita mundauit: ut nec in eo macula apparet. ¶ Ante crepuſculū etiā diei nobilis q̄dā uir romanꝰ cū uxore & turba copioſa ad ipm ueniens unicū filiū ſuū nuper defunctū in loculo ei adduxit: & ut ipm ſuſcitaret: lachrymabiliter ſupplicauit. Qui ſi ipſi in xpm credere uellēt: id ſe factuꝝ ꝓmiſit. Et cū eis fidē dñi p̄dicaſſet: & oēs ſe credituros aſſererēt: orationē fudit: & ꝯtinuo adoleſcēs reſurrexit: & baptizatꝰ eſt cū pentibus: & oīs turba que eū ſecuta fuerat diuerſi ſexꝰ numero. 555. & ſic oēs cū gaudio ad ꝓpria redierunt. ¶ Que cū maximianꝰ impator audiſſet in p̄ſentia principū ſuoꝝ iuſſit ſibi ſanctū martyrē exhiberi: q cū diutiꝰ exaiatus impatorem uiua uoce ꝯfunderet: ipmq; uanuȝ & mendacē ꝯprobaret: iuſſit illū iteꝝ in equuleo leuari: & unguibꝰ ferreis carnes eiꝰ lacerari: ac laminas ardentes pectori & lateribꝰ ſubminiſtrari: qui uoce celica ꝯfirmatꝰ miniſtris laſſis ac deficientibꝰ in torquēdo triduo ideficiens i patibulo pdurauit. Tādem depoſitꝰ capitalē ſubire ſniam iuſſus eſt. Et decollatus eſt cū duobꝰ uiris xpianis fratribus uidelicet hermippo & hermocrate: & ſepultus in nicomedia ciuitate. 6. calen. auguſti: Cuius corpus uenetias tranſlatum quieſcit in eadem urbe in baſilica ſci ſymeonis ꝓphete: ubi & plurimis miraculis pollet.

❡De ſcō pantaleone martyre. CXLVI.

PAntaleon martyr i ciuitate nico/
media paſſus eſt ſub maximiano
impatore. Hic fuit filius euſtor/
gii nobiliſ ſenatoris eiuſdē urbiſ
qui erat gentilis & matris eubo/
le xp̄iane. Quē pater cū eſſet omni elegātia
decoratus defūcta matre tradidit euphroſy/
no magr̄o ut diſceret artē medicine:&ſic im
peratorib⁹ ſemp aſſiſtere poſſet. Cū aūt ua/
ſingulos dies.30.cori ſimile:&.60.cori fa
ne.x.bouef pingues:&.20.paſcuales:&.ic
arietes excepta uenatiōe ceruoꝝ & caprec
& auiū altilium: ſed & piſces ei quotidie
numerabiles portabanť.Et fuit in dieb⁹ e
pax ſūma in terra:habebat quoq; ſalomō
dragita milia equoꝝ curruliū & duodeci
milia equeſtrū.Et precedebat ī ſapiētia c
ctos homīes & reges oriētaliū & egyptio
¶Quarto igiť anno regni ſui: qui fuit an
quadrigenteſim⁹octuageſim⁹ egreſſionis
rael ex egypto menſe maio:primo tēplū
mini cepit edificare in hieruſalē de marm
re candido:qđ pariū diciť in mōte moria
quo abrahaā olim filium iuſſu dīno uol
imolare:& in anno.xi.regni ſui menſis o
bris ꝯſumauit.Ita ꝙ ī.7.ānis &.vi.mēſi
cum ſuis utenſilib⁹ꝯpletū eſt.Sic eni om
extra urbem dolata & pfecta ſunt : ꝙ nul
ferramētum auditū eſt ī domo dn̄i cum
ficareť.Hiras quoq; rex tyri olim amic⁹
uid ligna cedrina de libano exciſa per m
ſeruoꝝ ſuoꝝ ſalomoni adminiſtrauit.¶I
citur etiā ſalomonē ad eruderādos celer
lapides habuiſſe ſanguinē uermiculi ꝗ t
min⁹diciť:quo liniti marmores facili⁹ ſe
bantur:quē inuenit hoc modo.Erat ſalo
ni ſtruthi⁹ hn̄s pullum:quē ſub uitreo u
incluſum:cum pater habere nequiret : t
uermiculum de deſerto : cuius ſanguine
treū liniens ꝯfractum eſt. Dū autē ꝯſum
tur edificiū poſitus ē lapis uiuus in ang
ſuperiori cūctis mirātibus:quia ab edifi
tibus nec in fundamēto nec in muro unq̄
ni potuit:nec ē ei inuentus locus . Et ipſ
eſt prophetia dauid: lapidē quē reprob
runt edificantes ꝛc.¶Tēplo igitur ꝯſum
rex ſalomon menſes .7. illud ſolēniter de
cauit:& arcā dn̄i de ciuitate dauid eodē
ſtulit.Deinde ad edificiū domoꝝacceſſit:
xiii.ānis uix cōpleuit.Nō eni circa eas ac
ferués erat:nec ad eas opulentia ipſi a pa
ſicut ad templū prepata fuerat.Fecit aut
tres domos:unam ſibi : & alterā uxori f
pharaonis:& tertiā domūſaltus. Deinde
re regi tyro:qui ſibi prebuerat auxiliū ī
ro & lignis ad tēplū dn̄i ꝯſtruendum de
20. oppida ī terra galilee de ſorte nepta
maritima. Et extunc terra illa dicta eſt g
lea gentiū : quia in ditiōe regis gentilis
¶Salomon etiā miro robore muros ci
tis hieruſalē edificauit:& ampliauit : &
uas ciuitates ī pluribus locis fundauit.
liis iſrael nullū ſibi ſeruum fecit:ſed cha
neos ſibi tributarios ſubiugauit . Claſſ
quoq; fecit in inſula maris rubri : que d
tur aſiongaber:& deferebant ei uiri nau
de ophir aurū multū & argentū & gemn
& aromata & alia precioſa de indie part

allata. Et habuit rex ſalomon diuitias inexti
mabiles: ūde & in dieb⁹ ſuis q̄ſi nullius p̄cii
erat argentū in hieruſalē: nam & ſedilia pre
foribus domoꝝ plurima argentea erant: &
tanta argenti copia quāta lapidū uel ligno/
rum. Oia uaſa domus ſue erant aurea: & u/
niuerſa ſupellex domuſſaltus ex auro puriſ
ſimo erat. Et magnificatus eſt rex ſalomon
ſup oēs reges terre diuitiis & ſapientia: & u/
niuerſi deſiderabant eū uidere: & deferebāt
undiq; ei munera & iocalia p̄cioſa: & arma
bellica: & equi & muli fortiſſimi & decori.
¶Ad huius opinionē incredibilē regina ſa/
ba ethiopie ſapientiſſima uenit eū tentare in
enigmatib⁹: & ingreſſa eſt hieruſalē cum co
mitatu multo & diuitiis. Et honorauit eam
rex ultra modū: ac docuit eā i his oib⁹: que
ſibi ꝓpoſuit: unde admirans nō hēbat ſpūm.
egꝫ tn̄ tria p̄ ceteris admirata eſt uidelicet
domūſaltus: & ſupra tēpli fabricā ordinem
frequentiā miniſtrantiū in tēplo. Itē ordi/
nem & diſtinctionē regi ſeruientiū in menſa
in tanta multitudine miniſtroꝝ null⁹ du/
bitaret: qs cuius rei miniſterio fungeretur:
nec eēt unq̄ op⁹: ut cuiq̄ eoꝝ: ꝙ tale quid fa/
ceret: p alium mādaret. Dedit aūt regi mu/
nera. ſ. 300. talēta auri & gēmas p̄cioſas &
aromata quanta & qualia alias in hieruſalē
fuerant uiſa. Dicit etiā ioſeph⁹: eā dediſſe
regi radicē balſami: unde ꝓpagate ſūt uinee
engaddi: cui & ſalomō plurima redonauit.
Cūq; regina ad terram ſuā reuerſa eēt: tra/
dunt qdā ipſam regi ſcripſiſſe: ꝙ p̄ſentialiter
timuit ei dicere: ſe uidiſſe in domoſalt⁹ lignū
in quo ſuſpendend⁹ eēt quidā: ꝓ cui⁹ morte
regnū iudeoꝝ periret: & certis idiciis illud
regi indicauit. Quod timens ſalomon in ꝓ/
fundiſſimis terre uiſceribus illud occulta/
uit: & hoc lignum crucis dn̄ice fuit: quod tn̄
paſſiōis tēpore miraculoſe ſupenatauit: ut
ſupra dictū eſt i legenda ſci ade poſt ſeptua
geſimā. io. calē. febr̄. ¶Cū aūt ſalomon iaꝫ
ꝓpe ſenectutē eēt: cōtra legem dei mulieres
multas gentiliū amauit. Habuit eni uxores
7..& cōcubinas. 30. que auerterūt cor ei⁹ a
deo: & ſecutus eſt deos alienos: ne eas cōtri
ſtaret. Edificauit eni in excelſis circa hieru/
ſalē tria phana idoloꝝ. ſ. unū aſtaroth dee
ſidonioꝝ: que iuno dr̄. Secundū cadimū ido
lo moabitaꝝ. Tertiū moloch idolo amonita
rum in mōte olīueti e regione tēpli: quod plu
rimū deo diſplicuit: unde poſtea locus ille
dict⁹ eſt loc⁹ offenſiōis. Ideo ꝓpter huiuſmo
di peccata deus ſalomoni adhuc uiuenti ad/
uerſarios ſuſcitauit: eiuſq; regnū poſt mor/
tem ei⁹ ſcindendū eſſe p̄dixit. Sicq; qui pri⁹
pacē habebat undiq; uitā in tribulatiōe fini/
uit: & cū annis. 40. regnaſſet mortuus ē: ſed
ut dictū eſt ipm circa uite finem penituit: &
ſepultus eſt in ſepulchro dauid patris ſui in
hieruſalē. ¶Et notandū: ꝙ ſalomō dr̄ ſenex
fuiſſe: de quo mirandū eſt: cū modicū ultra
50. ānos uixiſſe legat̄. Nam. xi. ānoꝝ genuit
roboam: &. 40. annis regnaſſe dr̄: plenius er
go ioſeph⁹ hoc declarat dicens: ꝙ ſalomon
ualde longeu⁹ mortu⁹ ē: q regnauit ānis. 80.
uixit aūt annis. 94. Sed diuina ſcriptura eos
tantū ānos exprimit: qbus anteq̄ preuarica
ret̄ regnauit. ¶Aiunt hebrei ſalomoneꝫ de
idolatrie peccato penitentē ſe trahi feciſſe p
plateas hieruſalē cā pnie: & inde eū in tēplū
ueniſſe quod fecerat cū. 7. uirgis: de qb⁹ de/
dit q̄ttuor legis pitis: ut uerberaret̄ ab illis:
q cōi ꝯſilio dixerūt: ꝙ i unctū dn̄i manū nō
mitterent: unde fruſtrat⁹ ab illis a ſeipſo de
poſitus eſt: & ſeipm̄ uerberauit: & hec ſunt
uerba ſalomōis de ſeipſo ſcribētis. Poſtq̄ a/
miſerat regnū: xp̄s purgauit peccata ipſius
& exaltauit in eternū cornu ei⁹: & dedit illi
thronū regni & ſedem glorie iſrael. ¶Scri/
pſit aūt ſalomon libros tres. ſ. pabolaꝝ ſiue
ꝓuerbioꝝ: & eccleſiaſten: atq; cantica canti
coꝝ. Libꝝ aūt ſapie quidā a ieſu ſyrach con
ſcriptum aſſerūt: quidā ab ipſo ſalomone: q
tn̄ apud hebreos nuſq̄ eſt: qa & grecam elo
quentiā redolet: ut ait hieronym⁹: & nō nul
li hūc eſſe iudei philonis affirmāt. Prim⁹ aūt
liber ꝓuerbioꝝ in pabolis. 5. ꝯſiſtit. Terti⁹ i
uerſib⁹. 5. qui dragmata dicunt̄. Et diſputa/
uit de natura arboꝝ & herbaꝝ a cedro uſq;
ad iſopū. De naturis quoq; auiū & omnium
animātiū philoſophat⁹ eſt: p unū quodq; ge
nus pabolā dicens. Excogitauit etiā cōiura
tiones: quibus egritudines mitigant̄. Alias
quoq; qbus demones eiicerent̄: & alias qui
bus obſtricti nō redirēt. Et ſic ex ipſo textu
biblie ꝯſtat ipm̄ etiā alia uolumina cōpoſu
iſſe: p̄ter ea que in canone continent̄. ¶Hec
oia ex tertio regū a cap. 2. uſq; ad. xi. inclu/
ſiue: & ex ſ̄o palipomenō a pricipio uſq; ad
cap. x. incluſiue. Et ex dictis ioſephi: hiero/
nymi: & ex hiſtoria ſcholaſtica: atq; ex chro
nicis guilelmi breuiter collecta ſunt.

¶De ſcō ieſu ſyrach ꝓpheta. II

IEſus filius ſyrach ortus in hieru
ſalē honorabilis doctor legis &
diuina ſapientia pluſtratus tēpo
re ptolemei euergetis regis egy
pti ſub ſimone onie filio ſacerdo
te claruit: qui libꝝ eccleſiaſticū cōpoſuit: i
quo & eiuſdē ſimonis mentionē facit. Librū
etiā: qui ſapia intitulat̄: cōpilaſſe dr̄: quāuis
de hoc nulla certa ueritas habeat̄: qui ſapiē
tia & ſanctitate pollens in dieb⁹ eleazari ſa/
cerdotis tpe ptolemei philopatoris nature
humane debitū ſoluit: ſepultuſq; ē in hieru
ſalē in ſepulchro patꝝ ſuoꝝ: & a iudeis ma
xima ueneratione celebris hēt̄: cuius librū

&

nepos ipſius ex filio eiuſdē cuȝ eo noīe ieſus ex hebreo i grecū trāſtulit: ut idem i ipiꝰ libri prologo teſtatur.

¶ De ſcō petro ad uincula. III.

Feſtū ſci petri ad uincula q̄ttuor ex cauſis īſtitutū fuiſſe putatur: ſcilicet ī memoriā liberatiōis: in memoriā catenaꝝ ipſius reptōis: pro deſtruendo ritu gentilium: & pro impetranda abſolutione ſpiritualiuȝ uinculorum. ¶ Prima igitur cā eſt ī memoriā liberatiōis petri. Nā ſicut ī hiſtoria ſcholaſtica dr̄. Herodes agrippa romam adiit: & ibi caio nepoti tiberii ceſaris familiariſſimꝰ extitit: unde poſt aliqđ tēpꝰ tiberio defūcto caius in ipſum ſublimatꝰ: herodē regem in iudeam deſtinauit. Qui cū ueniſſet hieruſalem: ut dicit̄ act. xii. occidit iacobū fratrem ioānis gladio: uidēs aūt quia placeret iudeiſ in diebꝰ azymoꝝ petrū apprehēdit: & in carcere catenis uinctū recluſit. Angelus aūt eidem noctu aſtitit & lumem in habitaculo refulſit: ac petrū a uinculis mirabiliter abſoluit: liberūq; abire dimiſit. Sequēti autē die dū herodes cuſtodes detentos pp liberationem petri diuerſis uellet penis afficere: concitus in ceſareā deſcendit: ubi dū eſſet ſicut refert ioſephus in. 19. antiq̄tatuȝ libro: & ad eum totius prouīcie uiri unanimiter ꝯueniſſēt: ille ueſte ex auro mirabiliter ꝯtexta idutus icipiente die proceſſit ad theatrū: ubi dū primos ſolis radios ueſtis aurea ſuſcepiſſet: repcuſſo ſplēdore duplicatā ſpectātibꝰ lucem fulgor metalli uibrātis effudit: ut per hoc plus aliquid de eo q̄ humane nature eſt artifex arrogantia mētiret̄. Qui mox ad populum uti facūdiſſimus erat melliflūo ſmone ꝯcionari cepit. Illico adulantis uulgi uoces ꝯcrepāt: ipm non hominē ſed deū. Et dū ſibi oblatos diuinos honores nimia preſumptione ſuſcipet: uidit ſup funiculū eius capiti exñtem bubonē: quē rome exñs ab augure didicerat futurū ante. v. dies mortis ſue p̄ſagiū. Et ꝯtinuo percuſſus ab angelo uermibus p. v. dies uiſcera corrodētibꝰ expirauit. In memoriā igitur tā mire liberationis principis apoſtoloꝝ a uinculis: & dire ultionis ī tyrānū protinꝰ ſubſecute: eccleſia feſtū beati petri ad uincula ſolēnizat: unde & epiſtola ī miſſa cantat̄ ī qua hec liberatio facta perhibet̄. Et ſm hoc uidet̄ ꝙ hoc feſtū dici debeat petri a uinculis. ¶ Secūda cā eſt in memoriam inuentionis catene. Cū eni beatꝰ alexander papa & martyr: q in cuſtodia detinebatur a quirino tribuno filiā ipſius quirini balbinā noīe ad ſe in carcerē delatā: ipoſita boga ſua in collo ipſius puelle a ſtrumate liberaſſet: ut ſupra dictū eſt ī paſſione quirini mr̄. 5. cal. aprilis & in paſſione alexandri pape. v. nōn maii. Balbina ad xp̄m ꝯuerſa & b[a]ptizata: ipam bogā apud ſe ex deuotiōe ret[i]nens frequēter oſculabat̄. Quod cū facere[t] alexander papa ipſam exhortat̄ ut bogā illam dimittat: ſed catenas beati petri dilige[n]ter inquirat: quas ſi reperire poſſit eas cun ſūma deuotione retineat. Quirinus igit̄ ad[in]ſtantiā filie ī carcere ubi petrus detētus fuerat diligenter catenas inquiri fecit: eaſq; tadem reptas filie ꝯceſſit: que in cal. augu. reperte ſūt. Tūc ſcūs alexander hoc feſtum i[n] memoriā catenaꝝ petri in cal. aug. celebrādum īſtituit: & in honore eiꝰ eccleſiā fabric[a]uit: quā & ad uincula noīauit: & ibideȝ cat[e]nam ipam repoſuit: ubi in ipa ſolēnitate m[ul]titudo populi cōgregat̄: & petri uicula de[o]ſculantur. ¶ Tertia cā inſtitutiōis eſt ſm b[e]dam. Cum eni octauianꝰ imperator rempublicā primus & mirabiliter auxiſſet: auguſtus primus oium uocatus eſt: unde & hun[c] mēſem q prius ſextilis dicebat̄: quia ſextu[s] a martio: ſuo noīe intitulauit: eū auguſtun uocans. In memoriā igit̄ octauiani auguſt[i] oēs romani primā diē ipſius ſolenniter cel[e]brabant: & diuinos quodāmodo honoreſ g[en]tili principi exhibebāt: uſq; ad tempus the[o]doſii ipatoris q cepit regnare anno dñi. 52[...] Eudoxia igitur filia ipſius theodoſii uxor u[a]lentiniani hieroſolymam ex uoto prexit: ut[i] quidā iudeus pro magno munere catenā e[i] obtulit qua ſub herode petrus apoſtolꝰ uictus fuit. Cū ergo romā rediſſet: & romāo[s] in honorē auguſti ceſaris ī calendis ipiꝰ mēſe ſolēnizare uideret: cogitās ꝙ non de facil[e] a tali eos errore reuocare poſſet: cogitand[o] tractauit: ut obſeruantia quidē ſic ſtaret: ſ[ed] in honorē beati petri fieret: & ipm diem oi[s] populus ad uincula noīaret. Habitaq; coll[a]tione cū pelagio papa multis exhortatiōib[us] populū iduxerunt ut memoria principis p[a]ganoꝝ trāſiret ad memoriā prīcipis apoſtoloꝝ. Tunc impatrix catenā quā de hieruſal[em] attulerat protulit: & papa illam qua petru[s] rome uinctus fuerat eduxit. Hec igit̄ illi ſociata ita miraculoſe una catena facta eſt: ac ſemper una & eadem extitiſſet. Ipſa igit̄ uicula papa & regina i eccleſia ſci petri ad uicula poſuerunt: & ipam multis priuilegii[s] dotauerūt. Ac predictū diē ubiq; celebre[m] fore inſtituerunt: uidelicet cal. augu. ¶ Anno dñi. 440. quidā comes othōis impatori[s] a diabolo crudeliter arreptus in tantū ut ſ[e] ipſum dentibꝰ laceraret: ad ioānē papā ducitur: ut catena ipa eius collo circūdaretur Sed dum alia catena furētis collo fuiſſet inpoſita nihilq; ex hac ꝓueniret ſalutis: nimirum ubi nihil erat uirtutis: tādem petri catena ꝓducit̄ & furētis collo iponitur: ſtatiq[ue] demon ab ipo effugat̄. Tunc theodericꝰ me

teñ.eps ipam catenā arripuit: & illā ſe nō di
miſſuꝝ niſi pars ei⁹ ſibi cōcederet : aut ſibi
manus abſcideret :aſſeruit.Tandē cū de hoc
multa cōtentio eēt :impator litigiū ſedauit:
& ex illa catena a papa anulum unū epo im
petrauit.❡Quarta cā huius feſti inſtitutio/
nis eſſe pōt:quia dñs petꝝ a uinculis mira/
culoſe abſoluit:& eidem ligādi atq; ſoluēdi
poteſtatē cōceſſit.Nos etiā qui uinculis pec
catoꝝ obligati tenemur:abſolui indigem⁹:
Ideo igiē ſolēnitatē petri ad uicula celebra/
mus:ut ſicut ille a uinculis abſolui ꝓmeru/
it:& ſicut abſoluendi poteſtatē accepit:ſic&
ipſe a peccatoꝝ uinculis nos abſoluat. Hác
uero ultimam cām inſtitutionis quis defaci
li ppendere poteſt:ſi uideat:ꝙ abſolutioneȝ
a uinculis in apoſtolo factā epiſtola memo/
rat:Abſoluendi ei cōceſſam euangelium re/
citat:& abſolutionē ab ipo nobis fiendā ora
tio hodierna depoſtulat.

❡De ſcis machabeis martyrib⁹. IIII

MAchabei martyres ſeptē frēs fue
runt:q cū matre reuerenda pro
obſeruatiōe legis diuine ſub an/
tiocho rege in hieruſalem paſſi
ſunt:ꝓut i.2. machabeoꝝ cap.7
pleni⁹ ꝯtineē. Cū eni porcinas carnes nollēt
comedere. Prio plagis taureaꝝ iubēte rege
uexati:deiñ ſingillatim unuſqſq; eoꝝ ampu
tatis linguis: & cute capitis cum capillis ab
tracta:atq; preciſis manibus in ſartagines
& ollas eneas accenſas miſſi ſpiritū tradide/
runt:quos mater mirabilis i ſuppliciis hor/
tabatur:&ꝯſtanti aio ad tolerantiā inuitabat
Que tandem oibus per ignē ꝯſumatis:ut di
ctum eſt:& ipa ſimiliter eadē pena cruciata
martyrii corona filiis ſociata eſt. ❡Et notā
dū:ꝙ eccleſia orientalis facit feſta de ſāctis
utriuſq; teſtamēti. Occidētalis aūt nō facit
feſta de ſcis ueteris teſtamēti:eo ꝙ ad iferos
deſcenderunt:pterq̄ de innocentibus:eo ꝙ i
pſoꝝ ſingulis xps occiſus eſt: & de macha/
beis.Et hocꝑpter q̄ttuor rōnes.❡Primoꝑ
pter ꝓrogatiuā martyrii:qa iaudita ſuppli/
cia ultra alios teſtamēti ueteris paſſi fuerūt.
et hec ē rō comeſtoris. ❡Secūdo ꝑpter re/
preſentationē myſterii.Septenarius eni eſt nu/
mer⁹ uniuerſitatis:ſignificaē eni in iſtis oēs
ſancti ueteris teſtamēti celebritate digni: &
in his ſeptē ceteris oibus reuerentia impen/
ditur.❡Tertioꝑpter exemplū patiēdi:ꝓpo
nunē eni in exemplū fidelibus:ut.ſ.eoꝝ cō/
ſtantia ad zelum fidei animenē & ad patiēdū
pro lege euangelii : ſicut & illi paſſi ſunt ꝓ
lege moyſi.❡Quarta eſtꝑpter cām ſuppli/
cii.Namꝑ defenſione legis ſue talia ſuppli/
cia paſſi ſunt:ſicut & xpiani ꝓ defenſione le
gis euangelice patiuntur. Has tres rationes
aſſignat ioannes beleth in ſumma de officio
Paſſi ſunt autem calendis auguſti.

❡De ſcō euſebio epo & martyre. V

EVſebius eps & martyr ſemp uir
go exiſtens:dū adhuc catecumi
nus eēt:ab euſebio papa baptiſ/
ma ſuſcepit & nomen.In quo ba
ptiſmo manus angelice uiſe ſūt:
que ipſum de ſacro fonte leuauerūt.Matro/
na quedā eius pulchritudie capta:cū ipſius
cubiculū adire uellet:cuſtodientib⁹ angelis
peruenire nō potuit: unde facto mane ab eo
ueniam poſtulauit.Ordinatus pſbyter tāta
ſanctitate emicuit:ꝙ dū celebraret ſepius ei
angeli miniſtrarent.Cūq; arriana peſtis ita/
liam totam inficeret.Impante ꝯſtantio eideȝ
hereſi fauente:iulius papa euſebiū i uercel/
leñ epm ꝯſecrauit:que tunc inter urbes ita/
lie quodāmodo principalis erat. Quod au/
dientes heretici fores eccleſie clauſerunt:at
euſebi⁹ urbē igreſſus ante hoſtium maioris
eccleſie : que eſt dei genitricis genua flexit:
& oia hoſtia ſua mox orōne reſerauit.Auxē
tium mediolaneñ epm arrianū de epatu eie/
cit:& dionyſium ei catholicum ſurrogauit.
Quaꝑpter indignat⁹ ꝯſtanti⁹ impator mul
torū epoꝝ ꝯcilium ordinauit: & dionyſium
epm accerſiuit:multaſq; ad euſebiū epiſto/
las deſtinauit:qui ſciens malitiā in multitu
dine ꝑualere uenire contempſit: ſed ſuaȝ ſe
nectutē oppoſuit:unde impator ꝯtra ei⁹ ex/
cuſationē ſtatuit i medialaneñ ciuitate: que
ꝓpe erat:ꝯcilium celebrari:ubi cū euſebiū
deeſſe uidiſſet:iuſſit arrianos fidem ſuam de
ſcribere:& dionyſium epm mediolaneñ : &
29.epos catholicos cōpulit ſubſcribere: qđ
audiens euſebius mediolanū acceſſit:& mul
ta ſe paſſuꝝ predixit.Cū aūt ad quendā flu/
uiū exiſtēs i itinere ꝑueniſſet : nauis ex alia
pte fluis exñs: eo iubēte p ſe ad eū uenit: &
ipm cū ſociis ſiñ gubernatorē trāſportauit:
cui ꝑdict⁹ dionyſi⁹obuiauit:& ad pedes ei⁹
ꝓcidēs ueniā poſtulauit.Cū ergo euſebius
ab impatore:nec minis:nec blanditiis flecti
poſſet:ut chirographo arrianoꝝ ſubſcribe/
ret:qn potius euſebi⁹ chirographū ſibi ad
ſubſcribendū traditum ꝯbuſſiſſet.Irat⁹ꝯſtā
tius euſebiū tradidit arrianis:quēꝓtinus de
medio alioꝝ epoꝝ raptum diutius flagella/
runt:& p grad⁹palatii a ſummo ad imū & e
cōtrario traxerunt . Cumq; quaſſato capite
multuȝ ſanguinis effudiſſet.manib⁹poſt ter
gū uinctis ipm p collū fune trahebāt.Tunc
ꝯſtanti⁹impator oēs epoꝝ catholicos : q ei⁹
exemplo fuerāt aiati i exiliū miſit. Euſebiū
uero apud ſcythoplim urbē paleſtine arria
ni duxerunt:& ipm in quodā cubiculo adeo
artiſſimo recluſerūt:ut eſſet illo lōgitudine
breuior:latitudie artior:ita ut curuat⁹: nec
pedes extēdere:nec ſe in lat⁹ uertere poſſet.

Sed poſt modicum ꝯſtantio defuncto. Iulia-
nus eidē ſuccedēs:& oib⁹ placere uolēs. Iuſ-
ſit oēs pacifice quacūq; lege ſibi placita per
frui. Et ſic euſebi⁹ inde exiuit: & ad athana-
ſium alexādrinū epm̄ prexit. ¶ Poſt aliquot
annos ſopitis arrianis ſub iouiniano īpatore
uercellas rediit: quē populus cū exultatiōe
ſuſcepit. Sed iterꝫ regnāte ualēte arriani re-
pullulant:q euſebiū extra domū ſupinū tra
xerūt:& ipm̄ lapidib⁹ obruerūt. Sepultus ī
eccleſia quā ipe ꝯſtruxerat cal. augu. cū eēt
annorꝫ.88. circa annū dn̄i.450. Qui inter ce-
tera talē grām ſue ciuitati obtinuit: ut null⁹
arrian⁹ ibidē uiuere poſſit. Hic in pſalmos
ꝯmentarios edidit & alia opuſcula fecit: ut
ait hieronymus libro de illuſtribus.

¶ De ſcō bono pſbytero & ſociis mrib⁹. VI

Bonus preſbyter:fauſtus & mau-
rus diacones:primitiuus & calū
nioſus ſubdiacones: Ioānes exu-
pantius: quirillus: & honoratus
clerici. Paſſi ſunt rome ſub uale
riano:& galieno īpatorib⁹. Hi ex nūero cle-
ricorꝫ fuerūt. Quos beatus ſtephanus papa
ordiauit. Cū eni predicti īpatores ſūmo ſtu
dio beatū epm̄ uel ei⁹ clericos requirerent:
poſuerūt edictū in locis celeberrimis urbis
preconizariq; fecerūt: ut quicunq; papā uel
eius clericos agnouiſſent ubicūq; latere illi
co īpatorū auribus diuulgarent. Qua de re
pſatos.9. repertos ac detētos iuſſerunt īpera
tores ſine ulla audiētia decollari. Qui decol
lati ſunt uia latina iuxta foruꝫ aqueductus.
Quorꝫ corpora tertulinus licet adhuc gen-
tilis ſepeliuit in ipſo loco iuxta corpa mar-
tyrꝫ iouini & baſilei cal. augu.

¶ De ſanctis ſophia & filiabus eius uirgini
bus & martyribus. VII.

Sophia mulier & tres filie ei⁹ uir
gines:fides:ſpes:& charitas. Ro
me paſſe ſunt ſub hadriāo īpera-
tore. Hec matrōa xp̄ianiſſima de
italico ſolo:cū predictis tribus
filiab⁹ ſuis ad urbē ueniēs: multas feminas
ad fidem ꝯuertit:& exēplo ſue caſtitatis plu
rimas mulieres xp̄ianas effectas a conſortio
maritorꝫ ſubtraxit. Quapp ad ſuggeſtioneꝫ
antiochi pfecti ab īperatore cū filiabus tēta
eſt:& in carcerē miſſa in domo palladii ſena
toris: ubi mater ī fide xp̄i filias hortabatur.
¶ Poſt dies aūt tres filie eius educte: & ha-
driano pn̄tate ſunt. Cumq; diane ſacrificare
nollent: primo quidē hadrianus fidē annorꝫ
xii. a centurionib⁹.xii. ſibi uiciſſim ſuccedē-
tibus grauiter fecit cedi. Dehinc mām̄illas
eius amputari: de quibus lac pro ſanguine
fluxit. Deinde iuſſit illaꝫ ī craticula aſſari &
poſtmodū in ſartagine frigi: oleo:cera & bi
tumine in ea feruētib⁹ liquefactis. Et cū hec
omia ꝯſtantiſſime toleraſſet: precepit illan
gladio extingui. Poſtea aūt ſpem annorꝫ.x
a uiris decē uernicis crudeliter taureis ced
mandauit:& deinde in fornacem mitti fecit
ubi dū flāmis extinctis mãſiſſet illeſa: iuſſi
eam diutius torqueri: dehinc in uaſe eneo
pice:adipe:cera: & reſina liquefactis reple
to fecit imitti. Sed cū inde illeſa egreſſa eēt
precepit ipſam capite cedi. ¶ Demū tertian
ſcilicet charitatē annorꝫ.9. iuſſit ſuſpēſā di
tius a uiris.9. flagellari & torqueri: dehin
in ignē copioſum iactari. In quo dū permā
ſiſſet illeſa flāma prorūpēs plures gētiliun
interemit: uiſi quoq; ſunt tres uiri ſole ſpen
didiores cum puella in igne deambulantes
Inde educta iuſſu hadriani capitali ſnia ple
xa eſt. Quarꝫ corpora mater ſophia rapuit
&.xviii. miliario ab urbe delata uehiculo ſ
peliuit. Et dū ad tumulū uirginū oraret ſp
ritum emiſit. Sepultaq; eſt a mulierib⁹ qu
eam ſecute fuerāt ī ſepulchro filiarꝫ. Qua
feſtum agitur cal. augu.

¶ De ſcā maria ꝯſolatrice uirgine. VIII

Maria uirgo cognominata conſol
trix ī ciuitate uerōa claruit. Qu
nobilis puella & ſpecioſa: pluri
um ſe coniugio petentiuꝫ prece
deſpexit:& uirginitatē ſuam dn̄
cōſecrauit. Cū aūt ī ipſa ciuitate per ānos.
ſtille roris oīſq; pluuia defeciſſēt: & ex ho
terra ſterilitate piret: populumq; fames op
primeret: oranti marie a dn̄o reuelatur: c
nunq̄ ſiccitas effugaretur: niſi prius corpo
ra martyrū firmi & ruſtici: qui dudū uero
ne paſſi fuerant:& inde aſportati ad ipſam c
uitatē reportarēt. Quā uiſionē uirgo fratr
ſuo ānoni ueroneñ ep̄o rettulit: ipamq; ep
populo reſerauit. Querunt ſacra corpor
& in ciuitate capris que eſt in hiſtria iacer
ꝯpiuntur. Ciues uero oppidi ſe corpora ſc
daturos promittunt: ſi tanto argento & au
ro redimantur: q̄tum ipſa corpora pōdera
bant. Fit collecta p uirginē in ciuitate uero
na:& maximo auri & argēti pondere cōgr
gato: uirgo dei mittit ad corpora exigēda
Sed dum corpora martyrꝫ pōderant: i tāt
leuia efficiunt: ut dei nutu forte quarta p
ei⁹ qd̄ pēſare arbitrabant: in eis theſauri e
penſum ſit: reliquūq; a uirgine reportatur
Quā nauē ingreſſam hiſtri ciues nauib⁹ al
is inſequunt: maleficiis femine aſcribentes
qd̄ xp̄s miraculoſe mōſtrauerat. Sed dū a
dn̄m oraſſet: nauis eius tanta uelocitate fer
bat: ut alie eam inſequentes minime attin
gere potuiſſent. Que per flumē atheſis rep
trians ab ep̄o & ciuibus cū honore ſuſcipi
tur:& corporib⁹ cum reuerētia tumulatis
pluuia mox celitus elargit: pp qd̄ ipſa uir
go maria cōſolatrix ab oib⁹ appellat. Qu

reſiduum uite ſue ieiuniis & oronibus occu pans:quieuit in xpo calē.auguſti : Sepulta uerone miraculis clarens.

¶De ſancto felice martyre. IX

FElix martyr german⁹ fuit beati cucufantis martyris : de quo ſu/ pra actū eſt.8.calē.auguſti.Hic enim in hiſpaniis ciuitate gerun/ da ſub daciano preſide paſſus ē. Quem iuſſit idem pſes xpm ꝯfitentē poſt il/ lata ei plura tormētoꝝ genera unguliſ detra hi:ac deinde uſq; ad oſſa laniari: & tam diu uulnera uulneribus iuſtaurari: donec inui/ ctum xpo ſpiritū reddidit.Qui paſſus ē ca/ lendis auguſti:ut ado in martylogio teſtaꝛ.

¶De ſcis cyrillo & ſociis mrībus. X

CYrillus:aquila:petrus: domitia nus:rufus:& menāder martyres apud arabiam in ciuitate phila/ delphia paſſi ſunt. Qui oēs pro ꝯfeſſione nomis xpiani una die gladio cedente martyrio coronati ſunt : ui/ delicet calē.auguſti.Hec ado ubi ſupra.

¶De ſcō ſtephano papa primo & mrē. XI

STephanus papa & martyr hui⁹ nois primus natiōe romanus ex patre iuliano:lucio prio pape in epātu romano ſucceſſit : & ſedit annos quattuor mēſes duos dies 5.Hic ꝯſtituit ſacerdotes & leuitas ueſtib⁹ & uaſis ſacratis in uſu quotidiano non uti iſi in eccleſia tantū.Hic cū multos gentiliū ouertiſſet:& multa martyꝝ corpora ſepeliſ/ ſet:a ualeriano & galieno impatoribus ſum mo ſtudio pquirebaꝛ.ut eū uel clericos ei⁹ ut ſacrificare cogerent: aut diuerſis ſuppli ciis punirent.Dederūtq; edictū : ut quicūq; os pderet: oēm eoꝝ ſubſtantiā poſſideret. tephan⁹ergo papa cōprehendiꝛ: & multis ū ſequētibus xpianis ſolus aliis eiectis ante alerianū pſentaꝛ: quē poſtq̄ impator xpm fitentē audiuit: iuſſit eū ad templū martis dduci:ut ibi aut idolum adoraret: aut ſen/ entiam capitalē ſubiret. Sed cū templum i/ reſſus fuiſſet:& xpm ut ipm templum de/ rueret exoraſſet : tonitruo maximo cū co/ uſcationibus irruēte ſtatim maxīa pars tē/ li corruit:& ois gentilium multitudo p ti/ more aufugit.Ipſe uero cū aſſiſtentib⁹ xpia s ad cemiterium lucine prexit.Quod audi ns ualerianus milites plures prioribus ad i occidendū miſit:qui uenientes ipm cele/ rantē miſſam iuenerūt: & ſtantē intrepidū : cepta iugiter perficientē in ſua ſede de/ ollauerunt:Cui⁹ſanguis in pauimēto effu/ ts adhuc ibidē apparet in teſtimoniū paſſi nis ei⁹: corpuſq; eius in eadē crypta in lo/ o qui dꝛ cemiteriū calixti a xpianis ſepul/ um eſt.4.nonā auguſti. Hic fecit ordinatio/ nes duas per menſem decēbriū:preſbyteros 7.diacones.5.epos per diuerſa loca tres. Et ceſſauit epatus dies.22.

¶De ſcō ſtephano papa ſo. XII

STephanus papa huius nomis ſs natione romanus ex patre ꝯſtan tino:zacharie pontifici in epatu rōano ſucceſſit:& ſedit annos.5. dies.28.Hic poſt pentis obitum paruus derelict⁹ una cum ſcō paulo ei⁹ ger mano & in papatu ſucceſſore in cubiculo la teraneñ p doctrina apoſtolice traditiōis ſub gregorio tertio & zacharia pdeceſſorib⁹ pō tificibus pmanſit:quē ſeriatim per eccleſia/ ſticos ordines pmouentes i ordine diacona tus ipm ordinauerunt.Defūcto uero zacha/ ria papa ſtephanū quendā pſbyteꝝ i ordine pontificatus cunct⁹populus ſibi elegit: qui dū cauſas diſponeret:ſubito obmuteſcēs de funct⁹eſt.Poſt hec cunct⁹populus ꝯgrega/ tus in eccleſia ſancte marie maioris inuoca/ ta ſpūſſancti grā:predictū beatiſſimū uiruꝫ ſibi elegerunt in pontificē:& cum laudibus in baſilicaꝫ ſaluatoris:que dꝛ ꝯſtantiniana: deportauerūt:& ſic ſtephan⁹papatum obti/ nuit.¶Fuit aūt amator eccleſiaꝝ dei: & ec/ cleſie traditiones firma ſtabilitate ꝯſeruans: paupeꝝ xpi uelox ſubuētor:uerbi dei i ma/ gna ꝯſtantia predicator:pupilloꝝ ac uidua rum & miſerabilium quarūcūq; perſonarū uoce manuq; fortiſſimus auxiliator. ¶Hic ob infeſtationē aſtulphi regis longobardo/ rum in franciam perrexit: auxilium pipini regis imploratur⁹:cui pipinus uenienti oc/ currit: ad trium miliarioꝝ ſpatiū ex equo deſcendens:& per frenū equi pape ſtratoris officium exercens uſq; ad ſuum deduxit pa latiū:quem ipſe pontifex regem inunxit du/ oſq; filios eius carolum & carolomānū. Et ad preces pape cū maximo exercitu i italiā pipinus deuenit:& aſtulphum regem papie potenter obſedit:ipmq; tandem eccleſie ſub iugauit.Stephanum quoq; papam i ſede ſua omnibus pacatis remiſit.Qui ultimo ſui pō tificatus anno impium a grecis tranſtulit in germanos in perſonam magnifici regis caro li tunc in iuuenili etate cōſtituti.Et poſt di/ es modicos in pace quieuit:& ſepultus ē ad ſanctum petrum apoſtolum.Et ceſſauit epi ſcopatus menſem unum & dies.io.

¶De ſcō ſtephano papa tertio. XIII

STephanus papa huius nominis tertius natione ſiculus ex patre oliuo:paulo epo romano in pō tificatu ſucceſſit: & ſedit ānos.4 menſes quinq; dies.28.Vir ſtre/ nuus & diuinis ſcripturis eruditus atq; ec/ cleſiaſticis traditionibus imbutus:& i earū obſeruationibus ꝯſtantiſſim⁹perſeuerator.

Hic dum a ſicilia puus romā ueniſſet ī mōa
ſterio ſci chryſogoni a gregorio papa.3.tra
ditus & monachus effect⁹ ē.Quē poſtmodū
zacharias papa: ex ipo tollēs mōaſterio cu/
bicularīū ſuū fecit:ipmq; pſbyterū cardina/
lē ī titulo btē cecilie ꝯſecrauit. Sed & reliq
ſcilicet ſtephanus & paulus beati pontifices
eūdem ī ſuo ſeruitio ſimiliter detinuerūt. In
cui⁹ ſinu paulus papa ſpm̄ emiſit.Quo nec/
dū defūcto otho dux nēpeſine ciuitatis cum
exercit⁹ multitudine ſubito elegit ꝯſtantinū
frem ſuū tūc laicū exiſtentē. Quē georgius
epus preneſtin⁹ & ſergius oſtieñ:ab ipa mł/
titudine coacti ꝯtra canonū ſtatuta ipm cle/
ricū faciētes:gradatiȝ ad ordies ꝓmouerūt:
& ſequēte die dñico epm ꝯſecrauerūt. Non
multos poſt eiuſdē ſergii qui eū ꝯſecrauit
manus aruit.Sicq; languēs uitā finiuit.Con
ſtantinus aūt p⁹ annū ſeditiōe ꝯmota de ſede
epatus expulſus ē.Sequēti quoq; die clerus
& populus uniuerſus unanimes ſtephanū p
ſbyterū ſcē cecilie ī pōtificē elegerūt:& cuȝ
laudib⁹ ī patriarchale palatiū lateraneñ de/
tulerūt.Cōſtantinus uero ī eccleſia ſaluato/
ris corā ſtephano papa de tyrānica ābitione
pniam egit:quē pontifex ī mōaſterio detru/
ſit:quē & nō p⁹ multos dies ī ultionē crimi/
nis:a furore populi deus ipm excecari pmi
ſit.Sicq; erutis oculis miſerabiliter uitā fini
uit.¶Stephan⁹ āt papa ex oī gallia & italia
rome ſynodo ꝯuocata:oīa ordinata ab ei⁹ p/
deceſſore ꝯſtātino ſſ̄i nois pōtifice imo ſedis
apoſtolice inuaſore reuocauit.preter baptiſ
mū & chriſma ab ipo ꝯfectuȝ.Oēs quoq; p
ipm ordinatos degradauit.Execrabilē quo/
q; ſynodū tūc nup in ptib⁹ grecie celebratā
ī qua ſtatutū fuerat:ut ſacre ſcōꝝ imagines
deponerētur damnauit.¶Hic ꝯſtituit ut oī
die dñico a.7.epis cardinalib⁹ hebdomada
riis q ī eccleſia ſaluatoris obſeruāt miſſarū
ſolēnia ſup altare bti petri.Gloria ī excelſis
deo diceret. Mycaliū quēdā ī archiepm ra/
uēnatē p impreſſionē brachii ſclaris ītruſū
depoſuit.Et ī opib⁹ ſcis laudabiliter uitā fi
niuit.Et ſepultus ē ad ſcūm petrū. Et ceſſa/
uit epiſcopat⁹ dies.viii.

¶De ſcis theodora & filiis mrib⁹. XIIII.

THeodara cū tribus filiis ſuis ſub
diocletiano īpatore apud niceaȝ
ciuitatē paſſa ē.Hec ex ꝓuīcia bi
thynie ciuis nicena cū apud ſiri/
niū pſecutiōnē fugiēs declinaſſȝ
a paganis tēta:& diocletiano a macedōia re
deunti oblata ē.Qui eā tradidit leocadio co
miti īpatori ꝓmittēti: ꝙ eā aut idolis īmolā
tem ī uxore aſſumeret:aut crudeli morte pi
meret.Cū āt comes ei⁹ ꝯiugiū peteret:theo
dora ei ſuadet:ut prio ad facultates ſuas ex/
qrendas & obtinēdas pgat:& poſtmodū re/
diēs ipſam aſſumat. Quod ille adiplere cu
rauit.Intereaq; ſcā dei cum anaſtaſia xpiana
ſcis paupib⁹ miniſtrabat. ¶ Reuerſus autē
comes cū eā expeteret: illaq; ei ꝯſentire nul
latenus uellet: ipſam uīctā ferro cū trib⁹ fi
liis ad ꝯſularē bithynie deſtinauit.Qui filiū
ei⁹ primogenitū noīe ✝ enodiū xpm ꝯfitētē
fuſtib⁹ cedi iuſſit: mater uero aſſiſtēs illum
hortabat̃ ad palmā. Poſt hec tradita ē hyr/
taco lenoni:ut eā pri⁹ illuſam iter publicas
ꝯſtitueret meretrices.Et dū ipſā leno trahe
re uellet appuit iuuenis q eū ī uultu pcuſſit
ſanguiſq; de narib⁹ ei⁹ ſtillare cepit.Tūq; cō
ſularis hec uidēs ipſā cū trib⁹ filiis igne cō
ſumi fecit.Qui paſſi ſūt.4.noñ.auguſti.

¶De inuentione corpoꝝ ſanctorum ſtepha
ni ꝓtomartyris & ſocioꝝ. XV.

INuentio corpoꝝ ſcōꝝ ſtephan
ꝓtomartyris:nicodemi:gamali
lis:& abibon āno dñi.417. anno
uidelicet.7. honorii īpatoris fa
cta ē.Quoꝝ reuelatio ſcā ē pre
bytero luciano eccleſie gaphargamala: qui
eſt ī territorio hieroſolymitano.Dum eni in
ſtrato ſuo quieſceret:& pene uigilaret ī baſ
lica baptiſterii feria.vi. illuceſcēte ī exceſſu
mētis raptus:uidit uiꝝ ſenē ſtatura proceꝝ
uultu decoꝝ ꝓlixa barba:pallio candido
mictū:cui gēmule auree & cruces erāt co
texte calciatū caligis ī ſupficie deauratis:
māu uirgā aureā tenēs:de q̄ eū tetigit:& te
tio ex nomie uocauit:iuſſitq; ut ſūma dilig
tia ſuū & ſocioꝝ tumulū patefaceret: q ide
center ī deſpecto loco ſepulti eēnt.Mādaui
q; ut ioāni hieroſolymitano epo diceret: u
ipſoꝝ corpa ī honorabili loco repōeret: q
cū ſiccitas & tribulatio orbē cōcuteret:eoꝝ
ſuffragiis deus mūdo ꝓpiciari decreuiſſet
Cūq; lucian⁹ eū īterrogaſſet quis eēt: & qu
illi forēt quos ſecū iacere diceret:dixit ſe e
gamalielē q paulū apł'm enutriuit:& ad pe
des ſuos legē ꝓdocuit. Qui aūt ſecum iace
bant prim⁹ erat ſtephan⁹ ꝓtomartyr:qui
iudeis lapidatus extra ciuitatē ꝓiectus fue
rat:auibus & feris deuorādus: cui⁹ corpu
ipſe collegerat & ī ſuo tumulo ſepeliuerat
Alius aūt erat nicodemus nepos ſuus q no
cte ad ieſum uenit:& a petro & ioāne bapti
ma ſuſcepit: q a iudeis oī ſubſtātia ſpoliat
& uſq; ad ſeminecē ceſus ab ipſo gamaliel
collectus & refectus fuerat. Cui⁹ & corpu
ex ipſis uerberib⁹ moriētis: ipſe ī eodem ſe
pulchro locauerat.Tertius uero erat abib
filius ſuus:q āno etatis ſue.xx.una ſecū ba
ptiſma ſuſcepit: & ī uirginitate pſeuerās ī
maxima iuuētute ī pace dormiuit: uxor ue
ro ipſius gamalielis artea & primogenitu
eius ſelemias:q fidē xpi noluerūt ſuſciper
nequaq̄ ſcōꝝ ſepultura digni fuere:ſȝ alib

depoſiti fuerant : quoꝝ tamē ſepulchra ina/
nia & uacua erant.Hoc dicto ſanct⁹gamali/
el diſparuit .Lucianus uero euigilans dn̄m
exorauit:ut ſi hec uiſio in ueritate fieret:ei/
dem ſecūdo ac tertio appareret. ¶In ſequē/
ti uero ſexta feria eidem ſicut prius appuit:
& cur ea:que ei iuſſerat : neglexiſſet:Lucia/
nū interrogauit:& ad uiſionis certitudinem
ex his que ei dixerat:ſimilitudinem obtulit:
ſingulorumq; loculos & reliquias docuit :di/
cens ꝙ in poſſeſſione ipſius gamalielis inue
nirent :que ligua ſyra dicit delagabria ſiue
debatralia:oſtenditq; ei gamaliel tres cala/
hos aureos: quorum unus plenus erat ro/
ſis rubeis:alii duo roſis candidis : qnartum
etiā calathū argenteū croco plenum . Dixit
ꝗ calathos eſſe ſanctoꝝ ſinguloꝝ loculos.
Nam calath⁹roſis rubeis plenus: erat locu/
us ſci ſtephani:qui ſolus ex illis martyrio
meruit coronari.Alii duo roſis albis refer/
ſ gamalielis & nicodemi erāt loculi: q ſyn/
ero corde iu ꝯfeſſione perſeuerauerant xp̄i
Quartus uero argenteus croco plenus erat
bibon filii ſui loculus:qui candore uirgini
atis floruit:& mund⁹de mūdo exiuit.Hiſq;
ictis iteꝝ diſparuit.¶In tertia uero ſexta
ria ſequētis hebdomade eidem iteꝝ iratus
ppuit: & de dilatiōe & negligētia ip̄m gra
iter increpauit .Cōcitus igit lucian⁹hiero
olymā adiit:& ioāni ep̄o cuncta p ordinem
arrauit: qui cōuocatis euſtonio ſebaſteñ:
eleutherio hiericontiñ ep̄is ad locum deſi
atum acceſſit:& i quodam aceruo lapidū
di iuſſit.Eademq; nocte ſanct⁹gamaliel p
ſum cuidam migetio monacho apparuit:
cens ꝙ i uanū in illo loco foderent:qa ibi
orpora nō eſſent:ſed ea reqrerent in loco il
:qui dr̄ uiroꝝ bonoꝝ poſſeſſio:qui cū ui/
ioāni ep̄o & luciano p̄ſbytero rettuliſſet:
locū deſignatū oſtendiſſet:ad locū ipſum
s acceſſerunt.ibiq; fodere ceperūt. Tūcq;
bito terra cōcutitur: & odor ſuauiſſimus
ntitur:ad cuius fragrantiā.73. hoīes a di/
erſis infirmitatib⁹ liberant̄. Sicq; ſanctoꝝ
rpora prout oſtenſa fuerant inuenerunt:
ea i ſanctam eccleſiā ſyon : ubi quondam
ſe ſtephanus archidiacon⁹fuerat::detule/
nt:& ibidem honorifice cōdiderunt. Hec
t inuentio facta eſt ea die:qua ſci ſtephani
ſſio celebratur:uidelicet.7.calē.ianuar̄.
eius paſſio hac die fuiſſe credit̄ .ſ.iii.noñ
guſti.Quare aūt feſta ab eccleſia mutata
nt:ſupi⁹in alio ei⁹feſto dictū eſt:uidelicet
calē.ianuarii. ¶Corpus autem beati ſte/
ani ꝓceſſu tēporis hoc modo ꝯſtantino/
li tranſlatuȝ eſt:ut ait auguſtin⁹. Alexan
r quidā ſenator cū uxore iuliana hieruſa/
n adiit:&ꝓtomartyri ſtephano pulcher/
nū oratoriū ꝯſtruxit : ac loculum argen/
teum obtulit:& poſt eius obitum iuxta cor
pus martyris ex ſumma deuotione i ſimili
argenteo loculo ſe ſepeliri fecit.Euolutis i/
gitur ſeptē annis cum uxor repatriare uel/
let:corp⁹ uiri ſecū deferendū ab ep̄o poſtu
lauit.Qui precib⁹ eius annuens loculos ar
genteos ꝓtulit: dicens ꝙ ex illis nō nouerat
loculum uiri ſui: at illa ſe illud noſce aſſe/
rens:dū corpus uiri putat accipere:caſu ꝓ/
tomartyris corpus accepit . Cū autē nauem
cum corpe aſcendiſſet:hymni angelici reſo/
nant:& ſuauiſſimus odor effragrat . Demo/
nes clamant:corp⁹ſtephani ſe exurere: ſeuā
q; tempeſtatē excitāt . Sed nautis naufragiū
formidantibus ſtephanus inuocatur:ipſoq;
eis apparente ſubito tēpeſtas ſedatur. Tunc
princeps demonū demones qnq; miſit:ut na
uem incenderent : quos ſtatim angelus dn̄i
cunctis uidentib⁹ in profundū demerſit . Et
cū chalcedoniam ueniſſent:demones ulula/
bant:ꝙ ſtephanus illuc adduct⁹ eos incēde/
bat.Conſtantinopolim igitur incolumes ꝑ/
uenerunt: & corpus ibidem reuerenter de/
poſuerunt.Hec auguſtinus.

¶De ſanctis gamaliele & abibon confeſſoribus. XVI

GAmaliel ꝯfeſſor honorabilis le/
gis doctor:& occultus xp̄i diſci/
pulus:& ap̄li pauli i lege moyſi
didaſcal⁹ cū abibō filio ſuo āno/
rum.20. ab apoſtolis ſāctis poſt
aſcenſionem domini ſacrum baptiſma ſuſce/
pit.Et ipſorum apoſtoloꝝ predicantium in
ꝯcilio phariſeoꝝ caute defenſor fuit:ſicut le
gitur act.5.cap̄.Qui corpora ſtephani ꝓto/
martyris & nicodemi diſcipuli in ſua poſſeſ
ſione.xxii.miliario a hieroſolyma diſtante
necnon in ꝓprio tumulo ſepeliuit. Et cū eo
dem filio ſuo:qui in uirginitate iugiter per/
ſeuerauit:omnibus diebus uite ſue deo ſer/
uire ſtuduit. Qui poſt opera laudabilia tē/
poribus apoſtolorum i xp̄o quieuerunt: &
iuxta corpora ſanctoꝝ ſtephāi & nicodemi
in eodem ſepulchro recōditi fuerunt.

¶De ſancto ſtephano anachorita. XVII

STephanus anachorita i parte lo/
corum mareotidis per annos ſe
xaginta deguit : qui tantum in
diſcernēda reꝝ ambiguitate iu/
dicium habuit:ut nullus ad euȝ
quacunq; cauſa ueniret: qui poſt ei⁹ ſermo/
nem triſtis abſcederet.Hic licet in uerendis
nature ſūma egritudine laboraret: funes tñ
iugiter de foliis palmaꝝ ꝯtexēs: nec ab ope
manuū aliqñ deſiſtebat: nec ſermoneȝ aliis
exhortatorium intermittebat: ceteras uero
corpis partes medico ferro patiēter p̄bebat
Tanta eni erat patiētia p̄dotat⁹: ut mēte cele
ſtibus occupat⁹ a dolore corpis quodāmō

ſieret alienus: adeo ut genitalibus excīſis nihil omnino ſentire uideretur. Quieuit in xp̄o.3.noñ.auguſti.Hec heraclides.

¶De ſcō iuſtino p̄ſbytero & mr̄e. XVIII.

IVſtinus preſbyter & martyr rōe paſſus eſt ſub decio imperatore. Hic,a beato ſixto papa.2.preſbyter ordinat⁹: ei⁹ ſcitatis imitator effectus ē. Ad hunc beatus laurētius martyr uenit ī uicum patricii latentem ī crypta nepotiana: ut theſauros a beato ſixto ſibi cōmendatos pauperib⁹ erogaret: ut infra dicet̄ in paſſione ipſius.4. idus augu. Inuenitq; cum eo.lxiii.xp̄ianos: quoꝝ ſingulis ipſe beatus laurentius cum iuſtino preſbytero pedes lauit:& pacis oſculum cū elemoſyna tribuit. Hic ſcūs preſbyter poſtq̄ beatoꝝ ſixti pape & ſocioruꝫ & laurentii archidiaconi ac hippolyti:& omnis eius familie: aliorumq; plurium martyrum corpora: ſepulture cōmendauit: euoluto anno & ipſe ſub perſecutione decii galieni & uoluſiani confeſſionis gloria inſignis martyriū capitiſ obtruncatione ꝑmeruit. Sepultus rome uia tyburtina iuxta corp⁹ beati laurentii ī agro uerano pridie noñ.auguſti.

¶De ſcō ariſtarcho diſcipulo. XIX

ARiſtarchus diſcipulus beati pauli apoſtoli: un⁹ ex.72. diſcipulis xp̄i fuit. De quo ad col.4.cap.& act.20.mētio ſp̄alis habet̄. Qui comes indiuiduus pauli & ꝯcaptiuus in uinculis rome fuit: & cum eo uſq; ad finē eius perſeuerauit. Sed poſt paſſionē pauli: quia ab eo epiſcopus theſſalonicēſiuꝫ ꝯſtitutus fuerat: uel ut abbas Dorotheus ponit: ep̄s apamie poſt lōgos agones a xp̄o coronatus fuit. Quieuit in pace pridie nonas auguſti.

¶De ſcō tertulino martyre. XX.

TErtulinus martyr rome paſſus ē ſub ualeriano imperatore. Hic cum eſſet procurator reꝝ olympii tribuni. Qui pro xp̄i nomine paſſus fuerat: ut ſupra in eius & ſocioꝝ paſſione geſtum eſt.vi.cal.auguſti: & licet adhuc gentilis tamen tormenta que xp̄ianis inferebantur abhorreret: corpora ſāctorum boni p̄ſbyteri & ſocioꝝ ſepeliuit: ut dictum eſt in eorum paſſione ſupra cal.auguſti. Et dehinc ueniens ad ſcūm ſtephanuꝫ papam ab eodem fidei rudimēta ac baptiſma ſuſcepit: atq; preſbyter ordinatus fuit. Quem imperator ualerianus teneri fecit: ut facltates olympii ꝑderet:& diis ſacrificaret. Qui cum diuitias dn̄i ſui diceret in celis per manus ſeruorum xp̄i ſublatas:& deos gentilium uti demonia confutaret. Iuſſu ceſaris extenditur:& fuſtibus diutius ceditur. Igniſ quoq; lateribus eius ſubterponitur. Deinde prefecto ſapritio examinandus tradit̄. Qui tertulinū ante ſuū tribunal adductuꝫ: cū ab eo nec facultates olympii exigere: nec ip̄m ad ſacrificia cogere poſſet: iuſſit in equulec extendi & neruis diutius contorqueri. Deinde ignibus concremari. Et cum nunciatum eſſet ualeriano: ipſum hec oīa conſtanter p tuliſſe: data ab eo ſn̄ia de equuleo depoſitu eſt:& uia latina miliario ſ̄o ab urbe ductu atq; ibidem decollatus. Cuius corpus ibidē a fidelibus in crypta harenaria ſepultuꝫ eſt. pridie noñ.auguſti.

¶De feſto niuis ſancte marie uirginis. XXI

FEſtum ſancte marie ad niues ab eccleſia celebrari inſtitutū ē: nonis auguſti propter miraculum qd̄ rome apparuit: ꝑpter qd̄ eccleſia ſcē marie maioris in honorem dei genitricis edificata ē tp̄e liberii pape. Cum eni uſq; ad illud tp̄us nulla ītra urbis ambitū ī honorē btē uirgis fuiſſet eccleſia fabricata. Accidit ut quidā ioānes patricius rome morib⁹ & nobilitate preclarus diuitiis & poſſeſſionib⁹ abundaret. Qui duꝫ filium minime procreaſſet: qui tot diuitiarum heres fieret: ad beatam genitricem dei mari una cū coniuge ſua ſp̄alem deuotionē elegrunt. Rogantes ip̄am aſſidue: ut eis uel filii heredē ꝯcederet uel eos de aliquo ei grato in quo facultates ſuas poſſent impendere informaret. ¶Menſe itaq; auguſti.v.uidelicet ip̄i⁹ mēſis die: quo tp̄e homines ſolis aduſtinibus magis decoquuntur: uolens beata uigo in monte qui ſuperagius dicitur ſibi eccleſiam edificari: aerem repente contra natram fecit immutari:& copioſa niue miracloſe cadente locum illum ipſius montis tatum infudit in illo uidelicet ambitu: in qu fuerat eccleſia conſtruenda. Eademq; nocte beata uirgo liberio pape apparuit: ſe dei genitricē eſſe dixit: omniaq; ei geſta narauit: atq; mandauit: ut mane cum uniuerſ clero & populo ad predictum montem acederet:& intra niuis ambitum ſibi eccleſam fabricaret. Quam de facultatibus ioanis patricii conſtrui uolebat:& iccirco ei ſimilem uiſionem oſtenderat. ¶ Eadem hora apparuit ioanni & uxori ſue beata uirg maria: dicens orationes eorum exaudiſſe: ſeipſam ſibi ſuccetricem bonorum ſuoru a domino impetraſſe. Precepit igitur ut i predicto monte in loco uidelicet quem tatum nix operuerat de conſilio pape liber eccleſiam ſuo nomini fabricarent: & larg flue dotarent. Mane antem facto ioanne ad papam acceſſit: eique uiſionem narrauit: atque ab eo ſimilia percepit. Et con

nocato clero & uniuerſo populo ad mon⸗
tem ſuperagium acceſſerunt : & niuem loci
ambitum miraculoſe repleuiſſe inuenerũt:
ubi de mandato pape ioãnes eccleſiam ĩ no⸗
mine dei genitricis erexit:ipſamq; ſãcte ma⸗
rie maioris nominauit:& de ſuis facultatib⁹
largiflue dotauit:quam & liberius pontifex
conſecrauit : Vbi de capillis & ueſtimento
ipſius alme uirginis:& corp⁹ beati matthie
apoſtoli:ac glorioſi doctoris hieronymi re
quieſcunt.

¶De ſancto dominico confeſſore ordinis predicatorum. XXII

DOminicus ordinis predicatorũ dux & fundator inclytus ex hi⸗ſpanie partibus: uilla que dicit calaroga exomẽ dioceſis pñe felice matre ioanna origine3 du xit:cuius mater ante ipſius ortũ uidit i ſom⸗nis ſe catulum geſtantem in utero ardendẽ⸗tem in ore faculam baiulãtem:qui natus to⸗tum mundi fabricam incendebat.¶Cuidam matrone: que ipſum ex ſacro fonte leuaue⸗rat:uidebatur:q2 puer dominicus ſtellã ha⸗beret in fronte : que totum orbem illuſtra⸗bat.¶Dum adhuc eſſet puerulus: a nutrice ſepe deprehenſus eſt lectum dimittere:& ſu per terram iacere :quaſi iam carnis delitias abhorreret.¶Miſſus deinde palẽtiam amo re ſapientie adiſcende uinum per decenniu3 non guſtauit:ubi cum fames eſſet ualida:li⸗bros cum omni ſupellectili uendidit: & pre tium pauperibus erogauit. Ab epo quoq; exomenſi in ſua eccleſia canonic⁹ regularis efficitur:& a canonicis ſupprior odinat : q lectioni & orationi iugiter uacabat: aſſidue deum exorans : ut gratiam ſibi infunderet: qua ſe totum aliquando ſaluti proximoru3 impenderet. Pergens autem cum epiſcopo toloſam:hoſpitẽ ſuũ heretica prauitate cor⸗ruptu3 ad fidei ueritatem reduxit.¶Cũ die quadã aduerſus hereticos pdicaſſet: aucto⸗ritates ſuas in ſcriptis redegit:& cuidam he retico ſchedulam ad deliberãdum tradidit: qui ſociis ſero ad ignem congregatis ſche⸗dulam produxit.Ipſi uero omnes ad inuicẽ condixerunt: ut ſchedula in ignem proiice⸗retur:ut ſic ex eius combuſtione uel conſer uatione:fides eorum uera uel falſa probare tur.Que tribus uicibus in flammas iniecta tertio de igne proſiliuit illeſa. Heretici ta⸗men in ſua duritia permanentes : ſibi uiciſ⸗ſim ſuper miraculo ſilentium impoſuerunt Quod tamen nutu dei ab aſtante milite ca⸗tholico reuelatum eſt. Epiſcopo uero exo⸗menſi defuncto ceteris recedentibus:Domi⸗nicus cum paucis ibidem permanſit:& uer⸗bum dei inſtanter predicans : multa ab e⸗mulis opprobria & perſecutiones pertu⸗lit : quas õmnes diuina gratia ſuperauit.

¶Reperiens quendã qui ex pauptate hereti cis adheſerat:decreuit ſeipm uendere:ut ſic illius inopie ſubueniret : & illum ab errore ſubtraheret:quod & feciſſet:niſi eius inopie diuina grã puidiſſet.¶Alias etiã mulieri:q filium a ſaracenis captum deflebat:ſe uendẽ dũ pro ei⁹redẽptione obtulit:ſed mulier nõ acquieuit.¶Poſt hec cepit de iſtitutiõe or⸗dinis cogitare:cuius officiũ eẽt per mundũ diſcurrere: & fidem ab hereticis defenſare. Qui poſtq̃ decẽ ãnis toloſe permanſerat:ad ꝯcilium generale : quod rome celebrabat : cũ fulcone epo ſuo adiit: & ab innocẽtio ter tio papa ordinẽ predicatoꝝ inſtituendu3 & ꝯfirmandũ poſtulauit. Cũq; in hoc ſe papa difficilẽ exhiberet:nocte quadã uidit in ſom nis lateranẽſem eccleſiam ruinã minantem: & dominicũ humeris ſuppoſitis caſurã illã fabricam ſubſtentantẽ.Qui euigilans & uiſi onem intelligens petitionem uiri dominici acceptauit: & ut ſibi approbatam aliquam regulam eligeret mandauit.Dominic⁹ ergo cum.xxv.fratribus regulam auguſtini do⸗ctoris & predicatoris aſſumpſerũt:& ſic or⸗dinem incoharunt.Confirmationem uero i⸗nocentio iã defuncto ab honorio.3.eius ſuc ceſſore obtinuerunt anno dñi.1216. ¶Dum ergo rome in eccleſia ſci petri pro dilatione ordinis exoraret:apoſtolorum principes ei dem apparuerunt:quorum petrus baculu3 paulus librum ei tradiderũt: atq; ad predi⸗candũ miſerũt:qui fratres innumeros ſui or dinis mox aſpexit per mundũ diſcurrentes & uerbum domini predicantes. ¶Quidam frater minor uidit in ſpiritu xpm in aere exi ſtentem:& tres lanceas cõtra mundũ uibran tem:ſeq; illis omnes homines uelle perime⸗re proteſtantem:cui occurrens beata uirgo orauit:ut modicum ſubſtineret: cum duos ſtrenuos pugiles haberet: qui ad mundũ cõ uertendum ſufficientes eſſent. Obtulitq; fi⸗lio beatos dominicum & franciſcum : quos ambos chriſtus approbauit: & ut mater il⸗los ad mundum predicandum mitteret: im⸗perauit.¶Exiſtente eo bononie quidam cõ uerſus frater a diabolo arripitur:& a fratre rainerio dominico preſentatur.Adiuratuſq; ſpiritus dixit in eum introiſſe:cum die pre⸗cedenti ſine licentia & abſq; ſigno crucis in ciuitate bibiſſet.Sed cum ſignum ad matuti num pulſaretur:demon ſe amplius ſtare ibi de3 nõ poſſe dixit:quia capuciati ſurgebãt. Et ſic orante ſancto exire ꝯpulſus eſt.¶Cũ in partibus toloſe libri eius in flumine ſine ꝯſuatorio cecidiſſent:poſt dies duos a piſca tore in rete inueniũtur:adeo omni aque hu⸗more illeſi acſi fuiſſent i armario cuſtoditi.

¶ Veniens ad quendam locum nocte cum

fratres ıquietare nollet dormiētes orationē
fudit:& clauſis ianuis cum ſocio introiuit.
¶Alias etiā exn̄s cum quodā cōuerſo ordi
nis ciſtertien̄:cum ſero ad eccleſiā ueniſſent
eamq; clauſam reppiſſēt:oratiōe fuſa ſe itra
eccleſiā ſubito inuenerūt:& noctē in oratio
ne duxerūt.¶ Scholaris qdā lubricus cum
ipſius celebrātis manum deoſculatus eſſet:
maximā inde fragrātiā ſenſit:moxq; ī eo oīs
carnalis eſtus refriguit. ¶Quidā magiſter
ſcia & fama preclarus toloſe in theologia le
gens:quodā mane uidit ī ſomnis.7. ſibi ſtel
las lucidas preſētari:que eo de nouo xenio
admirante totū mūdū illuſtrare uidebanť.
Et ecce dum ſcholas ītraſſet: beatus dn̄icus
cum ſex ex ſuis fratrib⁹ magr̄m adeūt:& ut
eos ī ſuos auditores ſuſcipet humiliter de-
poſcunt.Qui uiſionē recolens illos eſſe ſtel
las quas uiderat ītellexit:eoſq; gratiſſime re
cepit.¶Exiſtēte rome beato dn̄ico:quidam
magiſter rhegynald⁹ ſci auiani aurelian̄ de
canus cū ordinē ingredi ꝓpoſuiſſet: & hoc
uiro dei indicaſſet:ſubito ad mortē infirma-
tus eſt:pro quo dn̄icus beatā uirginem cui
ſpecialiter curam ordinis cōmiſerat exora-
uit.¶Regina ergo miſericordie cū duabus
uirginibus rhegynaldo ī extremis laborāti
noctē apparuit:& unctione mirifica ip̄m p ſin
gulas corporis ptes iunxit:formaſq; uerbo-
rum ad ſingulas unctiones ꝓtulit ac die ter
tia ip̄m plene ſanādum promiſit:eiq; habitū
predicatoꝝ ordinis demonſtrauit.Quam ui
ſionem cū per oīa ſimiliter uir dei ꝯſpexiſ-
ſet:mane ad rhegyna ldū acceſſit:& ipſuꝫ ſa
natum reppit nedū ab eſtu febris ſed etiam
a ꝯcupiſentia carnis.Aquo ſeriem uiſiōis au
diuit: & habitū a uirgine demonſtratū aſſū-
pſit. Nā ātea fratres ſuperpelliceis utebāť.
Rhegynaldus ergo ſanatus ordinē introiuit
& miſſus bononiā officium predicatiōis fer-
uenter pegit.¶ Iuuenis quidā nepos domi-
ni ſtephani cardinalis de foſſa noua cū equo
ī foueam precipitio lapſus: inde mortuus ē
eductus:quē beatus dn̄icus oratione fuſa cū
lachrymis ꝯtinuo ſuſcitauit.¶In eccleſia ſā
cti ſixti architectus quidā cecidit diuq; ſub
cumulo cadentis macerie iacēs expirauit.
Cuius cadauer ad ſe delatū:uir dn̄i oratio-
num ſuffragio a mortuis excitauit. ¶ In ea
dem eccleſia apud urbē cum fr̄es.40.mane-
rent:& panis ei quadā uice deficeret: modi-
cum panē reptum per bucellas fr̄ibus diſcū
bentibus diuiſit.Et ecce duo iuuenes forma
& habitu decori refectoriū ītrauerunt:pal-
liaq; plena panib⁹ detulerunt: quibus uiro
dei cunctis uidentib⁹ ſilenter oblatis ſubito
diſceſſerūt.¶In itinere poſitus cum grauis
pluuie iundatio fieret:a ſe & ſocio imbrem
adeo ſigno crucis reppulit: ꝙ circa eos ad

ſpatiū triuꝫ cubitoꝝ nec aque uel unica g
ta deſcendit.¶Conſtitutus in itinere cū qu
dam uiro religioſo: ꝯuerſationis domeſti
ſed loquela alieno:dolēs ꝙ diuinis eloqui
ſe mutuo refouere non poſſent:impetrauit
dn̄o ut alter alteri⁹ lingua loqueretꝰ:& ſic
triduum uerba alterutrius idiomate uari
tes mutuis ſe collationib⁹ ꝯfortarunt.¶H
minē quendā pluribus uexatū demoniis ſ
lam collo ipſius imponens fugatis ımundi
ſpiritib⁹ liberauit.¶ In partibus toloſat
ex pluribus ꝯuictis hereticis & incendio
uerat. Tunc indicauit habere thalamũ ĩ qu
erat omnis diſciplina ſtellaꝝ: pro quo pat
ſuus ducenta auri pondera expẽderat & p
hoc futura oĩa preuidebat. Et cũ ſuadẽtib
ſcis ut ipm opus deſtrui ꝯſentiret: & filiu
eius tyburtius iuuenis opus tã preclaꝝ di
ſolui ꝯtradiceret. tandem ad hoc deuenit
duo clibani accẽderent: ut ſi deſtructo op
pater ſuus ſanitatẽ nõ percipet: ambo ſci
ui cõcremarent. Ope ergo deſtructo ang
lus pfecto appuit: & ipm de lecto ſanum e
uauit: ſicq; chromatius cum filio ſuo tyb
tio & omni familia ſua nũero. i400. prom
cui ſexus fideꝫ pceperũt: omneſq; baptiza
ſunt. ¶Poſt hec dum ſeruẽte pſecutiõe di
cletiani & maximiani chromatius pfectu
depoſitus: cũ multis xp̃ianiſ ĩ cãpaniã exil
actus eſſet. Fili⁹ eius tyburtius amore ma
tyrii flagrãs ĩ urbe reſedit cum ſancto pa
caio ꝯtinue ieiuniis & orationibus uacans.
Qui die quodã trãſiẽs occurrit hõi qui d
to lapſus adeo caput & omnia mẽbra qu
ſauerat: ut iam de ſola ſepultura eius age
tur. Et ꝯuocatis ſeorſum pentibus indicau
eis uirtutẽ nõis xp̃i. Atq; dũ ſup corp⁹ ho
lẽte dixiſſet orationẽ dñicam & ſymbolu
apoſtoloꝝ: ſanũ & ꝯſolidatũ pentibus reſ
tuit. Quos cõuerſos una cũ iuuene ad pap

caium adduxit:qui eos oẽs baptizauit. ¶In
terea ſeuiente ꝑſecutione torquatꝰ quidem
xp̃ianꝰ q apoſtatauerat: ſcõ caio pape ſe cal
lide ſociauit:& ſimulata xp̃ianitate arte egit
ut ipſe una cũ ſcõ tyburtio orãtes ab inſide-
libus cõp̃henderẽt : qui & fabiano p̃fecto
p̃ſentati ſunt. Et dũ ꝯfeſtim torquatus xp̃m
negaſſet:& hoc idẽ tyburtio ſuaderet:ipſeq̃
magis xp̃m ꝯfiteret. Iuſſit fabianꝰ carbones
accẽdi:& ut tyburtius aut thura ſuper eos
diis imponeret:aut nudis pedibꝰ deſup am-
bularet. Qui inuocato xp̃i noie nuda plãta
ſup carbones incedens illeſus ꝑmãſit:quem
abianus uia lauicana extra urbẽ eductũ de
collari p̃cepit:ubi & ſepultꝰ eſt.3.idꝰ augu.

¶De ſcõ chromatio & ſociis mr̃ibꝰ. XLVII

CHromatiꝰ martyr cũ ſociis ſuis
martyriũ paſſi ſunt apud campa
niam tẽporibꝰ diocletiani & ma
ximiani imꝑatoꝝ:q chromatius
priꝰ fuit urbis prefectꝰ:& pater
ancti tyburtii ſupradicti:qui graui lãgore
udũ p̃ſſus a ſcis ſebaſtiano mr̃e & policar
o p̃ſbytero ſanatꝰ:& ad xp̃m conuerſus at
q baptizatus eſt:ut ſupra ꝓxime actũ eſt in
aſſione tyburtii. Cũ autem xp̃ianoꝝ perſe
utio ſub p̃fatis imꝑatoribꝰ ebulliret. Chro
atius de ꝯſilio pape caii cum multitudine
p̃ianoꝝ & cũ omni familia.1400.numero ꝓ
iſcui ſexꝰ:ut ꝑſecutionẽ declinarent i cam
aniam prexerũt:ibiq̃ degentes a diocletia
o ꝓſcripti ſunt in exilium:& multa inopia
flicti in ꝯfeſſione xp̃i poſt longũ tẽpus in
ace quieuerunt martyrio coronati. Quoꝝ
es dormitionis ignoti ſunt: unde & ſancti
burtii paſſiõi ſubdunt̃: quoꝝ principali-
r chromatius pater ipſius tyburtii fuit.

¶De ſcõ chromatio epo. XLVIII

CHromatius epiſcopus aquileieñ
fuit & claruit tempore theodoſii
imperatoris:& damaſi pape ſub
cuius metropoli floruit heliodo
rus epiſcopus altineñ : de quo
pra actum eſt i eius geſtis quinto idus iu
i. Ipſe enim heliodorꝰ hunc ſanctum chro
atium uiſitauit:& ab eodem ordinatus al
nenſis epiſcopus diu ſecum permanſit: ſa-
arum litterarum ſtudiis intendentes. Hi
uo epiſcopi beato hieronymo preſbytero
miliari dilectione coniuncti: plures eidẽ
iſtolas direxerunt: & ab eodem recepe-
unt. Ad quorum inſtantiam libros pluri-
os ſacre pagine idem hieronymus in lati-
um tranſtulit:& martylogium ſanctorum
ompilauit. Chromatiꝰ uero epiſcopꝰ poſt
udabilem uitam & multaꝝ uirtutum ope
quibus gregem dominicum uerbo & ex-
nplo pauit:plenus ſanctitate aquileie i pa
quieuit:ibidem tumulatus.

¶De ſcã ſuſanna uirgine & mr̃e. XLIX

SVſanna uirgo rome paſſa ẽ ſub
diocletiano imꝑatore:que fuit fi
lia gabini preſbr̃i fratris caii pa
pe:de quo ſupra dictũ eſt in paſ
ſione gabini.xi.calẽ.martii. Hec
patri ſuo unica & dilecta a cunabulis xp̃ia-
na ſacris litteris erudita eſt. Quia uero erat
de genere diocletiani imperatoris:idem im-
perator miſſo ad patrem eius claudio ipſiꝰ
ꝯſanguineo & ſuſanne auunculo puellam fi
lio ſuo in ꝯiugem requiſiuit. Pater aũt gabi
nus inducias petiit:ut filie uoluntatẽ requi-
reret:quam cũ requiſiſſet:illa ſe xp̃o deſpõ
ſatam reſpõdit:denegans oĩo ꝯiugium: po
tiſſime quia xp̃ianam nõ decebat cultori de-
monũ copulari. Poſt dies tres r̃uerſus clau
dius:ut eius reſponſionẽ audiret:a ſuſanna
cõuerſus eſt ad xp̃m. Reuerſuſq̃ domũ cuꝫ
omnia p̃pedigne uxori ſue rettuliſſet : ipſa
etiã ad xp̃m conuertit̃. Et ſic ipſe claudius
cũ coniuge & filio alexandro atq̃ filia cutia
nocte a ſancto caio papa baptizantur:& ſa-
cra euchariſtia cõmunicant̃. Claudius igit̃
omnibus ſuis uenditis miniſtrare cepit egen
tibus xp̃ianis. ¶Poſt dies aũt.xlvi. ſuſanna
iteꝝ requirit̃ in cõiugium filii imperatoris
per maximũ comitẽ rei priuate:eo ꝙ ipſam
uti ſponſam iuuenis nimium adamaret:ueni
enſq̃ comes ad claudium:ut ſecũ de matri-
monio tractaret:ab eodem ad fidem conuer
ſus eſt: & poſt dies qnq̃ a caio papa bapti-
zatꝰ:q & ipſe cepit xp̃ianis miſtrare. Quod
audiens diocletianus ſerene auguſte uxori
ſue ſuaſit:ut ſuſannam accerſitã de cõiugio
filii hortaret̃. Auguſta uero cum eẽt occul-
te xp̃iana:puellaꝫ ad ſe uocauit: & una ſecũ
ꝑ dies plures orõni uacauit. Hoc aũt impa-
tor ꝯperiens claudiũ cum uxore & filiis: &
maximo fratre ſuo iuſſit apud oſtiam in ma
re iactari:de quibꝰ ſupra in eorum paſſione
dictum eſt.12.calẽ.martii. Gabinũ uero in
carcere detineri fecit. Suſannã uero remiſit
ad ipſiꝰdomũ :ut eam ibidem filius ſuꝰ uel
uiolenter pollueret: nolẽs palatium ſuũ cõ
taminari. Ingreſſus aũt iuuenis ad eã noctu
uidenſq̃ angelum ſplendidum iuxta eam ti
muit:& fugit:aſſumptoq̃ curtio iteꝝ ad eã
rediit: qui ambo angelica uiſione exterriti
fugerunt. Quod imperator audiens & male
ficiis deputans:miſit ſuſanne ſtatuũculã io-
uis:ut eam aut adoraret:aut gladio periret.
Quam inſufflãs in puluerem redegit. Tunc
imperator miſſo macedonio tribuno : iuſſit
eam primo fuſtibus ceſam intra domũ ipſi-
us decollari:cuius corpus a ſerena impera-
trice in crypta ſepultum eſt:& ſanguis i lin-
teo collectus.3.idus auguſti.

¶De ſancto taurino epo. L

TAurinus eps fuit filius tarquinii
nobiliſſimi romani: & matris eu
tychie grece i ciuitate aurelianẽ.
Ad quẽ uenietes duo magi:cam/
byſes & zari:qui fuerãt ſacerdo/
tes diane cũ.xx.diſcipulis ſuis ut eũ occide/
rent:oppoſito ſibi ſigno crucis ſubſtiterũt:
nec ultra procederẽ ualuerũt. Quod uidẽtes
magi ſeipos pre dolore ceciderũt. Illi autẽ
xx.a ſcõ ſunt ↄuerſi:& baptizati. Hoc audi/
ens licinius prefect⁹ ipm ↄprehẽdit:& ſacri
ficare nolentem uirgis cedi iuſſit. Stati man⁹
carnificũ aruerũt:& leonilla uxor licinii cõ
uerſa eſt tanto miraculo ↄſpecto. Inter hec
nunciatur licinio filiũ eius marinũ cum pa/
ſchaſio armigero:q uenatiõi iſiſtebant ex e/
quis precipites interiſſe. Cũq; illos ſcũs tau
rinus ſuſcitaſſet: & illi que i eternis penis ui
derant enarraſſent. Conuerſus eſt licini⁹ cũ
filio & armigero & aliis.1200. ¶ Poſt hec
dum zabulus princeps cũ exercitu orienta/
lium gallos inuaderet: reuelatur taurino a/
nimas ſuoꝝ ciuium ab hoſtib⁹ ſaluandas: lo
cum uero penitus deſolãdũ:ipm uero ad do
minũ die.8.migraturũ. Qui hec oia popu/
lo nũciauit:& ipos in xpo ↄfortauit. Igitur
dñica die ſubſequẽte celebrata miſſa: & ſcõ
ſermone populo:apparuit multitudo cãdi/
datorum circa altare eum ad celos inuitan/
tium:nubeſq; odore fragrãs eccleſiam iple/
uit. Qua poſt horã recedẽte:inuentus ẽ i ſe/
de ſua manibus expãſis & oculis i celũ ere/
ctis ad dñm ↄuolaſſe. Dubitantib⁹ autẽ ciui
bus ne corpus ſanctũ ab hoſtib⁹ rapetur ſe
pultũ:appuit ſenior quidã:eoſq; ut ſe ſeque
rentur admonuit. Qui corp⁹ ide tollẽtes q̃ſi
tertia miliarii pte extra urbẽ ſeniorẽ ſequũ/
tur. Qui ibidẽ ſubſtitit: & ipm ibi ſepeliri
mandauit. Quib⁹ adhuc heſitantib⁹ corpus
ſe erexit & ut ibidẽ ↄderet uiua uoce ↄmo/
nuit. Quod & factũ eſt:poſt hec a ſeniore ut
inde uelociter fugerẽt admonent. Ipſo poſt
nuſq̃ ulteri⁹ ↄpente. Illiſq; abſcedẽtib⁹ ho/
ſtes ſubito in ciuitatem irruerunt:& eam ut
ſanctus predixerat euerterunt. Quieuit aũt
in dño.3.idus auguſti.

¶ De ſcis ſeptẽ dormiẽtib⁹ martyrib⁹. LI.

SEptem dormiẽtes i ciuitate ephe
ſi orti ſunt. Quoꝝ nomina ſunt
hec:maximianus:malchus:mar/
tinian⁹:dionyſius: ioannes:ſera/
pion:& cõſtãtinus:& apud ipam
ciuitatem i monte celio dormientes requieſ/
cunt ſine ulla corpoꝝ aut ueſtiũ corruptio/
ne. Cum eni decius impator perſequẽs xpia/
nos ueniſſet epheſum:& cunctos ad idolorũ
ſacrificia cõpelleret:prefati ſeptẽ xpiani in
ipſa urbe nobiliſſimi:in domo ſua ſecreto ſe
cellantes:accuſati apud deciũ ꝙ xpm cole/
rent:ante ipm ſtatuunt:& dato eis ſpatio re
ſipiſcendi uſq; ad reditum decii:q alio pge
bat dimittuntur. At illi interim patrimonia
ſua paupibus erogantes:inito conſilio i mõ
te celio ſeceſſerũt: & ibidẽ ſecretius eſſe de
creuerunt. Quibus malchus ↄtinue miſtra
bat:& quotiẽs urbẽ itrabat ut cibos emere
ſe medici habitu ueſtiebat. Cum ergo deci
epheſum rediſſet: & eos ad ſacrificandũ pe
quiri iuſſiſſet. Malchus miniſter eoꝝ ad ſo
cios territus rediit: & eis furorẽ ceſaris ind
cauit. Eis tñ panes allatos appoſuit:& i dñ
confortauit. Qui nimio timore pauefacti c
lachrymis ſero comederunt:& ſe mutuis e
hortationib⁹ ↄfortantes ſicut deus uoluit o
dormierũt. Taliq; ſomno diuina diſpenſati
ne ſoporati in eodem loco iacuerunt uſq; a
annũ trigeſimum theodoſii iunioris per an
nos uidelicet.196. Mane aũt facto cũ queſit
inueniri nõ poſſent:& decius tales ſe uiros
didiſſe doleret: accuſati ſunt ꝙ oia ſua pau
perib⁹ diſpenſaſſent: & hucuſq; in mõte ce
lio latuiſſent i xpianitatis propoſito perma
nentes. Iuſſit ergo decius pẽtes ſuos adeſſe
& minis ac terroribus ab eis extorſit:ꝙ i
ipſo monte laterent ſicut ei fuerat per alio
ſuggeſtũ. Tunc cogitãs qd de ipſis faceret
nutu dei iuſſit os ſpelũce lapidibus obſtr
ut ibi deficerent fame & inopia circũcluſ
Quod cũ fieret duo ex miniſtris xpiãi: the
dorus & rufinus eoꝝ mrium deſcribẽtes i
tabulis:& ſigillantes caute inter lapides p
ſuerunt. ¶ Mortuo igit decio & tota illa g
neratione:poſt ãnos.196. anno uidelicet.3
impii theodoſii iunioris pullulauit hereſ
eoꝝ qui negabant reſurrectionẽ mortuorũ
unde ↄtriſtatus xpianiſſimus impator:qui
fidem tam impie agitari uidebat:i cinere
cilicio cũ lachrymis in oratione quotidie
ſiſtebat. Quod uidens miſericors deus co
firmare ſpem de reſurrectiõe mortuoꝝ u
luit:& ita predictos mrẽs ſuſcitauit. Miſit
quidem in cor cuiuſdã burgenſis epheſi:ut
illo loco edificaret ſtabula paſtoribus ſui
Cementariis ergo ſpeluncã apientibus ſu
rexerunt ſci:& ſe inuicẽ ſalutantes putaba
ſe una tantum nocte dormiſſe & pridiana
triſtitiam recordantes:ſe mutuo ad marty
um exhortabantur. Iuſſeruntq; malcho
ad urbem deſcenderet:& plures panes q̃ h
ri afferret:atq; quid iuſſiſſet decius nunci
ret. Qui aſſumpto medici habitu iuxta m
rem.v.ſolidos accepit: & de ſpelũca exiu
uidẽſq; lapides admirat⁹ ẽ:ſed aliud cogit
de lapidibus paꝝ curauit:ueniẽs ergo tim
dus ad portã ciuitatis:ultra modum ſtup
factus ẽ:uidens ſignum crucis ſuperpoſit
& mutatã in omnibus ciuitatẽ. Et ad ſing
las accedens portas: ita per omnia reperi

ſignāſq; ſe ad primā portam rediit:ſe exiſti
mans ſomniare. Ingreſſus tandem cum tre/
more nimio homines de xp̄o loquentes audi
uit:& maiorem ſtuporem incurrit:nec puta
bat illam eſſe epheſiorum ciuitatē:& cū in/
terrogans ipſam eſſe epheſum intellexiſſet:
uere ſe erraſſe putauit:& ad ſocios redire co
gitauit. Acceſſit tamē ad eos: qui panem uē
debant:& cum argenteos ꝓtuliſſet:mirati uē
ditores monetam incognitam:dicebant ad i/
uicem:ꝙ ille iuuenis theſauꝝ antiquū inue
niſſet.ille uero eos ad inuicē colloquētes ui
dens putabat: ꝙ ipm̄ ad imperatorem trahe
re uellent:& territ⁹ rogabat:ut panes & nū
mos retinerent:& ſe dimitterēt. Qui eum te
nentes interrogabant: ubi theſauros impera
torum antiquoꝝ inueniſſet: q nō inueniebat
quid eis diceret pre timore. Miſſo igitur fu/
ne in collo eius per uicos ad medium ciui/
tatis trahitur:& exiit rumor:ꝙ iuuenis the/
ſauros inueniſſet. Cōgregatiſq; omnibus ad
eum:ipſe a nemine cognoſci poterat: ſed nec
ipſe circūſpiciens aliquem de ſua cognatio/
ne uidebat: quos ueraciter uiuere putabat:
& nullum inueniēs quaſi inſanus ſtabat i me
dio populi. Quod audientes marinus eps̄ &
antipater procōſul: eū ad ſe duci iuſſerunt:
& cum ad eccleſiam duceretur : ad decium
trahi exiſtimabat. Epiſcopus igitur & ꝓ/
conſul mirantes eū interrogant:ubi theſau/
ros antiquos inueniſſet. Qui reſpondit ſe ni/
hil inueniſſe. ſed de ſacculo parentum ſuoꝝ
nūmos illos habuiſſe. Et interrogatus cuius
ciuitatis eſſet:reſpondit:ꝙ erat ipſius ciui/
tatis:ſi tamē illa eſſet ciuitas epheſina. Et in/
terrogatus de nomine parentum ſuorum:ut
pro ipſo teſtarent̄:cum ipſos nominaſſet: &
nullus eos cognoſceret:dicebant eum finge
re:ut aliquo modo euadere poſſet. Dicente
procōſule:ꝙ pecunia illa parentum ſuo/
rum eſſe non poterat:eo ꝙ ſuperſcriptio ſe/
ducentorum ānorum erat : quo tempore
parentes ſui fuiſſe non poterāt:& ꝙ tali mō
ſapientes & ſenes epheſi uolebat deludere.
Iuſſitq; eum tormentis tradi:donec ueritatē
confiteretur. Tunc malchus procidēs eos ꝓ
deo adiurauit:ut ei dicerent:ubi decius im/
perator eſſet. Epiſcopus uero rn̄dit:ꝙ tunc
non erat in terra:qui decius nominaretur:ſꝫ
ante longum tēpus fuerat imperator. Mal/
chus uero ſtupefactus ſtabat.narrauitq; eis
quo furorem decii i monte celio cum ſociis au
fugerat:& quomodo in ſero precedenti deci
um ipſam ciuitatem intrauerat.ut xp̄ianos ꝑ
ſequeretur:ſi tamē ipſa eēt ciuitas epheſioꝝ
in cuius teſtimonium rogabat : ut ſecū irēt:
& ſocios ſuos eis oſtenderet. ❡Tunc eps̄ co
gitans:ꝙ hec eſſet diuina uiſio:cum procon
ſule & uniuerſo populo ducente eos mal/
cho perrexit ad montem celium : & ingre/
diēte prius malcho ad ſocios inuenit epiſco
pus inter lapides litteras ſigillatas duobus
ſigillis argenteis ſanctorum paſſionem con/
tinentes:quas coram omni populo legit: &
mirantibus cunctis uiderunt ſanctos in ſpe/
cu ſedentes:& facies eorum quaſi roſas flo/
rentes:omneſq; glorificabant deum cernen/
tes corpora ipſorum & ueſtes incorruptas
ac ſi ſola una nocte dormiſſēt. Statimq; hec
omia theodoſio imperatori p litteras ſigni/
ficare curarunt. Qui ſurgens de loco in quo
orabat glorificans deum cōcitus uenit ephe
ſum:ueniēs quoq; ad ſpeluncam:uidit ſācto
rum facies ſicut ſol refulgentes:& procidēs
ante ipſos:ac ſingulos eorum amplexans fle
uit cum gaudio dicens : ꝙ ſic eos uidebat:
quaſi ſi uideret chriſtum lazarū de monu/
mento uocantem. Qui reſpondebant: ꝙ ad
hoc deus ipſos ſuſcitauerat:ut crederetur i/
dubitāter reſurrectio mortuoꝝ. Sicut enim
infans eſt in matris utero non ſentiens leſio/
nem & uiuit: ſic fuerant uiuentes & dormiē/
tes & nihil ſētiētes:& his dictis inclinātes ca
pita ſua iterum obdormierunt : quos impe/
rator deoſculans ſuper eos fleuit. Et cū iuſ
ſiſſet fieri loculos aureos:in quibus mitterē
tur:in ipſa nocte apparuerunt impatori di/
centes:ut ſicut hactenus in terra iacuerant:
ſic eos dimitteret: donec eos dn̄s iteꝝ i ultia
reſurrectiōe ſuſcitaret. Iuſſit ergo impator
locum illum inauratis lapidib⁹ adornari:&
oēs ep̄os negantes reſurrectionem ab epi/
ſcopatu deponi. Dormierūt ergo ſancti mar
tyres prima dormitione. 6. calēdas auguſti.
Surrexerunt uero. 3. idus ipſius mēſis : quo
die feſtum ipſorum ſolēni⁹ recolitur : anno
domini. 448.

❡De ſancta clara uirgine. LII

Clara uirgo ordinis dominarum
pauperum ſancti damiani de ci/
uitate aſſiſii nobilib⁹ orta parē/
tibus ab annis puerilibus chri/
ſti ſeruitio mancipata uirginita/
tem ſuam domino dedicauit:que a btō fran/
ciſco ordinis minorum fundatore edocta :
monitis ipſius relicto ſeculo:die dominico
palmarum adhuc iuuēcula ad eccleſiam in
omni ueſtium ſuarum ornatu procedens:a
ſummo pontifice innocētio tertio palme ra/
mum accepit.die quoq; ſequēti ad beatum
franciſcum acceſſit:& apud ſanctam mariaꝫ
de portiuncula ab ipo habitum monachalē
cum humilitate petiit & aſſumpſit. Deducta
ergo ad eccleſiam ſancti pauli graui perſe/
cutione conſanguineorum ſibi excitata: ipa
in ſancto propoſito pſeuerans bella omnia
triumphauit:deinde a ſancto franciſco apud
eccleſiam ſancti damiani incluſa ſororum

pauperum ordinem incohauit:&.42.annis i ſanctitate & perfectiõe uite perſeuerauit. Ie iuniis quoq; & orationibus ſemp intenta paternam omnem hereditatẽ mõaſteriis eccleſiis & pauperib⁹ diſpenſauit. Cuiuſq; regulam prefatus papa innocentius cõfirmauit. Miraculis etiam pluribus & inſignibus claruit. ¶ Nam ſemel panem unicum in domo repertum:cum fratribus elemoſynã petentibus dimidiauit:reliquãq; medietatem inter 40.ſorores diuidi fecit:omnibuſq; ſaturatis plenius abũdauit. ¶ Alias etiã uas olei uacuum eius oratione repletum inuentum eſt. ¶ Cũ tempore federici imꝑatoris italiã deuaſtantis:ſaraceni ab eo ꝓducti uallem ſpoletanã depopulati eẽnt: hi quoq; aſſiſiũ iuaſiſſent:cum ipſa langueret: ſe in ianua clauſtri hoſtibus irruentib⁹ opponi fecit:xp̃oq; puerulo ſibi appẽte: & liberationẽ loci ac ciuitatis promittẽte:orans infideles illos diuinitus non ſolum a monaſterio effugauit: ſed etiam ciuitatem ab eoꝝ euerſione ſaracenis mox per aliam portã quaſi in fugã exeũtibus liberauit. ¶ Alias etiã uitalẽ quẽdam de aduerſa ciuitatẽ eandem obſidentẽ ſua oratione adeo perturbauit:ut diſſoluto exercitu:mane ſequenti recederet qui p⁹ dies modicos iugulatus eſt. ¶ Sancta autem uirgo in principio ſue conuerſionis agnetem germanam poſtulauit a deo ſibi in eodem propoſito ſociandam:quod & obtinuit. Nam & ipſa poſt dies.xvi. relinquens mundum religionis habitum ſuſcepit: & in eodem monaſterio una ſecum uirgo permanſit: totidẽq; diebus poſt eius tranſitũ claram ad celeſtia ſecuta eſt. ¶ Cum aliquando in natale domini iſirma lecto decũberet:matutinali officio in ſpiritu rapta p̃ns fuit: xp̃mq; pueꝝ aſpexit oiaq; diuina corporaliter audiuit:& que geſta fuerant rettulit:cũ tñ tanto longe poſita eſſet ꝙ uoces cantantium humanitus audire non potuiſſet. A ſero quoq; cene dominice uſq; in ſabbato. ſcõ de mane in extaſi aſſumpta:paſſionem dominicam in ſp̃ũ contẽplata:& ad ſe rediẽs unius fere hore ſpatio putauerat ſe dormiſſe:Sicq; ſignis & uirtutib⁹ clarẽs ꝑ annos.28. longo caſtigata lãgore aſſiſtente ſibi dño gregorio papa.9. ſibi deuotiſſimo cũ cardinaliũ cetu uirtutib⁹ ꝓdita feliciter migrauit ad xp̃m pridie id⁹ auſti. Ab eodem pontifice i eccleſia ſancti gregorii tumulata: ubi & quieſcit miracl'is clarens.

¶ De ſcõ euplo martyre. LIII.

E Vplus martyr i ciuitate cataniẽſium temporibus diocletiani & maximiani imperatorum paſſus eſt ſub caluiſiano conſulari. Dũ enim idem caluiſianus i templo idolorum ſacrificaret: & euplus ſe chriſtianum publice proclamaret tentus eſt: & queſitus quem deum coleret. Qui cum q̃tuor euangeliorum codicem quem ſecum habebat apuiſſet:& coram eo legiſſet xp̃m confitendo ab eodem iudice diutius tortus:deinde cõtra eum dictata ſententia decollatus ẽ pridie idus auguſti. Sepultuſq; eſt in ipſa ciuitate.

¶ De ſcã hilaria & ſociab⁹ mrĩb⁹. LIIII

H Ilaria martyr mater ſcẽ aphre fuit. De qua ſupra dictum eſt nõnis auguſti. Que cum ancillis filie ſue:digna: eumenia:& eutro
pia apud cretã in ciuitate augu
ſta paſſa eſt. He cum corpus predicte aphre mr̃is ſepeliſſent:die ſequẽti ad tumulum ei⁹ orantes reperte ſunt & comprehenſe:atq; iudici preſentate. Que dum xp̃m confiterent in monumento de lignis facto incluſe ſunt & catenis uincte: ipſoq; tumulo feno & ſpinis repleto:igne ſuppoſito:martyrium conpleuerunt pridie idus auguſti. Quarũ co
pora iuxta aphram martyrem condita ſunt

¶ De ſanctis quiriaco & ſociis martyribus LV

Q Viriacus:largus:creſcentianus meminia:iuliana:leonides:eutychianus: diomeda:chariton:ph
ladelphus: agapes & petrus c
aliis.xiii.apud eandem ciuitate
auguſtam in creta paſſi ſunt. Qui omnes confeſſione nominis chriſti decollati mart
rium conſumauerunt pridie idus auguſt
Hec ado ex martylogio hieronymi.

¶ De ſcis hippolyto & ſociis mrĩb⁹. LV

H Ippolytus & omnis eius famil
utriuſq; ſexus numero.19. ro
paſſi ſunt ſub decio ceſare & u
leriano prefecto. Cum enim h
polytus beatum laurentium
cuſtodia haberet ſibi a ꝑfecto ualeriano c
mendatum:& uidiſſet eum manuſ ſuper o
los cecorum imponentem:& eos illumina
tem conuerſus eſt:& eũ omni domo ſua b
ptizatus:ut dictũ eſt ſupra i paſſiõe laurẽ
4.idus auguſti. Poſtq̃ aũt corpus beati l
rentii cũ iuſtino pr̃sbytero ſepeliſſet:uenit
mum:& dans pacem oĩbus ſeruis & ancil
ſuis:oẽs ſacramẽto altaris quod iuſtin⁹ pr̃ſ
obtulerat cõmunicauit:& poſita mẽſa p
q̃ cibũ ſumeret:uenientes milites eum rap
rũt:& ad deciũ adduxerũt. Quẽ deci⁹ iter
gauit:an mag⁹ effect⁹ eẽt:eo ꝙ corp⁹ laur
tii abſtuliſſet:illeq; rñdit:ſe nõ eẽ magũ
xp̃ianũ. Tũc deci⁹ fecit eũ expoliari habi
xp̃iano:& os ei⁹ lapidib⁹ tũdi:agens ut ſa
ficaret:ne ꝑ tormẽta ſicut laurenti⁹ perir
Cũ autẽ diceret ſe uelle exẽplũ bti mr̃is l

entii imitari:iuſſit eum decius fuſtibus ce/
li:& cardis ferreis laniari:& cum tormenta
uiuſmodi derideret:fecit ipſum ueſtiri ue/
te militari:qua ante utebatur:hortans ut a/
nicitiam & militiam priſtinam obtineret:
ui hippolytus ſe chriſto militare dicebat:
uē tradidit decius ualeriano prefecto: ut
mnes eius facultates acciperet:& tormētis
fficeret. ¶ Valerianus autem inuenta omni
ius familia chriſtiana omnes ſibi exhiberi
recepit:& cum ad ſacrificia cogerentur:cō
ordia nutrix hippolyti pro omnibus reſpō
it:ꝙ optabant cum domino ſuo magis pu/
ice mori q̄ impudice uiuere. Valerianꝰ au/
em dicens: ꝙ genus ſeruorum niſi per ſup/
licia non emendatur: iuſſit eam preſente
ippolyto tam plumbatis cedi:quouſq; ſpi/
tum emitteret. deinde extra portam tybur
nam hippolytuꝫ cum omni eiꝰ familia du/
fecit:quos cum ipſe ad martyrium horta/
tur:iuſſit ualerianus eos omnes in conſpe
u hippolyti decollari:ipſum uero pedibꝰ
d colla idomitorum equorum ligari fecit:
ui ſic per cardos & tribulos tractus emiſit
iritum. Quorum corpora iuſtinꝰ preſby/
r rapuit:& iuxta corpus laurentii in agro
erano ſepeliuit. Corpus uero concordie in
enire non poterat: quia fuerat in cloacam
roiectum. Miles autē quidam nomine por
hyrius credens concordiam aurum & mar
aritas in ueſtibus habere: quendam cloa/
rium nomine ireneum: qui erat occulte
chriſtianus aduocauit: & ei ſecretiꝰ ubi cor
us eſſet intimauit: promiſſione ſibi facta:
aurum uel gemmas repertas eidem con/
deret:ipſe uero corpus haberet. Cumq; ei
cum indicaſſet: & extracto corpore nihil
ueniſſet: porphyrius fugit:& ireneus uo/
cto alio chriſtiano nomine abundio corpꝰ
iuſtinum preſbyterum detulit: qui illud
ixta corpora hippolyti & aliorum ſepeli/
it. Paſſi ſunt autem idibus auguſti.

¶ De ſancto hippolyto epo. LVII

Ippolytus epiſcopus aphricanꝰ
claruit tempore alexandri impe
ratoris: qui uite ſanctitate plenꝰ
& doctrine ſuauitate mellifluus
pluria i dei eccleſia opuſcula cō
didit:uidelicet libꝝ de paſcha compoſuit.
tem in exameron. Item contra martionem.
tem in cantica canticorum. In geneſim. In
chariam prophetam. In librū pſalmorū.
iſaia. In daniele. In apocalypſi. In ꝓuerbi
. In eccleſiaſte ꝯmētarios edidit. Libꝝ ꝯpo
it de ſaule & phythoniſſa. De antichriſto.
e reſurrectiōe. De laude dn̄i ſaluatoris: &
roſhomelion:& plenꝰ uirtutibꝰ in pace qe
t:ut dicit gēnadius libro de illuſtribꝰ.

¶ De ſcō caſſiano epo & mr̄e. LVIII

Caſſianus eps paſſus ē apud ciui/
tatē forū ſylle ſiue cornelii a ſyl
la cornelio duce romanoꝝ dictā
que nūc imola nūcupaṫ. Hic ge/
nere nobilis pōtifex fuit ciuitatis
brixineñ:que ciuitas ē i affinibus allemanie
poſita: q ꝑegrinationis gr̄a uenit ad imoleñ
citatē:ubi dū ſcholas pueroꝝ rgeret:& xp̄ꝫ
dn̄m ꝑdicaret tpe ꝑſecutiōis a paganis tētꝰ:
queſitū ē qd artis:aut qd hēret officii. Rn̄ſū
q; eſt:ꝙ pueros lr̄is erudieret: Statiq; a pſe/
cutore quē ſpreuerat:p ſnīaꝫ addictū eſt:ut
ipſiꝰ diſcipuli in magr̄i ſanguinē quō uellēt:
cū corpis laceratiōe ſeuirent. Statuiṫ ergo i
mediū ſpoliatꝰ: & poſt terga ligatꝰ manibꝰ
Armati itaq; ſtilis pueri circūſtātes ac tabu
lis illudebāt mgr̄o: & in capite ipſiꝰ fractis
tabellis acutiſſimis ſtilis mēbra eiꝰ nō ceſſa
bāt effodere. Multis itaq; uulneribꝰ dei mar
tyr ꝑfoſſus:uix retrahēs ſuſpiria: hūili eos
hortabaṫ uoce:ut eēnt uiribꝰ fortiores:& an
nos uirtute trāſcenderent. Sicq; p uenas to/
tiꝰ corpis ſanguis effuſus piā animā cōdito/
ri ſuo cū gloria reddidit & corona:& ſepul/
tus iacet i ipſa ciuitate: q paſſus ē idibꝰ aug.

¶ De ſcō caſſiano pſbytero & ꝯfeſſore. LIX.

Caſſianꝰ pſbyter de quo frater ui
centius & gēnadius:claruit tpre
honorii iꝑatoris: uir illuſtris &
facundus. Alio noīe dictus ioan/
nes eremita. Qui de eccleſia con
ſtantinopolitana per hereticos eiectꝰ in maſ
ſilia gallie preſbyter ordinatꝰ:duo condidit
mōaſteria uiroꝝ& mulieꝝ que hodie extāt.
¶ Scripſit m1ta opuſcula ad fidei nr̄e exhor
tationē. Scripſit enī uitas patꝝ i egypto de/
gētiū & regulas:que multaꝝ aīaꝝ edificatio
nē ꝑtinēt:& luculēto ſmōe niteſcūt. Scripſit
& res omniū mōachoꝝ neceſſarias. i. debitū
& de canōica orone atq; pſalmodia:q̄ i egy/
pti mōaſteriis die noctuq; teneṫ libros quat
tuor: Inſtitutionum librum. i. De origine &
qualitate ac remediis. viii. principalium ui/
tiorum libros octo ſingula ſingulis expli/
cans. Digeſſit & collationes cū patribꝰ egy/
ptiis hītas: uidelicet đ deſtinatiōe monachi
ac fide. De diſtrictiōe. De tribꝰ ad ꝓuiendū
deo uocationibꝰ. De pugna carnis aduerſus
ſpiritū: & ſpūs aduerſus carnē. De natura
oiuꝫ uitioꝝ. De nece ſcōꝝ. De nobilitate aīe
De pricipibꝰ. De q̄litate oronis. De pfectis.
De caſtitate. De ꝓtectiōe dei. De ſcia ſpūali.
De dīnis chariſmatibꝰ. De amicitia. De diffi/
niendo uel non diffiniendo. De tribus anti/
quis generibus monachorum:& quarto nu/
per exorto. De fide cenobite & eremite. De
ſatiſfactione penitentie. De remiſſione quin/
quageſime. De nocturnis illuſionibus. De
eo quod dicit apoſtolus. Non enim qd uolo

Ex concessione Urbani V. colitur Cassianus Massiliae.

hic plura opera ei immerito adiudicantur. Erravit in collatione XIII circa gratiam.

facio bonum: ſed qđ nolo malum hoc ago. De mortificatiõe: ad extremũ rogatus a leone archidiacono poſtmodum romano epõ: aduerſus neſtoriũ de incarnatiõe dñi. 7. condidit libros: in quibus apud maſſiliã ſcribẽdi: & uite terminũ dedit. Imperantibus theodoſio & ualentiniano.

¶ De ſcã radegunde regina. LX.

RAdegundis regina nitigoꝶ nobiliſſima clotharii regis francoruꝫ uxor: claruit ãno. 30. iuſtini imperatoris: ut ait ſigibertus. Hec natione barbara patre rege berẽgario noĩe progenita: dum regio ſua a francis eſſet depopulata: de patria ſua in galliã ĩ predam abducta: ueniens in ſortẽ clotharii ob nimiã ſpecioſitatem ab eo ĩ coniugẽ ducta eſt. Que tamẽ deo potius q̃ regi ſeruiebat ieiuniis: uidelicet elemoſynis & oratiõibus uacans: carnẽ cilicio domãs: deſuper regalibus induebatur. Adhuc in palatio regis conſiſtẽs: dũ in pruina uilla p pomeriũ ambularet: & audiſſet uoces ꝯpeditoꝶ eius miſericordiã implorantiũ: pro ipſis in orationem ſe dedit: & ꝯtritis cõpedibus illico omnes abſoluit. Dum aũt frater regis in bello occiſus eẽt: ille ex hoc motꝰ uxori dudũ poſtulatã & optatã petitionẽ ꝯceſſit: q. ſ. deo libere ſeruire poſſet. Que ueniens ad ſcũꝫ medardum nouionẽ epm: ab eo cõſecratur in xpi ſponſam: & pictauis monaſterio cõſtructo: ordinãte rege clothario ibidẽ ſe ĩcluſit: omnibus ſuis paupibus traditis: multiſq; in ibi ſororibus ꝯgregatis: eaꝶ abbatiſſa facta cuꝫ eiſdem ancillis xpi in ſcitate uite pollẽs ſolis diuinis ĩſiſtebat: pauperes quotidie recreans: & carnẽ pnia dira caſtigans. Multis quoq; miraculis claruit. ¶ Nã mulierem a diabolo obſeſſam ſolo imperio in xpi nomine liberauit: qui cũ fluxu uentris ea in eccleſie pauimẽto diſtenta egreſſus ẽ. ¶ Arboreꝫ lauri de aliquo loco euulſaꝫ & in horto ſuo pro ſolatio tranſplantatã: dum aruiſſet: oĩno ad uitã & uiriditatẽ reuocauit. ¶ Infantulã unam ex monachabus nup defunctã ĩ cellula ſua recluſam dudum ſup corpus orans cũ lachrymis a mortuis ſuſcitauit. ¶ Cũ imperator iuſtinus eidem per nũcios ſuos ptem ligni crucis dñice auro ꝯtectam deſtinaſſet: illiq; redeuntes ĩ mari naufragiũ paterent: ſcãm ĩuocãtes reginã: columbã tertio circa nauem uolantem ꝯſpiciunt. Cui dũ unus ex cauda tres pẽnas auelleret: & in mare miſiſſet: tranquillitas mox ſubſecuta ẽ. ¶ Tribunus quidam nomie domebenus gutturis ſ focationẽ patiẽs: die quo ſcã migrauit a carne: uidet in extaſi reginam radegundem ad ſe uenientem & eadẽ hora ſe de corpore exiiſſe nunciantem: eũq; admonentẽ: ut eccleſiaꝫ ſci martini in loco ſibi oſtenſo edificet: & d[...] tentos relaxet: & ſic ſanitatem recipiet. Qu[...] poſtq̃ hec promiſit ad ſe rediit: ſeq; ſanatu[...] reperiens: diem horãq; notauit: & ĩuenit ſa[...] ctam a ſeculo tunc migraſſe: unde mox di[...] miſſis. 73. detentis in uinculis eccleſiam ſan[...] cti martini in loco ubi nunc eſt de propri[...] edificauit. Quieuit in pace ſcã radegundi[...] idibus auguſti ĩ ſuo cenobio pictauis tum[...] lata.

¶ De ſcõ helia propheta. LXI.

HElias propheta de galaad originem trahens: cuius tñ nomẽ patris in ſcriptura non habetur: n[...] ſolum eccleſiaſtici. 48. ca. Inte[...] patres antiqui tẽporis glorioſu[...] ꝯmendatur: ſed etiam ab ipõ ſaluatore in a[...] qua euangelii parte magnificaẽ. Qui temp[...] re achab regis iſrael & iorã filii eius ĩ iſra[...] claruit: non ſolum inſignis ꝑphetie gratia[...] ſed etiam excellenti miraculoꝶ gloria: qu[...] a. 17. ca. iii. libri regũ uſq; ad ẽm quarti c[...] memorantur. ¶ Cum enim achab rex iſra[...] ad inſtantiam impie ꝯiugis iezabel omne[...] iſrael adeo preuaricare & baal adorare fec[...] ſet: ad preces helie prophete in ultionẽ ta[...] ti ſceleris: dñs clauſit celum: nec dedit pl[...] uiam ſup terram ãnis tribus & mẽſibꝰ ſe[...] propter qđ fames & ſterilitas magna fuit[...] uniuerſum regnum iſrael. Helias aũt ex pr[...] cepto dñi latuit ĩ torrẽte charit iuxta iord[...] nem: ubi corui deferebãt ei panes & carne[...] mane & ueſpere & bibebat de torrẽte don[...] ſiccaretur. Poſtea uero ueniẽs in ſareptã [...] donioꝶ que eſt inter tyrum & ſidonẽ urb[...] modica: uidit mulierem uiduã colligente[...] ligna. Ad quam cum petiiſſet modicũ aq[...] ad bibendum: & illa pergeret ut afferret: p[...] tiit & bucellam panis ad edendum. Cum[...] illa diceret ſe non habere niſi modicum fa[...] rine in hydria q̃tum eſt pugillus & parui[...] olei in lecytho. Iuſſit helias ſibi fieri ſubc[...] neritium panem de ipſa farina: promitte[...] per nomen domini: quia nec farina nec ole[...] deficerent uſq; ad tempus fertilitatis. Et [...] cut ipſe predixerat ſic factum eſt. ¶ Deinc[...] cum filius uidue ipſius apud quã helias c[...] manebat defunctus eẽt. Helias puerũ mor[...] tuum ſuper lectulum ſuum poſuit: & ora[...] tione facta: eum a mortuis ſuſcitauit. Hun[...] tradunt hebrei fuiſſe ionam prophetam: [...] cut dictum ẽ ſupra in geſtis ione prophete[...] vi. cal. februarii. Tunc iezabel regina om[...] prophetas domini quos inuenire potuit o[...] cidi mandauit. Abdias uero procurator d[...] mus achab abſcondit in ſpelũca. 100. uir[...] prophetas: & pauit eos pane & aqua: ꝑpte[...] qđ poſtmodũ ſpiritu ꝑphetico dotatꝰ ẽ. D[...] quo ſupra actũ ẽ ĩ geſtis eiꝰ. 9. cal. ianuarii.

¶Poſt tres ãnos & dimidiũ ſterilitatis & fa/
mis helias ꝓpheta:qui uſq; tunc latuerat: a/
chab regi iſrael ſe oſtẽdit:dũ ipſe rex ꝓpter
ſterilitatẽ quereret pabula equis ſuis:&non
inueniret:increpauitq; eũ ꝓpheta:ꝙ dñm re
liquiſſet:& deos gentiũ ſequeret:& coleret:
deinde hortatu ei⁹ ad impium regis ꝯgrega
ta multitudie populi & octigẽtis & qnqua
ginta ꝓphetis baal in monte carmeli:Helias
ad populũ ait:ne in duas partes claudicarẽt
ſed aut dñm deũ patrũ ſuoꝝ:aut baal ſeque
rẽt:deditq; eis optionẽ talẽ: ut duo boues
adducerent: quoꝝ unus dareẽ ꝓphetis baal:
& alius ſibi ſoli:& una queq; pars bouẽ ſuũ
in fruſta cõciſum ſuper ligna poneret: igne
nõ ſuppoſito:& inuocaret deũ ſuum: & qui
exaudiret igne dato de ſublimi: ipſe eſſet ue
rus deus. Placuitq; ꝓpoſitio populo. Cũq;
ſacerdotes baal feciſſent: quod dixerat heli
as inuocantes baal a mane uſq; ad meridie
tranſiliebant altare:quod fecerant:& incide
bant ſe iuxta ritum ipſoꝝ lanceolis:ut ſãgui
ne perfunderent. Demones enim plurimum
delectantur perfuſione ſanguinis humani.
Tunc helias pñte populo altare ipſoꝝ de/
ſtruxit:& nouo in honorẽ domini cõſtru/
cto ligna & fruſta bouis ſuppoſuit: & aquã
abundanter deſup iactare fecit: donec aque/
duct⁹ impleret:ne putarẽt arte magica ipm
de uiſceribus terre ignem ſuſcitaſſe. Factaq;
eſt ignis de celo deſcendit:q holocauſtũ
ligna & lapides ac puluerem: etiã ipſã aquã
conſumpſit. Quo uiſo miraculo popul⁹ ꝯuer/
ſus eſt:& iuſſu helie oẽs ꝓphetas baal occidit
iuxta torrentẽ ciſon. ¶Deĩn dixit achab: ut
comederet:& feſtinãter deſcenderet: ne ipm
pluuia ſupuẽtura occuparet. quo comedẽte
helias iclinato capite orauit:& miſſo puero
ſepties ad uidendũ ꝯtra mare:ſeptia uice ui
dit nubeculam aſcendentẽ: que uſq; tunc nõ
apparuerat. Feſtinãteq; achab domũ:facta eſt
pluuia grãdis:& oẽm terram irrigauit. Ieza
bel audito quod helias fecerat de ꝓphe/
tis baal querebat:ut occideret eũ:qui timẽs
fugit i berſabe iuda:& dimiſit ibi pueꝝ ſuũ:
& perrexit in deſertũ uia uni⁹ diei:ſedẽſq; ſub
ter iunipeꝝ:petiuit aie ſue:ut moreret:poſt
modũ uero dormitauit:& excitat⁹ ab ãgelo
& confortatus:atq; pane celico ei delato reſe/
ctus ambulauit in fortitudine cibi illius.xl.
diebus:uſq; ad montẽ dei oreb: ubi pceptũ
accepit a deo de ungendo azael regem ſup
ſyriam in damaſcũ:& iehu filiũ namſi rege
ſuper iſrael:& heliſeũ filium ſaphat de abe/
la in ꝓphetã p ſe:ut iſti tres interficerẽt ido/
latras iſrael. Que omnia helias adimpleuit
iuxta mãdatum dñi. ¶Mortuo uero achab
rege iſrael:regnauit p eo filius ei⁹ ochozias
qui ambulauit in uiis malis patris ſui & ma
tris ſue impie iezabel:ꝓpter quod de⁹ puni/
uit eũ:ut cadens de cancello cenaculi ſui ad
mortẽ egrotaret in ſamaria ciuitate. Miſitq;
nuncios ad ꝯſulendũ beelzabuth deũ acha/
rob:an liberari poſſit de infirmitate ſua:qui
bus ex pcepto dei occurrẽs helias:eos redar
guit: dicens ꝙ ochozias de ipſa egritudine
moreret. Cumq; rediſſent nuncii ad regẽ:&
ei uerba narraſſent:queſito ab eis de habitu
uiri:intellexit ipm eſſe heliã:miſitq; ad eum
principem qnqnagenarium & qnquaginta:
qui erant ſub eo:ut uocarent heliã:uel inui/
tum traherent. Et ad mandatum helie deſcẽ/
dit ignis de celo:& deuorauit eos. Rex quo
q; miſit alium quinquagenariũ & ſuos quin
quaginta:qui ſimilia paſſi ſunt. Deſtinat⁹ ue
ro tertius:q abdias fuiſſe dicit:curuauit ge
nua cõtra heliam:& eius miſericordiã iplo
rauit. Et ꝓpheta dñi cũ eo iubẽte angelo de
monte deſcendit: & ingreſſus ad ochoziam
ipm de idolatria redarguit: mortẽq; ei imi/
nere ꝓphetauit:qui & mortuus eſt iuxta uer
bum helie. Pro quo ioram frater eius regna
uit:eo ꝙ ochozias filiũ nõ haberet. ¶Anno
uero primo ioram regis iſrael:cum helie re
uelatum eẽt: ꝙ de⁹ ipm tollere uellet: iue/
runt helias & heliſe⁹ de galgalis i bethel: &
deinde in hiericho:ac demum deuenerũt ad
iordanem ſequentibus eos qnquaginta ex fi/
liis prophetarum:qui diuino ſpiritu raptu
helie prenouerant. Tunc helias ſtans ſup ri/
pam iordanis:tulit pallium ſuũ:& percuſſit
aquas:que diuiſe ſunt in duas partes:& trã/
ſierunt ambo per ſiccum:helias uidelicet &
heliſe⁹. Dixitq; helias ad heliſeũ: ut peteret
quod uellet ab eo:anteq̃ ab ipſo tolleretur.
Qui petiit:ut duplex ſpiritus eius in eo re/
quieſceret. ſ. ad ꝓphetandũ & miracula faci/
endum. Cũq; pgentes ad inuicem loquerẽt:
helias curru igneo & equis igneis rapt⁹ eſt
ab heliſeo.& per turbinem in celum:hoc eſt
in ſuperiora aeris aſcendit: tranſlatuſq; eſt i
paradiſum terreſtrem:ut creditur: ubi cum
enoch corporaliter uiuit redituri in fine ſe/
culi:& contra antixpm cõflictum habituri:
quos ipſe demũ occidet:ſed eos dñs ſuſcita/
bit:ut habeẽ apocal.xi. Leuauit autem heli
ſeus pallium helie:quod ceciderat ei:& per
cuſſis aquis iordanis ſecũda uice diuiſe ſũt:
& tranſiuit heliſe⁹ per ſiccũ ad aliam ripam
ubi erant filii ꝓphetaꝝ: qui uiſo miraculo
diuiſiõis aquaꝝ intellexerũt ſpiritum helie
in heliſeo quieuiſſe. Celebratur autem dies
raptus helie prophete ab hebreis.19.calen.
ſeptembris:quo die tradunt eum in padiſu
fuiſſe tranſlatum. Hec ex libris tertio & q̃r/
to regũ:capitulis quibus ſupra:ex dictis io
ſephi:& hieronymi:& ex hiſtoria ſcholaſti/
ca:atq; ex chronica guilelmi.

¶De ſcō euſebio preſbytero. LXII.
EVſebius preſbyter rome claruit
tpe ↄſtantii auguſti:& liberii pa
pe hereticoꝝ:q uir catholicus&
doctrina pclarus:dū fideȝ catho
licam ↄſtanter defenſaret: & con
ſtantium auguſtū atq; liberium urbis rome
epm hereticos predicaret:eo ꝙ arriane fidei
ↄſenſiſſent. Ab eodē ↄſtantio rogatu liberii
detentus eſt:& in quodā cubiculo dom⁹ ſue
incluſus habēte in latitudine pedes.4. & ibi
multis menſib⁹ i oratione pſeuerauit.Inclu
ſus tñ adhuc poſt mēſes.7.dormitionem ac
cepit.19.cal.ſeptēbris.Cuius corpus grego
rius & oroſius preſbyteri ſepelierūt uia a/
pia in cemiterio calixti : iuxta corpus beati
ſixti pape & martis in crypta.Quod audiens
ↄſtantius auguſtus ꝑgregoriū pſbyterum
cepit:& uiuum i eadē crypta ſepeliuit : ubi
poſt dies tres in pace quieuit.

¶De ſcō euſebio epo emeſſeno. LXIII
EVſebius eps emeſſen⁹ tēpore cō/
ſtantii ipatoris claruit:q uir ele/
gantis rethoriciq; igenii innume
rabiles ↄpoſuit libros magis ſe/
cutus hiſtoriā:& qui ad plauſuȝ
ptinent ab his qui declamare uolūt maxime
leguntur.Quoꝝ precipui ſunt aduerſus iu/
deos & gentiles atq; nouatianos.Ad galatas
quoq; ſcripſit libros.x. Et in euangeliis ho
melias plurimas breues. Quieuit aūt i xpo
apud antiochiā.Ibidē ſepultus in pace.Hec
hieronymus libro de uiris illuſtrib⁹.

¶De ſcō euſebio abbate. LXIIII
EVſebius abbas diſcipulus beati
hieronymi fuit. Hic natione cre/
monenſis nobili proſapia ortus:
cū ad terrā ſanctā uiſitandā pre/
xiſſet beatum hieronymū ibideȝ
repperit qui apud bethleem puū monacho/
rum ↄſtruxerat de nouo cenobiū. Cuius ſa/
piētia & moribus accenſus relicto ſeculo ei
adheſit: & monachus fcūs in ſcē ↄuerſatiōis
ordīe uitā laudabilē duxit. Quē & hierony
mus decedēs eidē ↄgregatiōi i abbatē prefe
cit:& eidē bibliothecā ſuā ↄmēdauit. ¶Cū
poſt obitū btī hieronymi grecoꝝ quedā he
reſis pullulaſſet: aſſerens ꝙ aīe beatoꝝ uſq;
ad corpoꝝ reſūptionē eternā nō percipiunt
gloriam:nec aīe dānatoꝝ ſentiūt gehēne pe/
nam:multiſq; fidelib⁹tali errore iuolutis cū
talis opinio i ptibus hieroſolymitanis reſo/
naſſet:per cyrillum epm hieroſolymitanuȝ
idictum eſt triduanū ieiuniū cū aſſidua ora/
tione cunctis fidelib⁹: ut de⁹ ſue fidei catho
lice ſubueniret. Expletis aūt tribus diebus
nocte precedēte appuit beat⁹ hieronymus:
Euſebio i oratiōe cū lachrymis ↄſtituto di/
cens:ꝙ deus fideles ſuos reſpexerat:& ꝙ in

teruētu ipſius eccleſie ſue ſubuenire decre
uerat.Mādauit ergo ut triū iuuenum in ip
nocte i bethleē defunctoꝝ corpora ante ſoſ
ſam in qua corp⁹ ipſius doctoris quieſceba
deferri faceret: que ſacco cilicio quo uiuu
induebaꝰ tangeret:q continuo reſurgerent
& predictā hereſim uti teſtes ueridici ↄfut
rēt.Qui iteꝝ poſt dies.20.i xpo quieſcerēt
cū quib⁹ & ipſe euſebius migrare deberet
Mane aūt facto:cyrillo epo uiſio p euſebiū
narraꝰ:omniſq; clerus & popul⁹ in eccleſi
bethleem ↄgregatur:trium iuuenū ipſa no
cte defunctoꝝ cadauera ad tūbam hierony
mi deferuntur: & p euſebiū ipius ſacco cili
cino tanguntꝰ. Mox quoq; iuuenes quaſi d
ſōno euigilantes ſurrexerunt:& que uiderā
in alio ſeculo i gloria & in gehēna cūctis p
pulis narrauerunt:& ſic grecoꝝ hereſim c
fuderūt:p triduū uero ante dies illos.20.q
bus hieronymus predixerat:euſebius egro
tare cepit & per dies.3.febre correpť eccle
ſiaſticis ſacramētis ↄmunitus apparente ſib
beato hieronymo & ipm ad celeſtia uocant
i dño feliciter pauſauit.Eadēq; hora prefat
tres iuuenes iteꝝ a corpe migrauerūt. Cor
pus aūt euſebii iuxta corpus hieronymi ſe
pultū fuit.In cuius ſepultura monachus
lumē oculoꝝ dudum amiſerat cadauer de
ſculatus uiſum recepit.

¶De aſſumptiōe btē uirginis marie. LXV
ASſumptio glorioſe uirginis ma
rie in anima facta eſt.xviii.calē
ſeptembris ut ſācta tradit eccle
ſia.In anima dixi quia ipſa & i
corpore aſſumpta eſt : ut infr
pluribus rationibus comprobatur.Aſſum
ptio autem ipſius facta in corpore ſm qd i
eius hiſtoria infraſcripta traditur : facta e
tertio die poſt ei⁹ diſſolutionē aīe a corpo
quo uidelicet die anima corpi ei⁹ reunita
ipſa corporaliter ē aſſumpta.ſ.xv.cal.ſep
bris.In uiſione aūt ſcē heliſabet de ſconag
habetur:ꝙ beata uirgo.40.die ab obitu e
fuerit in corpore aſſumpta:uidelicet.9.ca
octobris:ſicut eidē ſcē fuit diuinit⁹ reuel
tum.Sed quicqd ueritatis ſit de corporali
ſumptione:planuȝ ē qd tenet eccleſia de a
ſue glorificatiōe. Qualiter āt ipa aſſumpt
ſcā ſit:ex quodā libello licet apocripho:q
ioāni euāgeliſte aſcribiꝰ edoceꝰ.¶Apoſto
lis nāq; predicatiōis grā diuerſas mūdi p
tes ſubeūtib⁹:uirgo beata i domo iuxta m
tē ſyon poſita diciꝰ remāſiſſe:oīaq; loca fi
ſui.ſ.natiuitatis:baptiſmi:paſſiōis:ſepultu
reſurrectiōis:& aſcēſiōis quoaduixit:deuo
tione ſedula uiſitabat.Et ſꝫ ꝙ ait epiphan
24.ānis poſt aſcenſionē chriſti ſupuixit.R
fert eni ꝙ beata uirgo annorum .xiiii. xpi
concepit:& in.xv.peperit:& cum eo manſ

nnis.xxxiii. & ꝑm hoc obiit annoꝝ.lxxii.
liis ꝓbabilius uidet̄: ut.12.ãnis filio ſuper
xerit: & ſic ſexagenaria ſit aſſumpta: cum
oſtoli totidem annis in iudea & circa par
s ipſas predicauerint: ſicut eccleſiaſtica hi
oria tradit. In uiſione aũt p̄dicte heliſabet
erit: ꝙ uirgo maria poſt xp̄i aſcenſionem
no integro ſupuixit: & tot dieb⁹ ultra an
m: quot ſunt ab aſcenſione xp̄i uſq; ad aſ
mptionẽ uirginis: & hoc uerius indicatur
eo ꝙ dicit dionyſius: omẽs apoſtolos dor
tioni uirginis interfuiſſe: quod eſſe nõ po
ſſet: ſi ipſa poſt aſcenſionẽ ulterius uixiſ
.Cum iacob⁹ apoſtolus fili⁹ zebedei paſ
fuerit ad litterã biennio poſt dñi paſſio
n. ¶Cum igit̄ die quadã cor uirginis i fi
deſideriũ uehementer eẽt accenſũ: ita ut i
hrymas ꝓrumpet abundãter: gabriel an
us eidem cũ lumie aſtitit: eãq; reuerẽter
tauit: ac eidẽ ex pte ei⁹ filii dixit: ꝙ poſt
uum eẽt a carne migratura: & cũ xp̄o p
uo regnatura. Ramuz quoq; palme eidẽ
adiſo allatum p̄ſentauit: quẽ añ ei⁹ phe
portari mandauit. Virgo autẽ de nun
leta do grãs egit: & duas petitiões ab an
o poſtulauit: primo ut filii ei⁹ & frẽs oẽs
ſtoli ad ipſam piter ꝯgregarent̄: quib⁹
tib⁹ ſpiritũ deo redderet: qq; ſibi ſepul
officiũ exhiberent. Secũdo ut cũ ſpũm
tteret: malignũ ſathanã nõ uideret. Ange
aũt ꝯfeſtim ei optata ꝓmiſit: quia & ille
abbacuch ꝓphetã de iudea in babylonẽ
npetu ſpũs ſui attulit: ipſe ad eam in mo
to oẽs apoſtolos ꝯgregabit: malignum
q; ſpiritum ei i tranſitu nõ uiſure repro
t: & cõtinuo ab ea diſceſſit. Palma autẽ
in ſtipite uiridis erat: ſed in foliis ut ſtel
lgebat. ¶Cum aũt ioannes in epheſo p̄
ret: ecce poſt tonitruũ nubes eũ rapu
ip̄m repente ante marie ianuã colloca
quẽ ingredientẽ ad ſe maria obſtupuit:
gaudio lachrymas continere nequiuit.
itq; ei qualiter fuiſſet a dño euocata: ut
cum humane cõditionis exolueret: ideo
m xp̄s ad ſe uenire feciſſet: cui corp⁹ ſu
tumulandũ commendauit: atq; palmam
pheretꝝ deferendam mandauit. Cũ aũt
nes alios coapoſtolos ibidem preſentes
ret: ecce oẽs ipſi de locis ubi p̄dicabãt:
bibus rapiunt̄: & ante marie hoſtium
to congregant̄: qui cum ſe ibidem tranſ
admirarent̄: & cãm ad inuicem ſciſci
t̄ ioannes ad eos exiit: & dominam mi
uram predixit: admonens: ne cum obie
liquis defleat: ne forte eis imputari poſ
ꝑ ipſi qui reſurrectionem p̄dicant: mor
timeant. Cumq; beata uirgo omnes a
olos congregatos uidiſſet: dominum be
xit: & in eoꝝ medio luminaribus accen
ſis conſedit: ſicq; uſq; ad diem tertium per
ſeuerauit. ¶Circa uero horam noctis terti
am ieſus aduenit cum omnium angelorum
& ſanctorum agminibus: & ante torum uir
ginis acies ordinant̄: & dulcia cantica uſq;
ad noctis medium frequentantur. Tunc ie
ſus eam bis ut ad ſe ueniret: dulciter aduo
cauit: ipſaq; ſpiritum ei reddere ſe paratam
eſſe letanter reſpondit. Omneſq; qui cum
ieſu uenerãt: dulcia canticorum cantica ſol
uebant. Sicq; marie anima de corpe exiit: &
in ulnas filii aduolauit. Fuitq; tam a dolo
re mortis extranea: ſicut a corruptione car
nis fuerat aliena. Dominus autem mandauit
apoſtolis: ut corpus matris ſue i uallem io
ſaphat tollerent: & in monumento nouo ibi
dẽ repto ponerent: ipſumq; triduo ibidem
donec ad eos reuerteret̄ expectarẽt. Statim
autẽ circũdarunt eam flores roſarum roſei
ſcilicet cetus martyrum: & lilia conuallium
agmina: uidelicet angelorum confeſſorum
& uirginum. Ad conſcenſum quoq; aſcendẽ
tium: cetus qui remanſerant concite obuiam
proceſſerunt: uidenteſq; regem regum: femi
ne animam in ulnis ꝓpriis baiulantẽ: illamq;
ſuper eum innixam: que iſta eẽt interrogãt:
admirantes ipſamq; matrem domini & regi
nam celorum reſpondent eam comitantes.
Sicq; in celum gaudens ſuſcipitur: & a dex
tris filii in throno collocatur. Apoſtoli autẽ
eius animam tanti candoris eẽ uiderunt: ut
nulla mortalium lingua poſſet effari. Tres
autem uirgines: que ibi erant: cum corpus
lauandum ſpoliaſſent: tanta corpus eius cla
ritate ſplenduit: ut tangi quidem ad lauan
dum poſſet: ſed minime uideri: que tamẽ diu
lux reſplenduit: donec corpus lotum fuit.
¶Corpore ergo in pheretro poſito pia con
tentio inter apoſtolos oritur: quis eoꝝ pal
mam ante loculum portare debeat. Defert
ioannes petro propter apoſtolicam dignita
tem: petrus uero ioanni ꝓpter illibatam uir
ginitatem. Tandem omnium apoſtoloꝝ ſen
tentia ioanni palma traditur deferenda. Pe
trus autem & paulus pheretꝝ eleuare cepe
runt: & ceteri apoſtoli circa ipſum ſe poſue
runt. Incepit petr⁹ canere: Exiit iſrael de e
gypto. & r̄liqui pſalmum dulciter ꝓſequun
tur. Dominus quoq; pheretrum & apoſto
los nube contexit: ita ut audiri quidem poſ
ſent: ſed minime cerni. Affuerunt & angeli
cum apoſtolis concinentes. Ad melodiam
autem tota ciuitas excitat̄: & quid nam hoc
ſit omnibus declaratur. Iudei ad arma con
currunt: ut corpus rapiant: idq; odioſe cõ
burant. Tũc princeps ſacerdotum cum im
petu manus ad loculum miſit: ut ip̄m euer
teret: & corp⁹ ad terrã deduceret: cui⁹ man⁹
ſubito arueꝛt: & lectulo pẽdẽtes adheſ'unt.

ronymus libro de uiris illuſtribus.

¶e ſancto tobia iuſto. LXXIX

TObias uir ſanctus cuiꝰ perfectio
ſanctitatis ex ipſo ipſius ſpeciali
libro colligiť: a beato hierony/
mo & a ioſepho inter patres ſan/
ctos teſtamēti ueteris numerať:
Hic ex tribu & ciuitate neptalim unꝰ fuit ex
captiuis filiis iſrael a ſalmanaſar rege aſſyri
orum in aſſyrios tranſlatis:qui in captiuita/
te poſitus uiam ueritatis non deſeruit : adeo
ut ꝯtribulibus ſuis euntibus ad orandū ui/
tulos aureos:quos fecerat hieroboam rex iſ
rael: iſte ſolus iret in hieruſalem ad templū
domini decimas & primitias ſuas fideliter
offerendo. Hic accepit uxorem ānam de tri
bu ſua:ex qua filium genitum ſuo nomine
uocauit tobiam. Captus autem cum uxore
& filio habitauit in niniue.Et quia deum ti/
mebat:obtinuit a rege gratiam perambulā/
di per omēs eius regiones:qui concaptiuos
uiſitabat:& monita eis ſalutis prebebat. De
ueniens autem in rages ciuitatem medoruꝫ
cuidam gabello contribuli ſuo egenti ſub
chirographo mutuauit decem talenta argē
ti:que habebat ex his:in quibus a rege fue/
rat honoratus . ¶ Mortuo autem ſalma /
naſar cum filius eius ſennacherib filius iſra
el exoſos haberet:tobias conſolabatur eos:
& egenis miniſtrabat. Cum uero reuerſus
eſſet ſennacherib a iudea fugiens manū do/
mini:& iratꝰ multos hebreorum faceret oc/
cidi:tobias ſepeliebat corpora eorū: Quod
audiens rex tulit omnem ſubſtantiam eius:
& eum occidi iuſſit.Qui cum uxore & filio
fugiens nudus latuit.Poſt dies quadraginta
quinqꝫ occiderunt regem filii eius:& tobiaſ
ad domum ſuam rediit:omniſqꝫ facultas eiꝰ
reſtituta eſt ei.Cum autem in quodam feſto
paratum eſſet conuiuium in domo eiꝰ:& mi
ſiſſet filiū ſuū ad uocādos amicos: reuerſus
ille nūciauit unum ex hebreis i platea iugu/
latum iacere.Cuius corpꝰ tobias occulte tu
lit:& nocte poſtmodū latenter ſepeliuit: ꝓ/
pter quod a proximis redarguebatur:eo ꝙ
huiꝰ rei cauſa uix mortis periculum euaſiſ/
ſet.Sed ille timorem domini omnibꝰ ante po
nens ſepulture occiſoꝝ ſolicitꝰ intendebat.
¶Die uero quadam cum a ſepultura fatiga
tus rediſſet: & iuxta parietem obdormiſſet:
ex nido hirundinum calida ſtercora eiꝰ ocu/
lis inciderunt:& cecꝰ factꝰ eſt:qui tamē in oī
bus patientiam habuit:& ſicut olim iob do/
minum in omnibꝰ benedixit: cū tamen ab a/
micis irrideretur.Anna uero uxor eius ibat
ad textrinum opꝰ:& de labore manuuꝫ ſibi
& familie ſue uictum procurabat.Et cū die
quadam hedū ad domum adduxiſſet:tobiaſ
qꝫ cum balantem audiſſet:uxorem admonu
it:ut ſi forte furtiuꝰ eſſet ſuo domino redde/
retur.Ad que illa irata cepit eū uerbis ꝯtu/
melioſis irritare: & elemoſynas ſuas i uanū
factas obiicere.Ille uero cum lachrymis o/
rauit ad dominum:ut ſuum in pace ſuſcipe/
ret ſpiritum.Eodem die contigit:ut ſara fi/
lia raguelis i ciuitate medorum audiret im
properium ab una ancillarum ſuarum:quā
increpabat:obiiciēte ei ꝙ eēt interfectrix ui
rorum ſuorum.Fuerat enim nupta ſeptē ui/
ris:& demonium nomine aſmodeus occide/
bat eos:ſtatim cū ad eam ingreſſi eēnt. Que
poſt ieiunium triduanū orauit ad deum : ut
a tali eam opprobrio liberaret.Cuiꝰ oratio
una cum oratione tobie uno & eodem tēpo
re ſunt in conſpectu domini exaudite. ¶To
bias ergo cum putaret ſe exauditum:ut mo
rereť:filium ſuum uocauit:& eum de prece
ptis ſanctis erudiuit:atqꝫ ad ſperandū in do
mino confortauit:deinde precepit ut uirum
aliquem perquireret:qui eum in rages me/
dorum adduceret:ut debita ſibi decem talē
ta argēti a gabello exigere poſſet. Egreſſus
ergo tobiaſ inuenit iuuenem precinctum q̄/
ſi paratum ad ambulandum.Et cum ab eo
accepiſſet:ꝙ omnem regionem medorum &
iter nouiſſet:& gabellum cognoſceret:intro
duxit eum ad patrem ſuum:& audita narra
uit.Cui & iuuenis:qui erat angelus raphael
filium ſuum ſanum ducere & reducere pro
miſit.Paratiſqꝫ omnibus: que erant opus in
uia:ambulauerunt ambo ſimul: & canis ſe/
cutus eſt eos.Mater autem filium ſuum ab/
euntem amare flebat:ſed eam tobias confor
tabat.¶Venientes igitur illi ad fluuium ti/
gris:exiuit tobias:ut pedes lauaret:& egreſ
ſus eſt piſcis immanis:ut deuoraret eū: quē
tobias iuſſu angeli manu apprehendit:&tra
xit ad littꝰ:deinde ipſum exenterauit:& cor
& fel eius ac iecur repoſuit : que ei angelus
ad medicinam utilia fore dixit : partemqꝫ

piſcis aſſam comederũt:partem ſalitam ſecũ
tulerunt.Quibus ꝑgentib⁹ expoſuit angel⁹
tobie:ꝙ cor ac iecur piſcis ſuper prunas po
ſitum:fumo ſuo extricat omne genus demo
nioꝝ:fel uero ualet ad auferendã albuginē
& cecitatem oculoꝝ: ueneruntq; ad ciuitatē
medoꝝ in qua raguel propinquus tobie mo
rabatur.Ad cuius domũ dum diuertere uel
lent:angelus tobie dixit: ꝙ filia illius unica
ſibi in coniugē cum omni ſua ſubſtantia de
bebatur.Et dum tobias propter ea q̃ de pu
ella audiuerat ipam accipere dubitaret : an
gelus ipſum edocuit: ꝙ ſuper petulantes &
deum nõ timentes demoniũ poteſtatem ha
bebat.Sed cum illã acciperet trib⁹ noctib⁹
in oratione pernoctarent: & de iecore piſcis
incenſum faceret:& ſic demonē effugaret:q̃r
ta uero nocte puellam cognoſceret amore ꝓ
creande prolis:nõ appetitu libidinis.Ingreſ
ſi ergo ad raguelem cũ tobiam eius conſan
guineum cognouiſſet gratanter illos ſuſce
pit:& ad conuiuium inuitauit.Cui tobias fi
liam eius in uxorē petiit.Sed cum pater illã
ei dare dubitaret ne forte ei ſicut & aliis con
tigerat: hortãte angelo ac dicente:hoc diuie
uoluntatis eſſe : & ꝓpterea alius eam nõ po
tuerat habere.Raguel ſaram filiã ſuã tobie
deſponſauit:& magnas nuptias preparauit.
Nocte uero iuuenē ad puellam intromiſit :
qui iecur piſcis ſuper prunas poſuit.Moxq;
angelus demonium apprehenſum in deſerto
egypti ſuperioris alligauit.Exhortante igit̃
tobia ipſe cũ ſara nocte illa in oratiõe ꝑſeue
rarunt.Sed cum circa pulloꝝ cantũ raguel
foueam pari iuſſiſſet:ut ante lucem generū
ſepeliret:miſit ancillam ad explorandũ quo
modo ſe hr̄et. Que reuerſa nũciauit ambos
incolumes dormientes.Qui deum ex corde
benedixit:& foueam repleri mãdauit.Facto
q; ſolenni ꝯuiuio uicinis & amicis adiurauit
tobiam:ut duas hebdomadas apud ſe mane
ret:& dedit ei medietatem oĩum que poſſide
bat:& de reliqua poſt mortē ſuã ei relinquē
da promiſit.¶Interea angel⁹ q iuuenis pu
tabatur:rogatus a tobia ad rages urbem ac
ceſſit:a gabello mutuatam pecuniã exegit :
chirographum ei reſtituit: eumq; ſecum ad
tobiam reuinſendũ adduxit. ¶Raguel igi
tur filiam ſuam tobie tradidit : & dimidium
ſubſtantie ſue in ſeruis & pecudib⁹ camelis
& pecunia ei conceſſit: filiamq; ſuam ſaluta
ribus monitis eruditam i pace dimiſit . Qui
recedentes cum perueniſſent ad charrã que
eſt medio in itinere:raphael & tobias preceſ
ſerunt:& ſaram cum ſeruis & pecudibus lē
to gradu uenire permiſerũt:monuitq; ange
lus tobiam:ut perueniēs domum oculos pa
tris felle piſcis liniret:& confeſtim uiſum re
cuparet.Cum aũt appropinquarēt ad urbē
Anna mater ei⁹que inſupercilio montis quo
tidie ſedebat:filium ſuum de longe uidit:&
currens uiro ſuo nunciauit.Canis etiam qui
eos ſecutus fuerat cauda blandiens ꝑcucur
rit.Tobias ergo ſurgēs duce puero:proceſ
ſit obuiaȝ filio:& ſe mutuo oſculantes fleue
runt pre gaudio . Cumq; tobias iunior felle
piſcis oculos patris deliniſſet: poſt mediam
quaſi horam egreſſa albugine:uiſuȝ ante q̃t
tuor annos amiſſum recepit. Nam annorum
56.illum perdidit & ſexagenarius recupera
uit. Poſt dies.7. Sara nurus eius applicuit:
& cum gaudio a tobia & anna recepta fuit:
omnia quoq; que ſibi acciderãt iuuenis enar
rauit. Deinde raphael eis quis eſſet aperuit:
& relicta illis pace diſpuit . ¶ Tobias uero
in timore domini perſeuerans annis adhuc
52.ſuperuixit:& uidit filios nepotum ſuoꝝ.
Et poſt annos.112.uite ſue:in pace obdormi
uit.Sepultuſq; eſt in niniue ciuitate.Mortua
quoq; anna eius uxore. Tobias cum ſara &
filiis ſuis uenit ad raguelem:& cum eo man
ſit uſq; ad finem uite ſue : omnemq; ſubſtan
tiam eius poſſedit.Et poſt eius obitum in ſã
ctitate perſeuerauit annorumq; .99. in pace
quieuit. Huius ſancti & duarum ſanctarum
infraſcriptarum : hic geſta poſui: quia dies
eorum obitus ſunt incerti:& ipſorum hiſto
rie hoc tempore: uidelicet ad medium men
ſis ſeptembris ab eccleſia leguntur. Hec ex
libro tobie:& ex chronicis ioſephi hierony
mi & comeſtoris.

¶De ſcã iudith uidua. LXXX.

IVdith uidua inter ſanctas uete
ris teſtamenti matres:ſancta que
q; ruth rḡina a ioſepho & hiero
nymo conſcribuntur . Quarum
ſanctitatis laudes i earum libris
ſpecialibus extolluntur .Fuit autem iudith
de ciuitate betulie oriunda : filia merari de
tribu ruben:uxor nobilis manaſſe ab eo it
multis diuitiis relicta: que nimia pulchritu
dine in uiduitate caſtiſſima domino ſeruie
bat.¶Cum ergo cambyſes filius cyri regis
perſarum:qui alio nomie nabuchodonoſor
appellatur : cui pater adhuc uiuēs regnum
aſſyriorum conceſſerat anno .xii. regni ſui
arphaſath regem medorum in campo uicil
ſet:& regnum eius obtinuiſſet : in ſuperbia
elatus miſit ad omnes urbes mũitas ſyrie &
damaſci uſq; ad hieruſalē exigens ab eis tri
buta longe grauiora q̃ patres ſui. Qui om
nes uno animo contradixerunt . Et indigna
tus rex miſit holophernē principem militi
ſue cum exercitu innumerabili ad regione
illas:mandans ut nulli hominũ uel muniti
num ꝑceret oculus eius. Qui cum uaſtaſſe
ciliciam & meſopotamiaȝ:& madianitas : &
ciuitates mltas obrētas deſtruxiſſet:& deo

eaꝝ exterminaſſet:puenit ad terminos terre
iſrael:ut expugnaret eos. Timētes autem fi
lii iſrael ne ſimilia faceret hieruſalē & tem/
plo domini:clauſerunt itinera montium: &
ſe coram domino ieiuniis & orationibus hu
miliauerunt ad exhortationem heliachim ſa
cerdotis magni.Cūq; holophernes audiſſet
ꝙ filii iſrael montium itinera ꝯcluſiſſent cō/
tra betuliam ciuitatem : uocauit duces mo/
ab & amon:& interrogauit eos:quis eēt iſte
populus:aūt que uirtus eorum. Tunc achi/
or dux filiorū amon narrauit ei : quomodo
ueniſſet populus ille de egypto in ſignis mi
randis:& deo eorum ſibi ꝓpicio terram cha
naam patribus ſuis promiſſam admirabili
potentia obtinuiſſent.Et cum deus eoꝝ pla
cat⁹ erat eis:nemo poterat illis reſiſtere: cū
uero propter peccata ſua exaſperabant eū:
flagellabat eos.Audiens hec holophernes i/
ratus mandauit achior illi populo ſociari:
ut illis pereuntibus ipſe pariter cum eis pe
riret.Sicq; a ſeruis ſuis adductus iuxta be/
tuliam manibus & pedibus uinct⁹ ad arbo/
rem dimiſſus eſt.Egreſſi autem fundibula/
rii de ciuitate eum ſoluentes adduxerunt ad
populum: quia omnia coram populo que
ſibi contigerāt enarrauit:quem princeps o/
zias in domum ſuam ſuſcepit. ¶ Altera die
holophernes ciuitatem betuliam potenter
obſedit.Et ueniens aqueductus qui fluebāt
in urbem abſtulit eis aquam. Sed ciues be/
tulie noctibus egrediebantur ad quoſdā fō/
ticulos iuxta muros:quibus utebātur ad re
focillandum potius q̃ ad bibendum.Quod
holophernes comperiens: fontib⁹ cuſtodes
appoſuit:ita ut aqua in ciuitate deficeret :
poſt dies uiginti uenerunt aūt duo ſacerdo/
tes de hieruſalem ad populum exhortandū
Et cum popul⁹ ſiti deficiens uellet ciuitatē
tradere holopherni : ad preces ſacerdotum
adhuc quinq; dieb⁹ domini miſericordiam
expectare decreuit.¶Hoc audiens beata iu/
dith:primum quidem eos redarguit: ꝙ ter/
minum domino poſuiſſent: deinde eis impo
ſuit:ut eos eodem ſero ad portam ciuitatis
expectarent.Premiſſa quoq; oratione lauit
ſe & induit omnes ueſtes ſuas comptas:&or
namenta tulit:& ancillam ſuā nomine abrā
ſecum duxit:portās ſecum cibos aliquos ad
edendum.Veniēſq; ad portam ciuitatis iuſ
ſit ſacerdotibus & cuſtodibus ut ſe uſq; ad
diem tertium expectarent. Cumq; deſcende
ret montem tenuerunt eam exploratores:&
duxerunt ad holophernem: qui ſtatim pro/
pter eius nimium decorem capt⁹ eſt in ocu/
lis ſuis. Cū aūt ipm̄ adoraſſet iudith : inter/
rogauit eam cur ad ſe ueniſſet. Que reſpon
dit:ꝙ iccirco uenerat:ut ſaluaret aīam ſuā:
eo ꝙ populum ſuum propter peccata ipſo/
rum in manu holophernis cōgnouerat eſſe
tradendum.Addens ꝙ deus ſuus eam miſe
rat : ut ipſa ſibi hec nunciaret : ſuoq; uſus
cōſilio ipſum uſq; in hieruſalem cum omni
exercitu ſuo intromitteret:omnemq; popu/
lum ſicut oues ſine paſtore obtineret . Que
cum holopherni placuiſſent:iuſſit ei dari de
conuiuio ſuo.Illa autem non poſſe de cibis
eorum comedere dixit: ne ſuper ſe eueniret
ira dei.Petiitq; ſibi dari copiam per triduū
egrediendi ad orandum deum ſuum . Et ita
per tres dies noctibus exibat: & dominū ꝓ
ſuo populo exorabat.Quarto uero die ho/
lophernes fecit cenaʒ ſeruis ſuis:& iuſſit ua
gno eunucho:ut iudith uocaret ad menſam
Cui⁹ pulchritudine & ornamētis holopher
nes captus:iocundiorq; effectus bibit uinū
ultra oēm modū:& inebriat⁹ ſtatim feſtina/
uit ad lectum. Vagno autem iudith in eius
cubiculum introduxit: ut concūberet ſecū
holophernes.Omnes quoq; inebriati ad ho
ſpitia feſtinarunt.Holophernes autem iace
bat in lecto nimia ebrietate ſopitus . Prece/
pit ergo iudith ancille:ut ad hoſtium cubi/
culi obſeruaret:&oratione premiſſa cum la
chrymis inuocato domino:pugionem holo
phernis: qui pendebat ad columnam exol/
uit: & percutiens bis in ceruicē eius : caput
ipſi⁹ abſcidit:& inuoluit illud canopeo ſuo
hoc eſt ſerico reticulato:& tradidit ancille:
que miſit illud in peram ſuam.¶Et egreſſe
ſunt ambe ſm̄ conſuetudinem quaſi ad ora/
tionē:tranſeunteſq; caſtra uenerunt ad por/
tam ciuitatis:& uocauit iudith cuſtodes:ap
taq; ianua ingreſſa eſt:cunctiſq; ciuibus cō/
currentibus ad eam:accenſiſq; luminaribuſ
protulit caput holophernis.& omnia que ſi
bi deus fecerat enarrauit.Vocatuſq; achior
uiſoq; holophernis capite adorauit deum iſ
rael:& appoſitus eſt ad populum domini.
Cūq; oīs populus laudaſſet deū:de mādato
iudith caput holophernis in muro ſuſpēde/
runt:& diluculo in hoſtes impetū fecerunt.
Quod uidentes aſſyrii mādauerūt principē
ſuum uocari.Cū aūt intraſſet uagno: ut ex/
citaret eū:uidit corp⁹ ſine capite: nec īuenit
iudith.Quod aſſyrii audiētes timore ac ſtu/
pore pculſi:ſe in fugā dederunt . Quos filii
iſrael cedētes uſq; ad fines ſuos pſecuti ſūt:
& uix p.30.dies eoꝝ ſpolia collegerunt. V/
niuerſa quoq; que fuerant holophernis iu/
dith donauerunt. Poſt hec aſcendit iudith ī
hieruſalē:& deo gratias egit. Vocatuſq; eſt
cambyſes ab hebreis ſecūd⁹ nabuchodono/
ſor.Rediēſq; iudith betuliā pſeuerauit ī ſcā
uiduitate oīb⁹ diebus uite ſue : & dimittens
abrā ſuā liberā qeuit in pace annoꝝ.105.Se
pultaq; eſt in monumento manaſſe uiri ſui.
Hec ex libro iudith & aliis quibus ſupra.

¶ De ſancta heſter regina. LXXXI.

HEſter regina claruit i ciuitate ſu/
ſa:que poſtmodū edeſſa dicta ē
tempore aſſueri ſiue artaxerxis
regis perſaꝝ: qui regnauit ab in
dia uſq; ad ethiopum ſupra.127.
prouincias.Qui tertio anno imperii ſui fecit
grande ꝯuiuium cunctis principibus & ma/
gnatibꝰ prouinciaꝝ:qđ durauit.180.diebus
in domo ſua mirabili:cuius colūne erant ar/
gētee:tectum uero inſtar firmamēti habens
gēmas diuerſi coloris: in figura ſideꝝ & ſi/
gnoꝝ diſpoſitas.Poſt hos dies conuiuii inui
tauit omnē populū qui erat in ſuſis:& diſcu
buerunt extra domū.7.diebus in ueſtibulo
horti delitiaꝝ:qđ mira pulchritudie decora
tum erat. Vaſti quoq; regina fecit conuiuiū
feminarum i palatio ubi rex manere ꝯſueue
rat.Die aūt.vii.precepit rex.7.eunuchis:ut
introducerent reginā in appatu ſuo:ut oſtē/
deret oībus pulchritudinē eius.Que ad im/
perium regis uenire ꝯtempſit. Et iratus rex
de ꝯſilio.7.ſapientum qui ſibi ſemp aſtabāt
mandauit : ut ultra uaſti non ingrederet̄ ad
regem:ſed altera melior regnaret pro ea:ut
per hoc diſcerent omēs mulieres non parui
pendere mandata maritoꝝ ſuoꝝ.Igit̄ ad ſug
geſtionem pueroꝝ regis: ceperūt iquiri uir
gines in omni regno eius:& tradi aggeo eu/
nucho ad cuſtodiam: & acceperūt cultus &
ornamenta ad libitum ſuum:ut quecunq; o/
culis regis placeret ipſa regnaret pro uaſti.
Erat tunc i ſuſis iudeus nomie mardocheus
de tribu gemini:qui deſcenderat de tranſmi
gratione iechonie.Hic erat nutritius filie fra
tris edeſſe:que alio nomie dicebatur heſter:
quam orbatam utroq; parente:mardocheus
adoptauerat in filiam. Hec iter ceteras puel
las tradita ē eunucho:que non indicauit po/
pulum ſuū ſicut ei mādauerat mardocheꝰ.
Inuenitq; heſter gratiam in oculis eunuchi:
& tradidit ei ornamēta pulchriora &.7.pu/
ellas que excolerent eā. Porro uirgines per
ordinem ingrediebantur ad regē:& que ab
eo egreſſa fuerat:non poterat ad eum redire
niſi eam ex nomine uocaret.Mardocheus āt
uerſabatur circa domum regis curas habēs
ſalutis filie.Tādem ex ordine uenit dies:quo
heſter ad regem ingreſſa eſt in ornatu ſpecio
ſo. Et inuenit gratiam apud regem : & fecit
eam regnare pro uaſti.7.anno regni eius:&
celebrauit nuptias integro mēſe:donaq; lar
gitus eſt occaſione nuptiarū: iuxta eius ma
gnificētiam regalem.¶ Eodem tempore ira
ti ſunt duo eunuchi regis ianitores:& machi
nati ſunt in mortem eiꝰ qđ mardocheum nō
latuit.Qui indicauit heſter & illa regi ex no
mine mardochei:queſitumq; eſt & inuentū
& appenſus eſt uterq; in patibulo. Et tradi/
tum eſt ſcripture in annalibus regis: in qui
bus reges accidentia ſui temporis regiſtra
bant.¶ Poſt hec aſſuerus exaltauit aman a
amalechitem de ſtirpe agag : fecitq; eum pꝰ
ſe primum in omni regno ſuo.Et adorabant
eum omnes ſerui regis preter mardocheū:
qui propter patrias leges corā eo genua nō
flectebat. Quod attendens aman indignatus
eſt:& accipiens eum eſſe hebreum : cogita
uit omnes hebreos perdere q erant in regno
aſſueri:ueteri motus odio:quia iudei perdi/
derant amalechitas.Duodecimo igitur anno
aſſueri miſſa eſt ſors in urnam coram aman:
quo die & quo menſe gens iudeorum inter/
fici deberet.Et exiuit ſors.14.die mēſis duo
decimi.Aman autem ſuggerēte regi:ꝙ gens
iudeorum nouis legibus uteret̄ & regis iuſ
ſa contemneret: pacemq; regni turbaret:de
creuit:rex ut gens illa omnino piret.Cumq;
aman promiſiſſet impendere decem milia ta
lentorum argenti in gazophilacio regis ex
boniſ iudeorum:conceſſit rex omne illud ar
gentum aman:& ꝙ de populo illo ageret ut
ſibi placeret.Tulitq; rex anulum quo uteba
tur:& dedit aman: ut ſcriptas litteras ex no
mine regis anulo ſuo ſignaret.¶ Tunc ſcri
ſit aman nomine regis litteras anulo regis ſi
gnans:ut occiderentur iudei a paruulo uſq
ad ſenem & bona eorum diriperentur .14.
die.xii.mēſis.Statimq; in ſuſis pependit edi
ctum. Quod cum audiſſent iudei fleuerunt.
Heſter quoq; hoc audiens accerſiuit mardo
cheum: qui omnia ei per eunuchum ſignifi
cauit: & exemplum edicti ei miſit:mandans
ut ad regem itraret & ei pro ſuo populo ſup
plicaret . Et quāuis heſter iuxta legem re/
gis non auderet ad eum ingredi niſi uocata:
ſub pena mortis:tamē in domino confiſa ex
poſuit ſe periculo: & mandauit mardocheo
ut omnes iudei pro ea orarent & triduo ieiu
narent.¶ Die autem tertio premiſſa oratio
ne induta regalibus:ſtetit in atrio contra ba
ſilicam regis cum duabus puellis.Qui cum
reſpexiſſet eam toruo uultu:timens heſter
collapſa eſt . Quod cernens rex & eiꝰ com
patiens:quia ipſam pre omnibus diligebat:
ſurgens uenit ad eam : & cepit hortari ne ti
meret:eo ꝙ tali legi que pro ſubditis facta e
rat ipſa utpote regina non tenebatur.Illa ue
ro ſurgens de anguſtia regem oſculata:inui
tauit eum & aman ea die ſecum ad prandiū.
Et cum ſecū ambo comediſſent: obtulit rex
heſter ut peteret qcquid ab eo uellet . Que
iterum eos duos uidelicet regem & aman tā
tum ꝓ die ſequēti ad ꝯuiuiū inuitauit:& tūc
ab eo peteret quod optabat . Egreſſus ē ita
q; aman letus . Et uidens mardocheum ſibi
nō aſſurrexiſſe indignatus ē: & uocatis ami
cis indicauit eis omnē gloriam ſuam:addēs

ꝙ ipſum ſolum cum rege heſter ad cõuiuium inuitaſſet. Verũtamẽ nihil ſe habere putabat: dum uiueret mardocheus. Sed amicis conſulentibus iuſſit trabem excelſam parari: ut regi ſuggereret: q̃tenus mardocheum in ipſa appenderet: & ſic letus ad conuiuiũ intraret. ¶ Noctem illam rex duxit inſomnem: iuſſitqꝫ ſibi deferri annales & legi. Et uentum eſt ad locum: ubi erat ſcriptum: ꝙ mardocheꝰ nunciaſſet ei facinus eunuchoꝝ. Cũqꝫ rex interrogãs audiſſet: ꝙ ex hoc mardocheus nihil premii conſecutꝰ fuerat: queſiuit quis eſſet in atrio: & reſponderunt ei ꝙ aman. Ipſe eñi itrauerat: ut regi ſuggereret de morte mardochei. Cumqꝫ uocatus intraſſet: interrogauit eum rex: quid fieri deberet uiro: quem rex deſiderabat honorare. Qui cogitans pro ſe dictum: reſpondit: ꝙ indutꝰ regalibus & coronatus ſuper equum regis per totam ciuitatem deberet circũduci: tenẽte habenas primo de principibus regis. Statimqꝫ iuſſit rex: ut quicquid aman dixerat: mane faceret mardocheo: nihil omnino pretermittens. Quod cum feciſſet conſternatus rediit domum. Et ecce nuncii regis compulerũt eũ ad ꝯuiuiũ r̃gine uenire. ¶ Finitoqꝫ conuiuio dixit rex heſter: ut peteret quicq̃d uellet. Que petiit ſibi donari uitam & omni populo ſuo: cum per omnes prouincias ab aman mandati fuiſſent occidi. Quod aman audiẽs timuit. Rexqꝫ iratus ſurrexit: & hortum intrauit: & cum poſt horam rediſſet: inuenit aman ſuper lectum regine corruiſſe: in quo ipſa iacebat: ut ei pro anima ſua ſupplicaret: putanſqꝫ ꝙ eam opprimere uellet exclamauit. Et cũ ab eunuchis audiſſet: ꝙ trabem ad ſuſpendium mardochei paraſſet: iuſſit eũ in ipſa imediate appẽdi: & dedit heſter domum aman. Auditoqꝫ ab ea ꝙ mardocheus patruus ſuus eſſet: dedit ei anulum ſuum quem receperat ab aman. Qui de mandato regis ſcripſit nouas litteras: regis anulo ſignatas prioribus contrarias ad principes ꝓuinciarum: ne occiderentur iudei: imo illos qui parati erant ad interfectionem ipſorum iudei interficerẽt: & manus principum eſſet cum eis. Et factum eſt nomen iudeorum celebre. ¶ Igitur precedẽti die ante diem qua iudei occidi debebant: uidelicet decimatertia die menſis duodecimi percuſſerunt iudei hoſtes ſuos plaga magna per omẽs prouincias ad ſeptuaginta quinqꝫ milia. In ſuſis uero interfecerunt ſexcentos uiros. Die uero decimaquarta ſolẽnitatem domini celebrantes conuiuia magna fecerunt. Deinde regis mandato ſuſpenſi ſunt decem filii aman: & omnis eius progenies deleta eſt. Et conſtitꝰ eſt mardocheus loco aman princeps primꝰ poſt regeꝫ. Heſter quoqꝫ regina domino ſeruiuit omnibus diebus: & genuit regi filium nomine artaxerxem: qui poſt regem aſſuerũ in regno ſucceſſit. Mortuo quoqꝫ aſſuero regina heſter cum filio ſuo annis pluribus imperium tenuit. Et poſt hec in pace dormiuit Sepulta in ſuſis in ſepulchro regali. Hec ex libro heſter: & aliis uoluminibus quibus ſupra.

¶ De ſancto nicomede preſbytero & martyre. LXXXII

NIcomedes preſbyter & martyr paſſus eſt rome ſub flacco comite. Hic diſcipulus beati petri apoſtoli eiuſqꝫ in predicatione adiutor in chriſti nomine miracula faciebat. Cui ut caſtiſſimo uiro beatꝰ petrus ad paſſionem pergẽs: petronillam ſuaꝫ filiam cõmendauit. Cum autem flaccus comes petronillam in ſuum cõiugium requiſiſſet: & uirgines ac matronas: ut ipſa requiſiuerat: ei miſiſſet: ut eam ad domum ipſius aſſociarent: ipſaqꝫ diuinis ſacramentis ab eo dem nicomede preſbytero perceptis expiraſſet: ut ſupra in geſtis petronille dictum ẽ pridie calendas iunii. Turba mulierum: que ad eius nuptias celebrãdas uenerat: exequias ſancte uirginis celebrarunt: quam beatꝰ nicomedes ſepeliuit. Et dum poſtmodum uerbum domini predicaret inſtanter: tentus eſt a flacco comite tempore domitiani: pro eo potiſſime ꝙ feliculam uirginem ab eodẽ comite paſſam ſepeliſſet: ut ſupra dictum ẽ idibus iunii: Quem tentum dictus comes fecit adduci ad ſacrificandum. Quod cum facere recuſaret: iubente flacco tam diu plumbatis ceſus ẽ: donec ſpiritum exhalauit. Corpus autem eius in tyberim precipitatum eſt xvii. calẽ. octobris. Hec marcellus petri diſcipulus ſcripſit.

¶ De ſancto ualeriano martyre. LXXXIII

VAlerianus martyr unus fuit ex numero illorum quinquaginta: qui tẽporibus antonini ueri imꝑatoris apud lugdunum in carcere miſſi fuerant cũ ſancto phõtino epiſcopo. Ex quibus chriſtianis ipſe ualerianus una cum marcello martyre patefactis ianuis ab angelo dimiſſus eſt: ut habetur ſupra in paſſione dicti marcelli pridie nonꝫ. ſeptembris. Quo quidem marcello ꝑ martyrium aſſumpto: dum ipſe ualerianus i cellula ſecretiſſima latitaret: & multos ad chriſti fidẽ conuertiſſet: ꝑuẽit ad caſtrũ tenocium in territorio cabilonẽſi: ubi ſanctꝰ marcellus paſſus fuerat: ubi ẽ a militibus priſci ꝑſidis captus: & cum ſacrificare nollet ſtipiti appẽſus: & grauiter exungulatus tandẽ in chriſti confeſſione ꝑſiſtẽs in eo loco: ubi nunc corpus eius ſepultum colitur:

gladio animaduerſus eſt. Qui in eius agone ut olim protomartyr ſtephanus uidit celos apertos: & chriſtum ei coronam oſtendere preparatam. Paſſus eſt autem .xvii. calendas octobris.

¶ De ſancta euphemia uirgine & martyre. LXXXIIII.

Euphemia uirgo filia ſenatoris philophronis i ciuitate chalcedonia paſſa eſt tēpore diocletiani imperatoris ſub proconſule priſco. Qui prio in ipſa ciuitate .49. xp̄ianos iuuenes detentos una cū euphemia uirgine cum nollent deo marti ſacrificare per dies .20. in carcere macerauit. Deinde ipſos eductos alapis in faciem cedi: deinde grauiter flagellari fecit: ipſoſq; uinctos iterum in carcere imperatori puniendos reſeruauit. De quibus dicetur infra .8. calen. octobris. Quos beata euphemia cum eis pariter detenta uiriliter hortabat̃. Propter qđ ante proconſulem adducta: cum ſacrificare nollet alapis diu ceſa eſt: deinde in carcerē remiſſa. Quā iudex ſecutus ex libidine opprimere uoluit: ſed ſubito manus eius exaruit. Qui ſe incantatum putans: prepoſitum domus ſue ad eā direxit: ut eā faceret ꝯſētire. Sed ille carcerē clauſū: nec clauib⁹ apire: nec ſecurib⁹ frāgere potuit: donec a demonio arreptus ſeipſū dilaniās uix euaſit. Deinde educta poſita eſt ſup rotam: cuius uectes carbonibus pleni erant: & artifex intra rotam ſignum trahentitibus dederat: ut quando ſonū faceret ſimul traherent: & ſic exeunte igne: uectes corpus uirginis diſſiparent. Sed nutu dei ferrū quo rota temperabatur manu decidens ſonum fecit: & continuo trahentib⁹ illis rota artificē ꝯminuit: & euphemiam illeſā ſeruauit. Tunc parentes artificis ſuppoſito igne: ipām rote alligatam: ſimul cū rota comburere uoluerunt. Angelus autem domini de celo deſcendit: & rota combuſta euphemiam intactam eduxit: miniſtros quoq; omnes paralyſi percuſſit. Tunc iuſſit eam proconſul in fornacē ardentem mitti: cuius ignis latitudo .45. cubitis extendebat̃. Sed ſigno crucis edito: inde illeſa educitur: & in loco excelſo ſtare cōſpicitur. Apelianus autē proconſulis aſſeſſor: eidem conſuluit: ut eam decollari faceret: dicens uirtutem chriſtianorum: non niſi ferro uinci poſſe. Erectis ergo ſcalis cum ſoſthenes & uictor ad eam feriendam miſſi eſſent: uidentes eam angelorum & uirginum choris circundatam: & imenſo lumine circūfuſam: conuerſi ſunt ad chriſtum: & reuerſi eam percutere noluerunt: ut ſupra in eorū paſſione actum eſt .4. idus ſeptēbris. ¶ Poſt hec priſcus eam per capillos ſuſpendi fecit: ſed imobilem permanētem: negato cibo: iterum diebus .vii. in cuſtodia macerauit. Illa uero ab angelo quotidie refecta .vii. die educta: ſubter quattuor magnos lapides poſita eſt: quatenus ſicut oliua confringeretur. Ad cuius orationem lapides ut puluis comminuti ſunt. Quod cernens priſcus ipſam in ꝓfundam foueam proiici iuſſit: ubi tres erant beſtie immaniſſime que omnem hominē deuorarent. Que ſtatim uirgini blandientes iūctis caudis: ei quaſi cathedram ad ſedendū fecerunt: & uirginem illeſam de fouea eduxerunt. Priſcus confuſus ut eam uel dolo oc cideret: fecit gladios & palos acutos config & obſcure ac terra modica operiri ut illa ex improuiſo in ipſos incidens moreretur. Gladiis uero & palis ab angelis alibi tranſpoſitis: euphemia ueniens ad locum nil leſionis pertulit: miniſtri uero incidentes interfect ſunt. Que omnia dum priſcus magie attribueret: iuſſit eam uirgis cedi. Et cum nec ſic ſuperari poſſet: mandauit eam ſerris membratim diuidi: & in ſartagine membra torreri: uerum angeli domini ſerras confregerunt: & ignem ſartaginis extinxerunt: uidē apelian⁹ proconſulem anguſtiari. Iuſſit uirginem i harenario mitti: & beſtias ei laxari Et laxati ſunt ei duo leones & due urſe. E cum beſtie ei procidentes: ueſtes eius oſcularentur orauit euphemia: ut deus eam tal martyrio dignaretur aſſumere. Sicq; una ex urſis curſum arripiens: morſum corpori eius ſolummodo infixit: liuorem tamen nullum ei fecit. Sicq; uoce celica ipſam uocante ſpiritum emiſit. Cuius corpus parente rapuerunt: & miliario uno a ciuitate chalcedonia ſepelierunt decimoſexto calēdas octobris. Cuius meritis omēs iudei & gentiles eiuſdem urbis in domino crediderunt.

¶ De ſanctis lucia & geminiano martyribus. LXXXV

Lucia uidua & geminianus mart res paſſi ſunt in ciuitate mendul in prouincia ſicilie poſita temp re diocletiani & maximiani imp ratorum. Fuit autem beata luci nobilis in urbe roma: que annis .xxxvi. ma ſerat uidua: & ānis ſeptuagintaqnq; ꝑmā in hac uita. Quam filius eius euprepius di cletiano accuſauit: ꝙ eſſet chriſtiana. Qua imperator detentam: & ante ſe adductam: c non poſſet inducere ad ſacrificandū: iuſſit carcerem recludi. Subitoq; fūdamēta carc ris ꝯmota ſunt: & odor ſuauiſſimus fragr uit: uoxque de celo lapſa ipſam in domin confortauit. Deinde chriſtus ei in ſomn apparuit: & celeſtia regna promiſit. Po dies quattuor tyberis fluuius inundauit: pars maxima murorum urbis corruit. Pal

;ium quoq; diocletiani impetus aque fundi/
us euertit. Impator uero qui urbe tunc exi
ıerat: hoc audito rediit: & ueniens ad carce/
rem: ubi lucia detinebatur: ipſum apertum
nuenit: & lucem maximam irradiãtem aſpe
:it. Eductam ergo ſanctam extra urbem: &
leos adorare recuſantem: nodoſis fuſtibus
:edi fecit. Et ecce qui eam cedebat: fact⁹ eſt
apideus: manus uero carnea remanſit uſq;
n preſens: unde & locus ad manum carnea3
ıocatur. Imperator uero pene totus aridus
actus eſt. Sed oranti pro eo ſancta ſanitati ẽ
eſtitutus. Et cum ad templum iouis accede
et ad gratias diis exoluẽdas ſubito templũ
orruit: & omnia idola cõminuta ſunt. Tunc
ratus diocletianus iuſſit ollam eream addu
i & picẽ: plumbum: ac reſinam in eã lique/
eri: & luciam nudam in olla deponi: & per
riduũ ignẽ ſubter miniſtrari. Quarto uero
ie lucia a miſtris ex olla egreſſa: ac oino
leſa inuẽta ẽ. Quod audiens impator irat⁹
ıandauit ipſam ferro & plumbo oneratam
er totam ciuitatẽ duci: & deinde i equuleo
orqueri. Que dum duceref: peruenit ante do
ıum hominis prepotentis nomine geminia/
i: in cuius domo .320. ſimulacra erant. Et
cce ſubito columba niuea de celo deſcẽdit:
ſup caput geminiani tertio crucem figu/
ıns reſedit. Qui reſpiciẽs uidit celum aper
ım: & ſedem dei omnipotentis. Et ſtatim re
ctis omnibus cucurrit ad locum: ubi iam
ncta dei torquebatur: & proſtratus pedi/
us eius: ſe chriſtianum aſſeruit: & baptiſ/
ıum expetiit. Qui ſtatim detentus una cu3
ıcia carceri mancipatus eſt. Sacerdos autẽ
uidam prothaſius nomine per noctẽ ab an
elo monit⁹ ad carcerem acceſſit: & apertis
oſtiis: luceq; de celo profuſa: ac odore aro
ıatum refragrante: fonte quoq; de terra e/
umpẽte. geminianum baptizauit: quem lu/
ia de ſacro fonte ſuſcepit. ¶Poſt tertiũ diẽ
mbo de cuſtodia educuntur: & iterum pe/
is afficiuntur: ſed ab angelo coronis de ce/
o ſibi impoſitis laureantur. Cum autẽ eos
nperator iteꝝ i carcere recluſiſſet: & extra
rbẽ equitaret: dũ perueniſſet ad pontẽ galla
um: iudicio dei pons cecidit: & multis i flu
io necatis: ipſe uix cu3 paucis euaſit. Cui⁹
refectus nomine pyrrhopogon pamphil⁹
atione: luciam & geminianum nolẽtes diis
nmolare ceruicibus contundi fecit. Et ſta/
im facto nimio terremotu camera fori cor
uit: & prefectum cum quadraginta ex mi
iſtris oppreſſit. Lucia uero cum geminia/
o illeſa permanſit: quos tumultus populi
reptos liberauit. ¶Poſt ãnum uero ſancti
ıartyres ab angelis in ſiciliam inſula3 per/
lucuntur: & in mõte tauromenio dimittun/
ur: indeq; uenerunt ad predium aleſinum:
ubi filiam cuiuſdam eucarpionis a ſpiritu
immundo decennio uexatam liberauerunt.
Altera uero die peruenerunt ad fluuium pſi
miphum: & cum nimium inundaret: oratio/
ne facta aqua ſtetit: & ſancti ſuper undas ſic
cis pedibus tranſierunt: & peruenerunt ad
mendulam ciuitatem: ubi multos infirmos
curabant: & demonia clamantia eiiciebant:
eoſque omnes ad chriſtum conuertebant.
Quod audiens iudex nomine aprophaſius
iuſſit omnes qui ↄuerſi fuerant decollari ✝
numero ſeptuaginta quinq;: qui mox ut do
mum redibat ex equo colapſus & mortuus
eſt. Tunc magaſius iudex hoc comperto a
ſyracuſana ciuitate uenit mendulam: ut ſan·
ctos interficeret. Orante uero lucia mons
crepuit: & ſanctos ſuſcipiens triduo occul/
tauit: deinde ſitientibus illis fontis aqua ſca
turiit: eoſq; refecit. Orauitq; lucia ad domi/
num: ut eius in pace ſuſciperet ſpiritum:
& ſtatim in domino obdormiuit. Geminia/
nus uero poſt duos dies egreſſus: ut corpus
eius ſepeliret: a carnifice inuentus gladio ꝑ
cuſſus eſt. Et cum odor maximus de monte
fragraret: chriſtiana quedam ad odoris ſen/
ſum montem intrauit: & in ſepulchris mar/
moreis ibide3 ab angelis preparatis ſancto
rum corpora reperta ſepeliuit: atq; in mon/
tis uertice eccleſiam eorum nominibus fa/
bricauit. Qui paſſi ſunt decimoſexto calen.
octobris.

¶De ſancto lamperto epiſcopo & martyre.
LXXXVI

Lampertus epiſcopus & martyr
paſſus eſt tempore pipini fran/
corum regis. Hic eni genere no
bilis ex oppido traiectẽſi oriun
dus ab annis puerilib⁹ ſacris lit
teris eruditus: diotardi epiſcopi diſcipulus
fuit: a quo & eccleſiaſticos ordines uſq; ad
diaconatum accepit. Qui pro ſui ſanctitate
adeo ab omnibus amabatur: ut mortuo dio
tardo magiſtro ſuo traiectẽſi eccleſie in epi/
ſcopum ab omni populo mereretur promo
ueri. Quẽ hydricus rex pre omnibus epiſco
pis ſuis chari⁹ diligebat. Quo mortuo iui/
doꝝ malitia ciues eius impii ipſum ſine cau
ſa de epiſcopatu eiecerunt: & feramundum
in eius cathedra ſtatuerũt. At lampertus ad
monaſterium: quod dicitur ſcabolañ: decli
nauit: & ꝑ ſeptem ãnos ibidẽ in penitẽtia &
optima conuerſatione ſtetit. ¶Quadam ue
ro nocte ad orationem ſurgens in pauimen
to per ignorãtiam caſu ſonitum fecit. Quod
audiens abbas mandauit: ut quiſquis eſſet
ille: qui ſonitum illum feciſſet: ſtatim ad
crucem: que erat in campo ſub diuo uſq;
poſt matutinũ moraturus accederet. Cre/
dens ꝙ aliquis ex fratribus ſtrepitum ſtu/

dioſe feciſſet. Tūc lampertus illicō nudis pe
dibus & cilicio indutus ad crucem cucurrit
acſi tali obedientie uti unus ex monachis eſ/
ſet aſtrictus: ibiq; uſq; poſt matutinum per/
ſeuerauit: donec abbas in matutino omnib⁹
uiſis fratribus: epm deeſſe cognouit. Et au/
dito ꝙ ille fuiſſet qui ad crucem iuiſſet: eum
introduci fecit: quem totum capite cum hy/
ems eēt horrida: niue perfuſum & pene fri/
gore extinctum aſpexit: & ab eo cum mona/
chis ueniam poſtulauit. ❡ Poſt. vii. annos
autem iubente pipino rege feramundus ex/
pellitur: & lampertus in ſedem ſuam reduci
tur. Et cum ipſe ſicut prius uerbo & exem/
plo polleret duo germani fratres maligni i/
ſurgentes i eum grauiter perſequi ceperūt.
Quos puidem amici epiſcopi eo inſcio occi
derunt. Eodemq; tēpore lampertus pipinū
de quadam eius concubina plurimum incre
pauit. Dodo autem conſanguineus occiſorū
& frater ipſi⁹ meretricis aule regie domeſti/
cus: occaſione accepta cōgregauit exercitū:
& domum epiſcopi: que erat in uico leodio
nocte circundedit: uolens occiſorum necem
in ſanctum uindicare lampertum. Quod cū
uir domini puero nunciante didiciſſet: gladi
um quem tenebat abiecit: ſuoſq; conſtanter
admonuit: ut peccata ſua confiterētur: & pa/
tienter mortem ſubſtinentes in domino con/
fortarentur. Cum autem hoſtes domū eius
undiq; inflammaſſent in ſanctum martyrem
irruerunt: & ipſum orantem iaculis & gla/
diis pemerunt. Quibus abeuntibus: quidā
ex epiſcopi famulis euadentes: corpus ei⁹ ad
eccleſiam ſuam nauigio perduxerunt: quod
traiectenſi cū multa ciuitatis meſtitia ſepul
ture dederunt: paſſus eſt. xv. calē. octobris
circa annū dñi. ↄio.

❡ De ſcō tharraſi confeſſore. LXXXVII.

THarraſis confeſſor grecia ut cre
ditur oriundus: eo ꝙ de uita ipi
us nihil certum habetur: confeſ/
ſione chriſti & penitentia clarus
apud conſtantinopolim eremi i
cola angelicam uitam duxit: ubi in pace qe/
uit. Corpus autem eius in ſpelunca repertū
eſt: in qua & penitentiam egiſſe putatur: cū
titulo in tabula ſcripto. Hic requieſcit cor/
pus ſancti tharraſis confeſſoris. Quod inde
leuatum tempore alexii imperatoris: intra
urbis regie ambitum honorifice ſepulture
traditum eſt. Proceſſu uero temporis inde
tranſlatum fuit uenetias ab ipſi⁹ patrie ciui/
bus: atq; in monaſterio ſancti zacharie depo
ſitum quieſcit. Cuius tranſlatio facta eſt. xv
cal. octobris. Nam & de eo quo tempore flo
ruit: quo ue die ad chriſtum migrauit aliter
reperiri non ualuit.

❡ De ſanctis emiliano & hieremia martyri/
bus. LXXXVIII.

EMilianus diaconus & hieremia
martyres apud cordubā hiſp
nie ciuitatem paſſi ſunt. Qui
confeſſione fidei xpiane detenti
& diuerſi afflicti ſuppliciis: tā
dem gladio decollati ſunt. xv. cal. octobri
hec ado in martylogio.

❡ De ſanctis uictore & ſtephana martyri
bus. LXXXIX.

VIctor & ſtephana martyres ap
ſicilia paſſi ſunt ſub perſecutiō
antonini imperatoris agente du
ce ſebaſtiano. Qui militē uicto
rem captum hortabatur: ut dii
ſacrificaret. Quod dum rcuſaret: iuſſit du
confringi digitorum eius articulos: done
oſſa de corio ſuggregarētur. Et cum in hi
gratias ageret: iuſſit eum mitti in caminū
ignis ardētis. Orauit autem uictor ad do
minum: & ignis eum non tetigit: ſed poſt tri
duum dux ipm illeſum inuenit. Tunc mād
uit uenena preparari: & ea in carne iniici
ei dari. Et continuo manducauit: nec aliq
mali ſenſit: uenenarius autem acriores ue
norum ſtimulos porrexit. Et cum comedi
ſet iterum ſanus ſtabat. Statimq; magus ill
conuerſus: omēs codices ſuos combuſſit:
fidē xpi ſuſcepit. Poſt hec iuſſit dux neruo
corpis ei⁹ dirūpi: & oleum decoqui: & pa
tib⁹ occultiorib⁹ corporis infūdi. Ac dem
i equuleo ſuſpēdi & lāpades ei ardentes ap
plicari. Que cū oīa ꝯfortatus a dño ſupera
ſet: fecit acetū & calcē in os eius īfundi: dei
de ipm exoculari: & ſic uerſis pedib⁹ ſuſp
di: donec ex ei⁹ naribus ſanguis diſtillaret
Dimiſſo igit̄ eo triduo in illo ſuſpēdicul
carnifices eū mortuum exiſtimantes acceſ
runt ut uiderēt: & ſtatim excecati ſunt. Se
orante uictore tā ipſe q̄ illi uiſum percep
runt. Iratus autem ſebaſtianus hoc audit
mandauit eum decoriari. ❡ Tunc uxor un
militis nomine ſtephana annorū circiter. xv
exclamare cepit: & ſanctum martyrem be
tificare: uiditq; duas coronas ab angelis d
celo deferri: & maiorem uictori: minore
uero ſibi dari. Et cum hec omnia coram ci
ctis enarraſſet: & xpm dominū confeſſa fu
ſet. Iuſſit dux arbores duas palmarum ad i
inclinari: ita ut ſe tangerēt: & in utriſq; lig
ri manib⁹ ac pedib⁹ beatā ſtephanā: & ſim
arbores ad naturalē erectionē reuertētes
mitti: ſicq; dirupta ē ſtephana i duaſ parte
& a xpianis occulte ſepulta. Sanctū aūt u
ctorem iuſſit dux decollari. Percuſſoq; ill
ex ei⁹ corpe ſanguis & lac emanauit. Cuit
corp⁹ a xpianis ſepultū ē in ſarcophago: q
ipe ſibi ppauerat i ciuitate ſua. Paſſi ſūt a
ſci mrēs. xiiii. cal. octobris.

¶De ſcō methodio epō & marty. LXXXX

Methodi⁹ martyr primo olympi
lycie eps & poſtmodū tyri fuit.
Qui nitidi ꝯpoſitiq; ſmonis ad/
uerſus porphyriū libros luculē
tos ꝯpoſuit. Itē ſympoſiū .x. uir
ginum. Item de reſurrectione ꝯtra origenē
opus egregium. Et aduerſus eundē de phy/
oniſſa & d̄ arte georgioꝝ. In geneſim quoq;
& in cātica canticoꝝ cōmētarios edidit. Et
multa alia que uulgo legunt̄: q ad extremū
nouiſſime ꝑſecutiōis ſub diocletiano: uel ut
alii affirmant ſub decio & ualeriano in chal
cide grecie martyrio uitam finiuit. Cui i car
cere exiſtenti facta eſt reuelatio plurimoꝝ
de tpe aduent⁹ antixp̄i: que ſcūs martyr ſcri/
pture ꝯmēdauit: paſſus eſt .14. calē. octobr̄.
Hec hieronymus de uiris illuſtribus.

¶De ſcō fereolo martyre. LXXXXI

Fereolus martyr & iulianus eius
comes in aluernia nati deo in mi
litari habitu ſuiebant: ut dictū ē
ſupra in paſſione iuliani mr̄is .5.
calē. ſeptēbr̄. Cū aūt ꝑſecutores
ſanctū iulianū apud aluerniā decollaſſent:
caput ei⁹ uiēne ad fereolū detuliſſent: a cri
ſtino ꝯſulari tali ꝯditione miſſi: ut aut fereo
lus ſacrificaret: aut ſimilē ſniam accipet: cū
is aſſentire nollet: ꝯfeſtim in xp̄i ꝯfeſſiōe ca
pite ceſus eſt. Cui⁹ corp⁹ una cū capite ſācti
iuliani in ipſa ciuitate in eodē tumulo ſepul
tum eſt .14. calē. octobr̄. ¶Poſt multos aūt
annos cū mamert⁹ eps uiennen̄ corp⁹ ſci fere/
oli trāſferre uellet: inuenit caput ſci iuliani
inter man⁹ fereoli: & utrūq; ipſoꝝ ita itegrū
& illeſum ac ſi ea die fuiſſet ſepultum.

¶De ſcō flocello martyre. LXXXXII

Flocell⁹ mr̄ puer decennis paſſus
eſt apud urbē auguſtudunen̄ tē/
porib⁹ antonini ipatoris ſub ua/
leriano p̄ſide. Cū eni p̄ſes audiſ/
ſet: ꝙ flocellus ſcōs martyres in
eoꝝ paſſionib⁹ cōfortaret: iuſſit eū teneri: &
ſuſpenſum in equuleo diutius flagellari.
Deinde carceri una cū leone recludi: ut ab
eo deuoraret̄. Orante uero puero leo ſubi/
to morit̄. Statimq; .7. lucerne cū cādelabris
p̄ſentāt̄: quaꝝ lumine tenebre carceris re/
pellunt̄. Quod audiēs gētilis qdā filiū ſuū
cū ſurdū & mutum ei obtulit: cui ſanctus
martyr ꝯfeſtim uiſum auditū & loquelā re/
ſtituit: & ip̄m cū patre ad xp̄m ꝯuertit. Que
cū p̄ſes audiſſet ip̄m in ignē maximū extra
urbem mitti fecit. Sed puer ab angelo ſibi a
dextris aſſiſtente hortatus ignē ingreſſus eſt
& cōtinuo tempeſtate & imbre ualido igru
ente ignis extinct⁹ eſt. Quē p̄ſes iuſſit ligua
& palmis clauis ꝯfigi. Et dum nihilominus
xp̄m ꝯfiteret̄: ſtola indutus linea feris in pla
tea exponitur: & ab eis diſcerptus martyrio
coronatur .14. calend. octobris.

¶De ſāctis ianuario epiſcopo & ſociis mar
tyrbus. LXXXXIII

Ianuarius eps & ſocii ei⁹ .i. feſt⁹
ſoſius & proculus diaconi: deſi/
derius lector: acaci⁹ & eutyches
paſſi ſunt apud ciuitatē puteola
nam ſub ꝑſecutiōe diocletiani a/
gente preſide timotheo. Qui preſes miſſus a
ceſare ad ciuitatē nolanā campanie ad xp̄ia/
nos exterminandos. Soſium eccleſie meſſena
ten̄ & ꝓculum puteolane eccleſie diaconos
& eutychetē & acaciū ciues nolane urbis lai
cos xp̄ianos in carcerem clauſit. Ianuarium
uero ep̄m beneuēti ei de xp̄ianitate delatum
teneri: & ſibi p̄ſentari mandauit. Quē cū ad
deorum ſacrificia: nec blanditiis: nec minis i
clinare poſſet. Iuſſit caminū ignis ꝑ triduū
incendi: & ianuariū interim cuſtodie detētū
inter flāmas immitti: qui orōne fuſa cū ange
lis decantās in medio ignis deābulabat ille
ſus. Quod dū milites timotheo p̄ſidi nūciaſ
ſent: iuſſit caminū ignis apiri. Et erūpēs flā/
ma plurimos paganoꝝ circūſtātes pemit.
Ianuarius aūt ex camino ꝓſiliuit: ita ut nec
capilli ei⁹: nec ueſtimēta exuſta i aliquo ap/
parerent. Quod dū preſes magicis artib⁹ at
tribuiſſet: iuſſit eū in cuſtodia detineri. Die
uero ſequēti ante ſe adduci: & neruos de cor
pore ipſius ſepari: deinde iteꝝ in carcerē re/
cipi: ut interim noua ſupplicia excogitaret.
Ad quem uenientes feſtus diaconus & deſi/
derius lector beneuentane ciuitatis: & eius
ſuppliciis condolentes: iuſſu eiuſdem preſi/
dis detinentur: & una cum ianuario uincu/
lis mancipātur. ¶Poſt hec dum timotheus
ad ciuitatem puteolanam tranſire uellet iuſ
ſit omnes martyres preſatos catenis uinctos
ante currum ſuum protrahi ad exemplum
chriſtianorum: ipſoſq; cūctos in amphithe/
atrum eiuſdem urbis introduci: & urſos eiſ
dem laxari. Sed manſueſacte fere quaſi oues
ad pedes martyrum procidebāt. Quod cer/
nens preſes dictata ſententia iuſſit eos omēs
capite cedi. Statimq; lecta ſentētia: cum ſan/
cti ad decollationem ducerentur: cecus effe
ctus eſt preſes. Ianuarium quoq; mox reuo
catum rogauit: ut pro ſe ad deum ſuum o/
raret. Et cum pro illo oraſſet: confeſtim lu/
men oculorum recuperauit. Quo uiſo mi/
raculo fere quinq; milia gentilium conuer/
ſi ſunt. Preſes uero in malū obſtinatus hec
uidens: ianuarium ad martyrium una cū ce/
teris remiſit: quē ſenex quidam rogauit: ut
de ueſtibus ſuis aliquid pro reliquiis acci/
peret. Cui epiſcopus poſt decollationē ſuā
orarium ſuū ei ſe datuꝝ promiſit. Decol/
lati ſunt ergo ſācti martyres. ſ. ianuari⁹ eps

feſtus & procul⁹ diaconi: deſiderius lector & acacius:& eutyches. Soſius uero diacōus qui inter alios promptior apparuerat in carcere eſt ſeruatus : donec poſtmodū ab eodem preſide paſſus eſt:ut dicet infra ī eius paſſione.9.cal.octobris. Ianuarius aūt poſt martyrium ſuū ſeni appuit : & orariū ſuum ſanguine pfuſum quo decollādus oculos texerat:eidem tradidit. Quē ſenex militibus ab eoꝝ occiſione redeuntib⁹: ī teſtimonium miraculi oſtēdit. Eadem aūt hora qua ſci capite ceſi ſunt : timotheus a demonio arreptus diuq; uexatus infeliciter expirauit. Mater uero ſancti ianuarii ī ipſa hora in urbe beneuētana ſōnium uidit: ꝙ filius ei⁹ p aera ad celum uolaret. Et diē & horam notans inuenit ipm tunc palmā martyrii ſuſcepiſſe. ¶ Cum uero martyr dñi decollaret : & orariū ante oculos teneret: digitus ei⁹ una cū capite abſciſus excidit . Sed dum xpiani corpus ipſi⁹ & ceteroꝝ martyꝝ nocte ſepelire uellēt: apparuit eis ianuarius:eos admonēs: ut digitū ſimul cum capite pciſum requirerēt. Quod illi facere curauerunt: & ſcōꝝ oium corpora honorabiliter iuxta ciuitatē ſepelierunt. Qui paſſi ſunt.13.cal.octobris.

¶ De ſcō goderico epo. LXXXXIIII

GOdericus eps claruit apud metenſem ciuitatē tpre theodeberti regis frācoꝝ. Qui aqtania exortus: primo quidē miles egregi⁹ cuꝫ multas ꝯtra barbaros uictorias obtinuiſſet:& corā deo & hōibus famoſus eſſet:oculoꝝ cecitatem incurrit: nūq̄ tñ ipm patiētia defuit. Eodē āt tēpore ſcūs arnulph⁹ metēſi eccleſie preſidebat. Goderic⁹ autē ab angelo monitus ad ciuitatem metenſem uenit:& ibidē in eccleſia ſci ſtephani ꝓtomartyris: ut monit⁹ fuerat:ad deū deuote orauit:& lumē qd dudum amiſerat recuperauit. Arnulph⁹ aūt ei carne propinqu⁹ ipm in domū ſuam ſuſcepit: & diuina iuſſione pſbyterum ordinauit. Deinde ſolitariā uitam eligens epatui reſignauit:& ſucceſſorem ſibi godericū reliquit: & eremū petiit:ut ſupra ī eius geſtis dictū eſt.17.cal.ſeptēbris. Godericus aūt eccleſie metenſi: exēplis & doctrinis laudabiliter prefuit. ¶ Cū autem corp⁹ ſci arnulphi defuncti ad eccleſiā ſuā cum ciuibus deferret : deuenit ad uillam hōis impii:ut illac tranſitum haberet:quē uidelicet ſcūs arnulph⁹ ſepius in uita ſua monitū:non potuerat a ſceleribus reuocare:dumq; uille appropinquarent omnes imobiles facti: ultra procedere nō ualebant:eo ꝙ ſanctū corpus illac tranſire nolebat::ſed dū omnes ꝓpter hoc heſitarēt:& ſol iam occaſui feſtinaret:occurrit eis uir fidelis:qui eos ad uillaꝫ ſuam aliam iuitauit. Ad quā cuncti cum tanta celeritate uenerunt:ut uolaſſe potiuſqua[m] meaſſe putarent : ubi dum uinū nō repiret[ur] modicuꝫ ceruiſie ſcō epiſcopo oblate: adeo multiplicatuꝫ eſt:ut nocte illa cūctis ad po[cu]lum abundaret. Quieuit autē in pace ui[r] domini.xiii.cal. octobris:& tumulat⁹ iace[t] in eccleſia metenſi.

¶ De ſanctis peleo & nilo epiſcopis & mar[tyribus]. LXXXXV

PEleus & nilus epī apud paleſt[i]nam martyrio claruerunt. Qui tempore pſecutionis in xpiano[s] ſeuiētis:pro ꝯfeſſiōe glorioſi n[o]minis xpiani:cum plurimis cle[ri]cis detenti:& ignib⁹ ꝯſūpti: imortaleꝫ a dñ[o] coronam percipe meruerunt.xiii.cal.octo[bris]:ut ait ado in martylogio.

¶ De ſcis felice & ꝯſtantia mr. LXXXXV[I]

FElix preſbyter & conſtantia ma[r]tyres tēpore perſecutionis nero[]nis impatoris apud nuceriam [ci]uitatem paſſi ſunt. Qui rabie d[i]cti ceſaris ī xpianos craſſāte:du[m] xpm ꝯfiteri nō dubitaſſent: gladio capite [ce]ſi martyrium conſumauerunt.xiii.cal.oct[o]bris.hec ado.

¶ De ſcis fauſta & euilaſio mr. LXXXXV[II]

FAuſta uirgo & euilaſius mart[y]res apud cyzicum ciuitatem p[aſ]ſi ſunt : ſub maximiano impat[o]re. Cum enim fauſta eēt infant[u]la annorum .xiii.filia gemelli tectoris ciuitatis: parentib⁹ ambobus orb[a]ta:xpm dominum clara confitebatur uoce. Miſſus eſt igitur euilaſius preſes annoꝝ.4[] a maximiano auguſto ad cyzicum ciuitate[m]. Qui puellam detentam fecit radi: & ad tu[r]pitudinem decaluari. Sicq; in equuleo ſu[ſpen]di & torqueri. Statimq; coruſcationibus [fa]ctis:multi miniſtrorum occiſi ſunt. Dein[de] in loculis miſſa:dum ab hora prima diei [uſ]q; ad ſextam ſerra ferrea ſecaretur: nec i[n ali]quo ledi poſſet:predicante uirgine glori[am] chriſti:euilaſius preſes conuerſus ipſam [] miſit:& baptiſmum ſuſcepit . Deinde ma[xi]mianus hoc audito miſit alium preſidem [no]mine cracum:quem iurare fecit ne unq̄ c[re]deret in chriſtum. Qui euilaſium & fauſt[am] iuſſit comprehendi:& euilaſium in eqnul[eo] ſuſpēdi & torqueri. Fauſtam uero ſicut c[] pidas capite:frōte:facie:pectore: totoq; [cor]pore clauis configi . Cum autem illeſa p[er]manſiſſet:mandauit eam cum euilaſio in [] taginem mitti:& plumbo bulliente ollā [re]pleri . Quibus orantibus & pſallentibu[s] plumbum ſicut aqua tepida refrigerat[um] eſt . Sancti uero quaſi in balneo iacētes:[vo]ce ipſos de celo uocante ſpiritum emiſe[runt] xii.cal.octobris.

De ſancto priuato epiſcopo & martyre. LXXXXVIII

PRiuatus epiſcop⁹ & martyr paſſus eſt in territorio gaualitane ciuitatis temporibus ualeriani & galieni imperatorum ſub perſecutione allemánorum : qui ab ccidente aduerſus rempublicam cum rege ſorum herode ꝯuenientes:tranſmiſſo rheo gallias infeſtabant. Veneruntq; ad mon m gedronem i ſolo gaualitane ciuitatis po tum:ad quem gaualitani ciues quaſi i pre dium confugerãt:quem ipſi hoſtes per bi nnium obſederunt. Sed beatus epiſcopus m populo ſuo in ipſo monte non erat : eo in alio ſibi monte cellam conſtruxerat:in a lectioni & orationi inſiſtebat. Cum igiť oſtes epiſcopum ibidem eſſe comperiunt: eum accedũt:& ſperantes per hoc popu m obſeſſum flectere:priuatum capiunt:& ſuos ciues ad ſe tradendum hoſtib⁹ indu t compellunt. Recuſantem uero hoc face :fuſtibus grauiſſime cedunt : & ducentes um ad gaualitanam quam ceperãt ciuita m:cum nec ipſum ad immolandum idolis mpellere poſſent:in ignem miſerunt: Sed m inde illeſus euaſiſſet : lanceis & cultris uribus ipſum plagis confoderunt. Rede tes aũt ad gedronem montem:populo li rtatem egrediendi concedunt:illiſq; exeũ bus:& ad epiſcopum ſuum ſeminecem re rrentibus:germani oppidum capiunt: & aliter uaſtauerunt. Sanct⁹ autem martyr lneribus perſecutorum attritus: inter o um ſuarum man⁹ poſt dies modicos emi ſpiritum.12.calen. octobris. Sepultuſq; t in ſubterranea crypta propter perſecuti em paganorum:qui nec ſanctorum cada ribus indulgebant.

De ſancto eulogio pſbro. LXXXXIX

e i⁹ patre ab ipſi⁹ genitrice ſcō ſampſoni do/
lenſi epo oblatus ab eodem clericus fact⁹ ē
Materq; ipſius ſacro uelamie ꝯſecrata: qui
poſtq̄ predicto epo annis aliquot adheſit:
ut artiori ſe uite traderet: ad ſanctū ſimilia/
num abbatem acceſſit: a quo in monaſterio
quod tauracū dr: monaſticū habitū ſuſce/
pit: q etiā ad diaconatū pmotus ſcō uigna/
loco ſacerdoti: & eiuſdē loci monacho ſocia
tur. ¶ Cū aūt cū pdicto ſcō quadā uice iti/
neraret: & leproſum aſpectu horribilē inue
niſſent: ethbin⁹ iacentē cepit brachiis ſubſtē
tare: dūq; ille dolore narium torqueri ſe di
ceret: & nullū ſibi adeſſe remediū: niſi oris
anhelitum exprimeret: uignaloc⁹ ꝯpatiens
naſū horridū & ulceroſum in ore ſuſcepit:
quem ethbinus per latera ſubſtinuit: reſpi/
ciensq; ſurſum: uidit crucem auream ange/
loſq; pauperi obuiantes. Tunc leproſus ui/
ros dñi ꝯfortans: ſeq; xpm eſſe proteſtans
in nube raptus nunq̄ cōparuit. Illi uero do
mini gr̄as agentes alter alterius meritis ui/
ciſſim uiſionem aſcribebant. ¶ Dū igit̄ fran
ci britanniā deuaſtaſſent: ethbin⁹ hiberniam
petēs in ſilua nectenſi tugurium & eccleſiā

paruam fabricauit: in qua deo aſſidue ſerui
re cepit miraculis etiam clarens claudum
unum erexit· Mulier quedam ad euꝫ ueniēs
pro ſalute filii ſui paralytici: longeqꝫ poſi
ti ſupplicauit: dicens ꝙ beata uirgo brigida
illam ad ethbinum miſiſſet: ut eius filium li
beraret. Qui ſuis orationibus filio mulieris
illius ſalutem impetrauit. In ipſo autem lo
co pane ſolum & aqua bis in hebdomada ſe
refecit & annoꝝ.85.i pace quieuit.xiiii.cal.
nouembris.

¶ De ſcō maximo mr̄e & leuita. LXXXV.

MAximus martyr & leuita uir ſan
ctus tempore decii ceſaris apud
ambianenſem prouinciaꝫ paſſus
eſt. Qui cum eſſet plebeiꝰ patien
di deſiderio inquirentibus ſe pſe
cutoribus palam oſtendit. Et a preſide com
prehenſus poſt reſponſionum eius conſtan
tiam dum chriſtum confiteretur: in equuleo
ſuſpenſus ac diutius tortus eſt. Cui dum ꝓ
ſes ceſariam eius filiam nimis ſpecioſam in
uxorem promitteret: ſi diis ſacrificare cōſen
tiret: & ille ſe mariam uirginem dei genitri
cem habere ſponſam aſſereret: ac omnino ſa
crificare renueret: fuſtibus diutiſſime cedi
tur: deinde ad carcerē duci iubetur. Qui dū
duceretur emiſit ſpiritum.xiii. calendas no
uembris.

¶ De ſanctis capraſio prīo & feliciano mar
tyribus. LXXXVI.

CApraſius martyr cum primo &
feliciano fratribꝰ paſſus eſt i gal
liis ciuitate agenēſi ſub daciano
preſide. Cum eni capraſius xp̄ia
nus occultus timore preſidis ꝓ
pter rabiem perſecutionis declinās iuxta ur
bem in rupis ſpelunca lateret: audiens qua
liter beata uirgo fides pro xp̄o agonizaſſet:
de qua ſupra in eius paſſione dictum eſt pri
die nō.octobris animatus ad tolerantiam
paſſionis orauit ad dn̄m: ut ſi eum dignum
gloria martyrii iudicaret: ex lapide ſpelun
ce aqua limpidiſſima emanaret. Quod ꝓſtā
te domino ſtatim obtinuit. Super hec uidit
per ſpiritum columbam niueam de celo de
ſcendentem: & coronam auro gemmiſqꝫ ful
gentem ſuper caput fidei uirginis imponen
tem: que ueſtibus fulgidis erat ornata: & an
gelis comitata. Ipſa uero columba alarum
uolitatu & rore celeſti: ignem: in quo uirgo
iniecta erat: extinxit: & ad celos ſubito aduo
lauit. Cum autem hec omnia capraſius con
ſpexiſſet: ſponte ad certamē cucurrit: & chri
ſtianum ſe coram daciano cōfeſſus fuit. Quē
ille detentum ungulis laniari fecit. Ita ut pri
mus & felicianus fratres eius exemplo patiē
tie conuerterentur: & ſe chriſtum colere fa
terentur. Quos omnes inſimul uinctos: pre
ſes capite cedi mandauit. Quorum corpora
in eodem tumulo in agenenſi ciuitate a xp̄ia
nis ſepulta ſunt.xiii.cal.nouembris.

¶ De ſanctis undecim milibus uirginibus
LXXXVII.

VNdecim milia uirgines cū ſociis
earum apud coloniaꝫ paſſe ſunt
ſub hunorum principe iuliano.
Quarum omnium principalior
auctrix & ſignifera fuit beata
urſula. Hec filia unica regis ſcotie xp̄ianiſ
ſimi nomine mauri ſapientia mirabili & pul
chritudine inſigni pollebat. Quam rex an
glie nimis prepotens miſſis ſolennibus nun
ciis: filio ſuo in coniugium: multis promiſ
ſionibus & blanditiis poſtulauit: addiiciens
minas: ſi ad euꝫ legati uacui reuerterentur.
Pater autem uirginis cum iram regis anglie
formidaret: quid ageret anxiabatur: nec eni
uolebat deum offendere filiam ſuam homi
ni gentili tradendo: nec uirginis ſacrum pro
poſitum impedire: eius pudicitiam: quam
deo uouerat perturbando. ¶ Virgo autem
domini diuina reuelatione premonita patri
ſuaſit: ut predicto regi aſſenſum preberet:
ea tamen conditione: ut iuuenis baptizaret:
& per triennium in fide inſtrueretur: & ꝙ ſi
bi a patre iuuenis & a ſuo.x.uirgines electe
& ſpecioſe in ſocias darentur: & tam ſibi q̄ il
lis: mille uirgines ſubſcriberentur: & naues
xi.munite ad opus earum fabricarentur: q̄
tenus dicto triennio per mare ludendo diſ
currerent: & uirginitatem ſuam domino de
dicarent. Hoc autem uirgo popoſcit: ut inte
rim coeuas ſuas chriſto uirgines conſecra
ret: & ſponſum ac patriam ad fidem adduce
ret. Quod parentes & iuuenis fieri conſenſe
runt: ipſoqꝫ continuo baptizato naues fabri
cari preceperunt. Omnia igitur feſtinantius
parantur: uirgineſqꝫ de diuerſis mundi par
bus congregantur: & omnes urſule preſen
tantur: pater autem eis honorabilem comi
tatum multorum epiſcoporum & baronum
anglie & ſcotie tradidit: & neceſſariorum co
piam miniſtrauit. Multi quoqꝫ ad tam gran
de ſpectaculum de diuerſis urbibus conue
nerunt. Inter quos fuit ✝ panthulus baſile
eñ.epiſcopus: qui eas uſqꝫ romam perduxit
& inde reuerſus cuꝫ eis martyrium ſuſcepit.
Sancta quoqꝫ ✝ geraſma regina ſicilie: que
uirum ſuum conuerterat ſoror macririi epi
ſcopi & darie matris ſancte urſule: cum q̄t
tuor filiabus ſuis ſcilicet ✝ babila iulia
uictoria: & aurea: & paruulo ſuo
hadriano: cum hoc per litteras patris urſu
le cognouiſſet: relictoqꝫ regno in manu al
terius filii: per mare in angliam nauiga
uit. Cuius conſilio & etiā induſtria tam na
ues quam omens uirgines regebantur: & ſic

in nouam chriſti militiam ab omnibus con/
iuratur iuxta condictum igitur triēnio per
mare diſcurrunt : & omni ludorum genere
ſe exercitantes :modo belli preludia inco/
hant:modo fugam ſimulant:modo aliud fin
gunt:quod animo occurrebat. ¶ Tandem
poſtq̄ urſula ad fidem & pudicitiam oēs xp̄i
uirgines ꝯuertiſſet: ſub uni⁹ diei ſpatio flan
te proſpero uento ad portum gallie: q cei/
la dicitur applicantes : inde coloniam ſunt
delate : ubi angelus domini urſule apparu/
it:& predixit eas illuc itegro numero reuer
ſuras:& coronas martyrii percepturas. Ad
cuius admonitionem inde uenerunt baſileā:
ubi relictis nauibus pedeſtres uenerunt ro/
mam.Quas papa ✠ cyriacus gaudenter ſu
ſcepit:quia de terra earū erat:& multas ibi
conſanguineas habebat:plurimaſq; ex ipſis
nondum baptizatas ſacro fonte perfudit: q
diuinam reuelationem in ſomnis accepit:ut
cum ipſis relicto pontificatu diſcederet : &
coronam martyrii cum eis acciperet. Et cū
anno uno & menſibus duobus & diebus ui
ginti eccleſiam rexiſſet:inuitis cardinalibus
& clero romano papatui reſignauit:& cum
✠uincentio preſbytero cardinale & multis
aliis uirginum ſe collegio ſociauit. Et quia
inuitis omnibus pontificatum reliquit : no/
men eius de catalogo pontificum clerus ab
raſit.¶ Videntes autem duo iniqui princi/
pes romane militie: ſcilicet maximianus &
aphricanus:ꝙ per ſacras uirgines multi ad
eas undiq; concurrentes ad chriſtum cōuer
tebantur:explorata earum uia:miſerūt per
litteras ad iulianum cognatum ſuum ducē
gentis hunorum:ut apud coloniam contra
eas exercitum duceret:ubi uirgines cum ſo
ciis trucidaret. Secuti ſunt autez eas una cū
ſummo pontifice predicto✠iacob⁹ epiſco
p⁹ antiochenus: qui de britannia patria ſua
ueniens ſeptem annis ibidem ſedē tenuerat:
& romanam curiam uiſitare uenerat.✠ Ma
uritius quoq; leuican⁹ ep̄s auunculus babi/
le & iuliane.& ✠ſollarius ep̄s lucenſis cuz
aliis preſbyteris & clericis multis. His etiā
occurrit ſponſus beate urſule✠ethere⁹ no/
mine patre ſuo iam xp̄iano defuncto & ma/
tre cum ſororib⁹baptizatis:qui diuinā iam
reuelationem habuerat:ut ſpōſe ſue occur/
reret:& cum ea palmam ſuſciperet : q ſecū
de britānia ſocrū✠dariā adduxit cū puula
ſorore nomine✠florentina: & quendam ✠
clementem epiſcopum . His etiam ſe rome
coniunxerat✠ marculus epiſcopus grecie
cum ſorore ſua ✠ conſtantia filia dorothei
imperatoris conſtantinopolitani:que cuiuſ
dam regis filio nupſerat : ſed eo āte tradu
ctionem morte preuento uirginitatem ſuaz
chriſto deuouerat . Omnes igitur uirgines
cum predictis epiſcopis & multis aliis co/
loniam redierūt:& ipſam iam ab hunis ob/
ſeſſam inuenerunt.In quas irruentes barba
ri uelut in oues lupi:totam illam glorioſā
multitudinem gladiis peremerunt.Sicq; co
ronam martyrii perceperunt . Cum autem
uidiſſent urſule pulchritudinem:manum re
traxerunt. Sed cum impio iuliano hunoruz
duce nollet nubere:nec idolis imolare: ille
contemptum ſe uidens:directa ſagitta eam
in corde tranſfixit:& ſic illa ad dominū mi/
grauit.¶Quedam autem uirgo nomine✠
corbula timore perterrita in naui nocte il/
la ſe abſcondit:ſed in craſtinum morti ſe of/
ferens martyrii coronam ſuſcepit.Quarum
corpora a fidelibus collecta:apud coloniā
honore condigno tumulata ſunt:& honora/
bilis eccleſia cum notabile monaſterio uir/
ginum ad memoriam earum fabricata ſunt
Paſſe ſunt autez uirgines undecim milia cū
ſociis earum duodecimo calendas nouem/
bris:Circa annum domini.450.

¶De ſancto hilarione abbate. LXXXVIII

Hilarion abbas:cuius uitam hie/
ronymus ſcribit:apud egyptuz
claruit: Qui ortus uico tabath:
quod quinq; milibus a gaza ur/
be paleſtine diſtat:parentib⁹gē/
tilibus xp̄ianus ipſe ut roſa de ſpinis floruit
ſed alexandriam a patre miſſus in breui grā
maticam didicit:& in xp̄m credens: eccleſiā
frequētare cepit.Audiēs aūt celebre nomen
antonii:quod per omnes egypti populos fe/
rebatur:uidendi euz ſtudio perrexit ad ere
mum:& ſtatim mutato habitu duobus mēſi
bus ſecum manſit:contemplans ordinem ui
te eius:morumq; grauitatem.Reuerſus aūt
cum quibuſdam monachis ad patriam:parē
tibuſq; defunctis omnia pauperibus largit⁹
eſt:nihil ſibi omnino reſeruans.Sicq; ānorū
quindecim nudus & armatus in xp̄o ſolitu/
dinem ingreſſus eſt : ſacco tantum membra
coopertus.15.caricas poſt ſolis occaſum co
medebat.Igitur a decimoſexto etatis ſue an
no uſq; ad uigeſimum eſtus & pluuias bre/
ui tugurio declinauit: quod iunco texerat.
¶Structa deinceps breui cellula longitudi
ne pedum quinq;:latitudine paulo amplio/
re q̄ eius corpuſculum patiebatur:ut ſepul
chrum potius q̄ domum crederes.Capillos
in anno die paſche ſemel totondit:ſuper nu/
dam humum uſq; ad mortem cubauit. Sac/
cum quo ſemel indut⁹ fuerat nūq̄ mutauit:
nūq̄ lauit:orōni & pſalmodie iugiter inſta/
bat:ab āno.21.icipiēs trib⁹ annis & dimidio
lentē aqua frigida madefactū comedit: deiñ
triennio panē aridū cū ſale & aqua: deīde p
ānos.9.ſex uncias hordeacei panis & coctū
modicū ol⁹ i cibo hūit:ſed laſſus egritudie

oculoꝝ oleum adiecit. Et in tali ieiunio uſq; ad .lxiiii. etatis ſue annũ pſeuerauit. Abinde uero uſq; ad annũ .lxxx. pane abſtinuit icredibili feruore mentis accẽſus. Fiebat autem ei ſorbitiũcula de farina & ꝯminuto olere in cibo & potu uix .v. uncias appendentibus. Nunq̃ ante ſolis occaſum guſtauit: neq; ulla ſolennitate ieiunium ſoluit. ¶ Igitur potentiſſim⁹ miraculis & ſcitate icõpabilis octogeſimo etatis ſue anno cum eſſet abſens heſychius: qui eum familiariſſime colebat: in teſtamẽti uicẽ breuem ſcripſit epiſtolam: oẽs diuitias ſuas ei derelinquẽs. Euangeliũ uidelicet tunicã ſaccinam: cucullã & palliolum. Et poſtq̃ ãnis .lxv. deo ſeruierat ad extrema deueniens ſpm emiſit .xii. cal. nouẽbris. Statim corpus eius humo obrutum eſt: quia ſic ipſe oẽi qui ad egrotantẽ uenerat adiurauit. Quod poſtq̃ heſychius paleſtie audiuit prexit cyp rum. & corpus eius furatus poſt mẽſes .x. in paleſtinã nauigio detulit. & in antiquo monaſterio cõdidit: illeſis tunica & cuculla: corporeq; imẽſis odorib⁹ refragrãte.

¶ De ſcõ aſterio martyre. LXXXIX.

Aſterius martyr rome paſſus eſt: ſub alexandro ĩpatoꝛ: qui a btõ calliſto papa preſbyter ordiat⁹ fuit. Et poſt eius paſſionẽ corp⁹ eiuſdem põtificis cũ clericis ſuis rapiens ſepeliuit: ut dictũ eſt ſupra ĩ paſſiõe calliſti pape pridie id⁹ octob. Poſt dies autẽ quinq; alexãder imperator hoc audiẽs tenuit aſteriũ preſbyterũ: quem precepit ꝑ pontem in tyberim precipitari. Cuius corpus apud oſtiam repertũ: & in eadẽ ciuitate a quibuſdam xpianis ſepultum eſt .xii. cal. nouembris.

¶ De ſcõ uiatore ꝯfeſſore. XC.

Viator ꝯfeſſor ordinem lectoris tenuit: & ſci iuſti lugduñ. epiſcopi comes fuit. Qui cum eodem epatum deſerente nauẽ conſcendit: & ad egyptũ nauigauit: atq; ei in eremo ſedule miniſtrauit: ut dictuȝ eſt ſupra in eius legenda pridie idus octobris. Quo decedente & ipſe poſt dies .vii. prout ipi ſanctus iuſtus predixerat: eum ad celos ſecut⁹ eſt. Nam & quieuit in pace .xii. cal. nouembris. Quoꝝ amborũ corpora a ciuibus lugdunenſibus ex inde ſublata ad eorũ ciuitatẽ relata: & in eccleſia ſcoꝝ .7. maccabeoꝝ cõdigno cultu poſita ſũt .4. noñ ſeptẽbris.

¶ De ſcã ſalome diſcipula. XCI.

Salome diſcipła xpi fuit. Que tẽpore dñice paſſionis cum reliqs ſanctis feminis ad crucem aſtitit & circa eius ſepulturam ſolicita fuit. De qua theophilus & chryſoſtomus dicunt: ꝙ hec fuit mater filiorum zebedei: qđ origenes ſimiliter opinatur: unde ꝑm iſtos cuȝ dicitur in euangelio marci. Maria iacobi minoris & ioſeph mater: & ſalome: & iteruȝ maria magdalene & maria iacobi ſubaudi minoris: & ſalome: tunc iſtud nomen eſt nti caſus & eſt nomẽ mulieris. Alii dicunt ꝙ eſt caſus gti: & eſt nomẽ uiri: ſcilicet fuit una alia maria uxor ſalome: Hironymus tñ in ſuo martylogio tradit eã mulierem fuiſſe: & in pace apud hieroſolymam quieuiſſe .xi. cal. nouembris: ut ado dicit.

¶ De ſcõ marco epo & martyre. XCII

Marcus epſ & martyr apud hieroſolymã paſſus ẽ. Hic clariſſimus & doctiſſim⁹ uir: primus fuit ex gentibus qui poſt epos ex circũciſione eccleſiam hieroſolymoꝝ regendam ſuſcepit: de quibus ſupra eſt habitũ in legẽda zachei epi .x. cal. ſeptembris. Sacerdotium igitur illius ciuitatis ſcẽ ſuſcipiens: non multo poſt pro ꝯfeſſione xpi martyrio ꝯſumatus: uictorie palmã promeruit .xi. cal. nouembris. Hec ado.

¶ De ſcõ melanio epiſcopo. XCIII

Melanius epus tempore ualeriani & galieni imperatorum claruit apud ciuitatem rothomageñ. Qui de maiori britãnia exortus cum eſſet gentilis romam uenit ut patrie tributuȝ ſolueret: & imperatori deſeruiret. Cuȝ autem ueniſſet ad templũ martis ut ibidem cum ſociis ſacrificaret: conuerſus eſt a ſcõ ſtephano papa & martyre ibidem predicante: & ab eodem baptizatus ipſi adheſit: quem ille per omnes grad⁹ eccleſie ac ſacerdotium uſq; promouit. Qui & fideliter in omnibus ordinib⁹ domino deſeruiuit. Cumq; die quadam pontifex celebraret: & ei melanius miniſtraret: angel⁹ domini a dextris altaris extitit: quem uterq; illorum uidit. Qui & finita miſſa baculum melanio dedit & eum urbi rothomagenſi a deo electum epiſcopum nunciauit: & ut illuc ad predicandum accederet mandauit: chriſtumq; ipi ductorem futurũ promiſit: ſtatimq; diſpuit. Melanius ergo continuo accepta benedictione a papa diſceſſit: & chriſtum itineris ducem habuit: ueniens autem antiſiodorum inuenit hominem qui caſu bipenni ſibi pedem in duas partes diuiſerat. Quẽ baculo quem ab angelo acceperat tetigit: & ipſuȝ ſine mora ſanauit: ueniens autem rothomagum predicationis officio fideliter inſtitit: & miraculis clarens fere totum populum ad chriſtum conuertit. Et miniſterium ſuum implens in domino quieuit undecimo calendas nouembris. Sepultuſq; eſt in eccleſia rothomagenſi.

¶ De ſcã melania maiore. XCIIII

Elania maior apd hieroſolymã claruit tẽpore ualẽtis impatoris ut dicit heraclides. Hec nobiliſſima ciuis romana filia quondã marcelli ↄſulis urbano ei⁹ filio unico ꝑtore in urbe relicto hieroſolymã nauigauit: ibiq; tantis uirtutib⁹ & humilitate refulſit: ut thecle nomen accipet. Fuit enim uxor uenerabilis uiri: que ãnoꝝ.22. exiſtẽs uidua: relicta patria & filio: ut dictũ eſt: cũ certis pueris & puellis: oĩbus ſuis i naui poſitis: primo alexandriã nauigauit: ibiq; oĩb⁹ diſtractis ſcõs pr̃es in eremo reuiſit. ſ. pambonẽ: ſerapionẽ: pannutiũ: iſidoꝝ: & dioſcorum: apud quos ſex mẽſibus mãſit: & eis neceſſaria miſtrauit. Cũ autẽ prefect⁹ alexandrie p̃dictos uiros dñi cũ quibuſdã ep̃is paleſtinam in exiliũ mitteret. Melania in habitu uiri eos ſecuta eſt. Quod audiẽs ↄſularis paleſtine: ut eã terreret: in carcerẽ miſit: ſed eius nobilitatẽ ↄpiens: eã ꝓtinus relaxauit: deditq; ei licentiã: ut quocũq; uellet ad ſcõs ꝓgeret uiſitandos. Illis uero ab exilio reuocatis: melania hieroſolyme remanſit: habẽs ſecum rufinũ aquileie p̃ſbyteꝝ: p cui⁹ man⁹ ꝑſa ep̃is & clericis ac pegrinis de ſuis facultatibus miniſtrabat: & in talibus opib⁹ per annos.27. perſeuerauit. Cui⁹ ſanctis oronibus filius ei⁹ urban⁹ in ſanctitate creuit: & nobiles nuptias ↄtrahens: duos filios catholicos & deuotos ꝓcreauit: qui etiã matri ſue plura dona mittebat: ut ſanctis elemoſynis liberi⁹ inſiſteret. Hec apud hieruſalẽ monaſterium ↄſtruxit: in quo uirgĩes.50. deo ſeruientes poſuit: in quo & ipſa etatis ſue anno 69. in pace requieuit.

¶ De ſancta melania iuniore. XCV

Elania iunior cui⁹ p̃dicta melania fuit auia: p̃fati urbani ꝑtoris extitit filia: in urbe roma ꝓcreata. Que cũ inuita a parẽtib⁹ nuptui tradita fuiſſet: & duos filioſ quos genuerat: nece amiſiſſet: cepit pulſare uiꝝ de caſtitate ſuanda: aut de licẽtia pegrinandi ſibi ↄcedenda. Qui licet diutius recuſaſſet: licentiã tandẽ deo inſpirãte ↄceſſit: & oẽs ueſtes ſericas in pallia altariũ dedit: reliquas p eccleſiaꝝ ornamẽta diſtribuit: auꝝ omne ſuũ & argentũ p manus pauli p̃ſbyteri diſcurrentis ↄtinue p egyptum thebaidẽ antiochiam: paleſtinã: hieroſolymã: & alia loca ſcã: deſtinauit: ſeruos & ancillas manumiſit: poſſeſſionibus plurib⁹ uẽditis p̃cium paupibus diuiſit: ceteras in ſubſidiũ monaſterioꝝ retinuit. Sicq; per uxorem ↄuerſus in uiꝝ alteꝝ mutatus: mira penitentia ſe affligebat: & poſt alteꝝ diẽ ſemp cibũ ſumebat. ¶ Melania uero in poſſeſſionib⁹ ſuis cenobiũ ↄſtruxit: ubi cũ.15. eunuchis & .40. uirginibus & aliis ancillis ſuis libertati traditis deo ſuiuit. Parem quoq; uir ſuus cum 30. monachis uitam duxit: uterq; ipſoꝝ ieiuniis: lectionib⁹: & oronibus uacãs. Sicq; ſãcta dei melania bone auie imitatrix effecta: plena uirtutibus in pace quieuit.

¶ De ſcis munilione & eledia uirginibus & martyribus. XCVI

Vnilio & eledia uirgines & martyres apud ciuitatẽ oſtiam paſſe ſunt: que p ↄfeſſione xp̃i diuturna cuſtodia macerate: atq; deide capitali ſentẽtia punite: p̃cioſuʒ martyrium celebrarunt. xi. calen. nouẽbris ut dicit ado.

¶ De ſcis ſeruãdo & germão mart. XCVII

Eruandus & german⁹ martyres apud hiſpaniã paſſi ſunt ſub p̃ſide uiatore: qui poſt dira uerbera & ſqualorẽ carceꝝ: & ſitis ac famis iiuriã: & lõgiſſimi itineris laborẽ: quẽ onuſti ferro iubẽte eodẽ p̃ſide ptulerũt. Nouiſſime martyrii ſui curſũ gladio ceſis ceruicib⁹ ipleuerũt: ex qb⁹ germanus apud emeritã ciuitatẽ iuxta beatã eulaliã ſepult⁹ ẽ. Seruãd⁹ uero apud hiſpalenſe oppidũ iuxta ſcãs iuſtã & rufinã ↄditus eſt. Paſſi ſunt aũt ſci martyres. x. calẽ. nouẽbris.

¶ De ſcõ ſeuerino ep̃o & ↄfeſſore. XCVIII

Euerin⁹ ep̃s colonieñ apud ipſã ciuitatẽ claruit. Qui effrate cuidã heretico ſucceſſit. Nã ut ſcribiẽ i geſtis ſci ſuatii: de quo ſupra actũ ẽ.3. id⁹ maii: dũ ei reuelata fuiſſet deſtructio urbis treugrẽſis & p̃lati ac pricipes ip̃m romã p legatiõe deſtinarẽt. Rñdit ſuati⁹: iter nõ eẽ tutũ: niſi effrata heretic⁹ ab ep̃atu deponeret. Illico ↄgregata ſynodo ep̃oꝝ apud coloniã aggrippinaʒ Effrata heretic⁹ iudicio ſynodi ↄdẽnat⁹ depoinit: & ſeuerinus ordiat. Dũ aũt ſuati⁹ rediret ab urbe apd coloniã a ſeuerino ſuſcept⁹ eſt: q dũ nocte oraret: ſeuerin⁹ colũnã ignis ſup caput ei⁹ aſpexit: q̃ paulati uſq; ad ſe uenit: in quo loco ſeuerin⁹ eccleſiã edificauit: quã & portã celi appellauit. Quieuit auteʒ ſanct⁹ ſeuerinus in dño.10. calẽ. nouembris.

¶ De ſcõ ſeuerino boetio martyrẽ. XCIX

Euerin⁹ martyr q & boeti⁹ pro ueritate interfect⁹ ſub iſto noĩe i catalogo martyꝝ ſcribiẽ: dictuſ ſeuerinus a ſeueritate iudiciorũ Hic: ut dicit ſigibert⁹: gener fuit ſymmachi patricii uir nobilis romanus: uir ↄſularis ↄſpicuus: mira lingue eruditione politus: & liberalium artium: quas pene omnes a greco in latinũ trãſtulit pleni⁹ eruditus: cui⁹ uxor helphes noĩe rhetorica ſcia inſignis: hymnos apoſtoloꝝ Felix per oẽs.

& aurea luce compoſuit. Hic tẽpore theodorici regis longobardoꝝ:qui fuit imperante zenone circa annũ dñi.476.dum dicto regi rempublicam iuadẽti boetius reſtitiſſet: apud eum dolo accuſat⁹ cum pluribus aliis proſcriptus & in exilium miſſus eſt.Inde reductus papie incarceratus eſt: ubi librũ de philoſophica ꝯſolatione ꝯpilauit. Tandẽ ab eodem theodorico rege i carcere interfect⁹ eſt:anno dñi.521.x.cal.nouẽbris.Sepultuſq; in ipſa papienſi ciuitate in eccleſia ſci petri ad celum aureũ:ut mr̃ ab eccleſia digna ueneratione celebrat̃.¶Hic philoſophus eximius diuina & humana ſapiẽtia pollẽs:multa nobis ingenii ſui documẽta dereliqt. Scripſit eni libros de trinitate.De unitate & uno De ente & eẽntia.De duab⁹naturis&una ſubſtantia xp̃i.De hebdomadib⁹.De ꝯſolatione philoſophica li.v. De ſcholaſtica diſciplia. Topicorum libros . Ariſtotelis libros quos habet bibliotheca latina: omnes fere de greco in latinum ꝯuertit ſermonem. Scripſit & uolumẽ de muſica.De arithmetica.Categoricoꝝ. Sylloſgimoꝝ:& hypotheticoru3.De deitate ad ioannem rõane eccleſie diaconũ: De electione primi parentis i reſtauratione humani generis p incarnatione & paſſiõem xp̃i.Aduerſus eutychianos & neſtorianos atq; azephalos de incarnatione dñi. Item contra arrianoſ:eunomianos & apollinariſtas libros fortes:& eoꝝ hereſim confutantes.

¶De ſcõ theodorico preſbytero & mr̃e. C

Theodoricus preſbyter & martyr apud antiochiam paſſus ẽ tẽpore iuliani apoſtate imꝑatoris: ſub prefecto & auunculo ſuo iuliano.Cũ enim a predicto ꝑfecto eccleſia antiochenoꝝ ſpoliata eẽt : & xp̃iani ubiq; diſperſi fuiſſent.Hic in eccleſia ꝑmanſit itrepidus.Qui ab eo teneri iuſſus:poſt equuleũ & multos ac duriſſimos cruciatus: etiam lampadib⁹ circa latera inflãmatus ẽ. Sed faculis diuina uirtute reſtinctis: milites qui eas tenebant: angeloru3 aſpectu i territi in faciẽ corruerũt.Cũq; prefectus quoſdam xp̃anos occultos illoꝝ miniſterium ſupplere iuberet:& illi hoc facere recuſarent:prefectuſq; ipſos examinans xp̃ianos reppiſſet: iuſſit eos in pelagus demergi . Quos ſanct⁹ martyr hortabat̃ ut ip̃m ad gloriã precederent.Nouiſſime autem du3 iuliani apoſtate: quem apud perſide3 diuina ultio puniuit interitum prediceret:occaſione gladii martyriũ ꝯſumauit.x.cal.nouẽbris.

¶De ſcis felice ep̃o & ſociis mr̃. CI.

Felix ep̃us citatis tubaboceñ.audax & ianuarius ꝑſbyteri. Fortunatus & ſeptim⁹ lectores temporibus diocletiani imperatoris in uenuſia ciuitate apulie paſſi ſunt.Qui a quodam magnoliano curatore detẽti multis diebus uinculis & carceribus i aphrica & in ſicilia macerati:tandem occaſione gladii martyrio coronati ſunt.9.cal.nouẽbris.Ex quibus felix ep̃s annorum.56. uirgo & martyr ad xp̃m dupplici cũ palma migrauit. Quorum corpora intra carthaginẽſem ciuitatem & uticeñ.ſepulta ſunt.

¶De ſcõ martino abbate. CII.

Martinus abbas apud campaniam claruit tẽpore iuſtini iunioris augusti. Qui in monte maſſico ſolitariam uitam duxit: multiſq; annis in ſpecu anguſtiſſimo incluſus fuit.Mox autẽ ut ſe in predicti mõtis foramine ꝯtulit:ex eadem petra aque ſtilla ꝓrupit : que ſibi & in uſu quotidiano ſufficeret:& nec pluſ adeſſet:nec neceſſitati deeſſet. Quod antiquus hoſtis: ut eum ex antro illic depelleret:amica ei beſtia ſerpens ingreſſus cepit in ſpelunca inueniri ſolus cum ſolo:ecq; orante ſe ante illum ſternere : & cum cubante pꝛiter cubare.S3 uir dei omnino ipterritus eius ori manum uel pede3 extendebat: ſed ip̃m tamen ſerpens percutere non audebat. Et cum hoc quotidie per trienniũ ageretur:die quadam inimicus eius fortitudine uictus ſe per deuexum montis latus in precipiciũ dedit: oiaq; loci arbuſta flãma ex ſe prodeũte ꝯcremauit: ut p hoc cõſtaret quis fuerat q ab eo uictus abſcedebat.¶ Hic ſanctus uir prio icluſiõis ſue tẽpore decreuit: ut ultra mulierẽ nõ uideret:ne ex cõtẽplatõ ſpe tẽtationẽ icurreret.Quod quedã mulier audiẽs audacter ad ſpecũ ei⁹ aſcẽdit:ut eius ꝓpoſitũ frãgeret.At ille paulo lõgius ituẽs & m̃lebria ueſtimẽta ꝯſpiciẽs: i terrã faciẽ depreſſit:& eo uſq; i orationem ꝓſtratus iacuit:quouſq; ipudẽs mulier inde fatigata diſceſſit.Que die eodẽ mox ut de mõte deſcendit uitã finiuit:eo ꝙ uiꝝ dei auſu iprobo cõtriſtauit.¶Cum autẽ ad eum multi ex deuotione ꝯcurrerent:& ſemita que ad eius ducebat cellulã artiſſima foret: puer puul⁹ icaute gradiẽs ex monte cecidit: & uſq; ad uallẽ i profũdiſſimo ſitã ruit.Perturbati oẽs querere ceperũt ſicubi corp⁹ lapſi pueri potuiſſet inueniri.Qui tandem in ualle inuẽtus eſt non ſolum uiuus:ſed etiam membris omnibus illeſus.Sicq; omnibus innotuit:ꝙ hunc in caſu ſuo martini oratio portauit.¶In ſpecu uero illius magna deſuper rupes eminebat : que martini celle prominens:caſu ſuo imminente: illius interitum minabatur. Ad hunc maſcator nepos illuſtris uiri armentarii ueniens cum multis ruſticis orabat: ut uir dei de ſpecu exiret: donec ipſe ruituram

rupem de monte euelleret. Quod uir dei fa cere non acquieuit: ſed illi qđ poſſet: ut face ret: precepit: itaq; dum illoꝝ multitudo co naretur ſine piculo ſancti uiri illud ingens ſaxum leuare: repente cunctis uidentib⁹ mo les ipſa e laborantib⁹ euulſa: ne ſpecu mar tini tangeret ſaltū dedit: & quaſi ſerui dei le ſionem fugiens longius cecidit. Quod ange lico miniſterio actū fuiſſe unuſquiſq; cogno uit. ¶ Hic dum prius in eodem monte ſe cō tulit: catena ferrea ſibi pedeȝ ligauit: eamq; ſaxo ex altera parte affixit: ne ultra ei ꝑgre di liceret: q̄ catene longitudo tendebatur. Quod beatus benedictus audiens: eidem di cendo miſit: ut ſi ſeruus eſſet dei: non eum te neret catena ferri: ſed catena xpi. Ad quam uocem martinus ꝯpedem ſoluit: ſed tamen nunq̄ ultra q̄ catena extendebatur pedē mo uit. Qui poſtmodū ibidem incluſus diſcipu los congregauit: qui ab eius ſpecu ſeorſum habitantes aquam ex puteo hauriebant: ſed funis in quo ſitula pendebat ſepius frange batur: unde factū eſt. ut catenā quam ex pe de ſuo uir dei ſoluerat: funi ſitule alligarēt: ex quo iam tempore contigit: ut funis quoti die tingeret: & nullatenus ex tactu catene il lius de cetero rumperet. Quieuit autem in pace uir dn̄i. 9. calē. nouembris. Hec grego rius. 3. dialogoꝝ capit. 16.

¶ De ſancto maioro epo. CIII

Maiorus eps apud inſulaȝ ſargiā britānie claruit. Hic ex eadem ꝑ uincia ortus: genere nobilis: ſo cius ſancti ſampſonis: eidem in dolenſi archiepātu ſucceſſit: in quo dum uerbis & exemplis populum dn̄i laudabiliter paſceret: ab angelo in ſomnis monitus: epātui ceſſit: & buducum ſibi ſub ſtituens eremum petiit: & ſolitariam uitam annis plurib⁹ duxit: deinde plurium mona chorum pater effect⁹ eſt. ¶ Qui comitē quē dam ditiſſimum: qui ſeptennio leproſus fue rat: contactu ſuo a lepra mundauit. Comes autem pro gratiarum actione medietatem unius ſue poſſeſſiōis uiri dei monaſterio cō ceſſit. Sed cum dicta poſſeſſio auibus & pi ſcibus abundaret: mox aues omēs & piſces ſimiſſa medietate: quam ſibi comes retinue rat: ad aliam uiri dei medietatem tranſierūt. Quod cernens comes ad ſuaſum uxoris: me dietatem cenobio conceſſam cum ſua ſibi re tenta cōmutauit. Iterūq; piſces & uolucres ad medietatem ſancti commutatam ſe tran ſtulerunt. Quapropter comes poſſeſſionem integram monaſterio largitus eſt. ¶ Famu lum quendam ſuum: qui dum piſcaretur: in mare cadens necatus fuerat: oratione ſua a mortuis ſuſcitauit: & ab undis ad littus in uolumen eiectum reduxit. ¶ Cum fames ua lida omnem britāniam occuparet: & ipſe ex pietate omnem populum ad ſe uenientem re ficeret. Iamq; ex tali largitiōe uictualia mo naſterio deficerent: pueri quidam ex mona chis meridie ad littus maris accedētes: lecti ones ſuas repetituri: nauem antiquam in lit tore ex uetuſtate derelictam: pueriliter in trauerunt: quam ſubito mare cōcreſcens ra puit: & ſine remo uel remige alioq; admini culo quoq; una cum pueris ſaluis ad oppo ſitam inſule ripam ſubito deuexit: maioro pueris apparēte: & nauem tenui baculo gu bernante. Ad quod ſpectaculum rex prouin cie cum omni populo occurrens: & a pue ris qui eſſent: aut quomodo aduenifſent au diens: nauem uictualibus & diuitiis refertā remiſit: quam ſimiliter uirtus diuina: ut pri us ad proprium locum reduxit. ¶ Cuȝ nor mani totam inſulam deuaſtarent: & popul⁹ inermis ad ſanctum confugiſſet: ille baculo rupem percuſſit: & in manuales lapillos di uiſit: quibus populus hoſtes in ſe irruentes oppreſſit: eoſq; i mari fugatos ſe precipites dare compulit. ¶ Hic uirgo perpetuo per manens: pane hordeaceo ſolo contentus: fe ria quarta & ſexta nullum capiebat cibum: & ſemper ferebat cilicium. Cui ī uigilia pa ſche oranti: ter angelus apparuit: eiq; obit⁹ ſui diē ꝑnunciauit: de cuius manibus ſanct⁹ uir euchariſtiam tertia uice uiſibiliter ſum pſit: & . 9. calē. nouēbr̄. ut audierat: ad chri ſtum migrauit.

¶ De ſancto maioro martyre. CIIII

Maiorus martyr ſeruus geneſoſi & nobilis uiri tyburtine ciuita tis paſſus eſt perſecutione uan dalica ſub hunerico rege: qui primo fuſtibus quaſi innumera bilibus ceſus: trocheis frequentibus eleua tus: aliquando ictu celeri dimiſſus ſuper la pides & ſilices corruebat: ſed & pluries pla gas lapidibus confricatus: dum iam uiſcera pelle nudata eēnt: & ipſe ad ſingula conſtan tior appareret: nouiſſime gladio ceſus eſt: & apud eandē urbē ſepultus.

¶ De ſanctis chryſantho & daria martyri bus. CV

Chryſanthus & daria uirgo & martyres ambo rome paſſi ſunt ſub imperatore numeriano: qui chryſanthus alexandria ortus: cū patre polemio illuſtriſſimo romam ueniēs ab eodē liberalib⁹ ſtudiis tra ditus: cū eēt ardētiſſimi ingenii oib⁹ ſciētiis mundanis erudit⁹ ē. Et dum uniuerſa libro rum uolumina ex curioſitate diſcuteret: & ad libros xpiane fidei peruieniſſet: cepit que rere: qs ei diuinas litteras exponere poſſet. Tandem a quodā chriſtiano ſecretiſſime ad

carpophorũ preſbyterũ adductus ẽ:qui pͬ ſecutionis atrocitate ſeuiente:i ſpecu montis occultatus : uix poterat a paucis fidelibus uiſitari. A quo chryſanthus diuinis litteris imbuitur:& conuerſus ad xp̄m: ſacro ſonte perfũditur:& catholica fide diligenter iſtructus:poſt.vii.dies baptiſmati ſui xp̄m dñm uoce publica ꝯfitetur : & deos deaſq; romãi populi demones eſſe proteſtatur.Quod audiens pater eius nunciantibus propinquis : cum ab imperatore plurimum honoratus eſſet:& dignitate3 amittere formidaret:fecit filium in tenebroſo carcere recludi: & cibo puiſſimo ſubſtentari.Quod uir dei ad exercitium potiuſq̃ ad ſupplicium ſibi dicebat i ferri.Sed quidam ex attinentibus patri conſuluit:ut ſi filium ab hac ſuperſtitione uolebat eripere : elegantiſſime puelle coniugio traderet:ut dum diceret eſſe maritus:obliuiſceretur eſſe xp̄ianus : eo ꝙ afflictiones illatas:xp̄iani ſibi ad gloria3 reputabãt.¶Tũc polemius triclinium ſericis ueſtibus ſtratũ preparauit: & chryſanthum precioſis ueſtibus induit:&.v.puellaſ ſpecioſas & ornatas ex ancillis ſuis eidem aſſociauit.Iubens quotidiana conuiuia affluentibus dapibus exhiberi:filiumq; ſuum blanditiis & amplexibꝰ puellarum ſeduci.Qui dum oraſſet ad dñ3: ne a fera.ſ.carnali concupiſcentia ſuperaretur:cõtinuo predicte puelle ſõno oppreſſe: nec cibum nec potum ſumere poterant : ſed educte exterius ſtatim euigilabant. Iterũq; in triclinïu3 introducte graui ſopore dormitabãt.Cum autem polemius ex hoc ad mortem doleret:& amici eius hec omĩa magie iputarent:eidemq; conſulerent: ut eruditam aliquam iuuenculam ſpecioſam ad eũ introduceret:quam ille incantationibus xp̄ianoꝝ minime ſuperare poſſet. Daria uirgo prudẽtiſſima & eloquentiſſima :ac ſup omnes ſpecioſa: dee ueſte dicata eligitur : & ornatiſſimis ueſtibus induta a patre rogatur : ut ad iuuenem ingrediẽs:eũ diis & patri reſtituat ſibiq; maritu3 acquirat. Que gẽmis & auro radians ad chryſanthum ingreditur: tantaq; eum elegantia ſermonis alloquitur:ut ſi eẽt ferro durior:plumbo mollior redderetur. Dum autem eam chryſanthus de pompa ueſtium argueret reſpondit:ſe non propter põpã:ſed ut cum diis & patri lucriſaceret : ſic indutam. Cum iterum chryſanthus eam reprehenderet: quomodo pro diis idola coleret:que nec ſe nec alios cuſtodire poſſent:& que uinculis ferreis & plũbo coartata eẽnt reſpondit. Daria ꝙ he imagines ꝓpter uulgus ignobile formabanẗ :marmore & metallo:ut quos cultor mẽte & ſacrificiis colit:effigiata imagie oculis perſpicere poſſit. Tũc chryſanthus cepit perſcrutari:qui eſſent dii quorum imagines colebantur.Et cum ſaturnum comprobaſſet filiorum interfectorem. Iouem adulterum & inceſtuoſum & homicidiorum patratorem.Mercurium incantatorem.Hercule3 ſui ipſiꝰ occiſorem:ceteroſq; deos flagicioſos & eorum quemlibet malorum omnium in ceſtorem : & perconſequẽs tales deos miſerrimos: nec coli deberẽt:nec deos dici:credidit daria ab eodem conuerſa amboq; ſancti ſpũs copula uniti carnale matrimonium ſimulabant.Fecitq; chryſanthus occulte in domo ſua dariam baptizari.Que intra paucos dies ſacris imbuta litteris:una cum uiro uirginitatis perpetue uotum emiſit.Et tam per chryſanthum multitudo uirorum: q̃ per dariam multitudo conuertebaẗ feminarum. ¶Quapropter excitata in urbe ſeditiõe: chryſanthus a prefecto celerino cõprehenditur:& ſacrificare iubetur.Sed cum hoc recuſaret:tribũo claudio a prefecto traditur: ut diuerſis ſuppliciis imolare cogaẗ. Quem claudius dedit in cuſtodiam militibꝰ ſeptuaginta.Qui neruiſ crudis eum cõſtringunt:ut ſenſim ſe ſiccantibus neruis ac oſſa eius uix pertingerent ligamenta. Sed ſtatim reſolutis neruis: iteru3 fortioribus nodis uicitur : ſed uincula continuo dirumpuntur. Deinde ab eiſdem pedibus in cippo mittiẗ: ſed repente ligno putrefacto cippꝰ in puluerem uertitur.Que cum milites magicis artibus aſcriberent:lotio chryſanthum perfundere ceperunt: ut ab eo incantationes diluerent : ſed aqua mox putentiſſima in roſeum odorem conuerſa eſt.Deinde uitulum excoriauerunt:& corio illum nudum cinxerunt: & in ſole per horas plurimas poſuerunt:ſed corium nullam calefactionem ſentiens:in eadem uiriditate permãſit.¶Iteꝝ catenis ferreis uincitur:& in carcerem obſcuriſſimum mittitur.Sed lux ei nimia diuinitus eſt infuſa:& uincula ſunt reſoluta.Que cu3 milites claudio nunciaſſent : iuſſit ſanctum ad ſe adduci & nodoſis fuſtibꝰ cedi: ſed fuſtes in manibꝰ tenentium ſolidi quaſi ferrei erant: cũ uero percuterent : quaſi plume molles fiebant. Quod uidẽs claudius cum uxore hilaria & filiis iaſone & mauro ac prefatiſ ſeptuaginta militibus crediderũt:& baptizati omnes coronam martyrii perceperunt: De quibus ſupra in eorum paſſione dictum eſt calen. decembris . ¶ Audiens hec imperator numerianus chryſanthũ in carcere tuliano obſcuriſſimo & fetidiſſimo iuſſit recludi. Dariam uero ad publicum meretricum locum adduci.Sed ꝯtinuo diuia miſericordia chryſãtho lux diuia:& odoramẽta ſancta ꝑſtãẗ.Darie uero leo de cauea ãphitheatri fugiẽs cuſtos eius uirginitatis dirigiẗ. Qui ingreſſus cellã:ubi uirgo orans proſtrata iacebat:iuxta

eam ſe poſuit:ut quaſi ſecum uidereť orare
Mittitur quidam nefandus: ut uirginem cor
rumpat:ſed a leone captus in terram deiici/
tur:qui ſine leſione eum tenens : ad ſanctam
uultu ɔuertit :& quaſi innuens : quid de ca/
ptiuo fieri iubeat:ſciſcitatur. Que precepit
ne ipm in nullo lederet:ſed ad ſe audiendam
uenire pmitteret.Leo igit eum relinqués in
hoſtio cellule ſe poſuit:ut nec ille poſſet ex
ire:nec alius introire. Vir auté ille uiſo diui
no miraculo:& auditis ſermonib' uirginis:
conuerſus eſt ad xp̄m:& per urbem diſcur/
rens:deũ chriſtianoꝝ ueꝝ omniũ creatoreʒ
proclamabat. Mittunť uenatores:ut leonem
capiant:ſed omnes a leone capiuntur:& ſine
leſione ante pedes darie deponunť : & ab ea
conuertunť. Tunc prefectus in celle introi/
tu copioſum igné iuſſit accendi:ut leo cũ da
ria comburanť.Quod leo timens:rugire ce
pit:ſed eũ uirgo domini ɔfortauit: quia nec
incẽdio cremareť :neq; ab alio capereť :neq;
occideretur:ſed morte ſua morereť : iubés
ut ſecurus per igné egredereť :quia ille euʒ
liberaret:qué leo in ſe honoraſſet.Tunc leo
inclinato capite per medium ignis illeſus e/
grediť :& p turbas diſcurrens neminé leſit:
nec ullus eũ exinde unq̃ cepit. ¶Que omĩa
dũ impator audiſſet:iuſſit celerino p̄fecto:
ut aut chryſanthũ & dariam ſacrificare cõ/
pelleret: aut diuerſis penis afficeret:qui ſa/
crificare nolenté chryſanthũ iuſſit equuleo
ſuſpendi:& ardentes ei lampades applicari.
Sed ɔtinuo ligna oĩa equulei ɔminuũť :uin/
cula rupta diſſoluũť :& lãpades extinguũť
Quicũq; uero manũ ad dariã mittebãt: eoꝝ
neruí brachioꝝ ſtupebãt:quod dũ impator
a p̄fecto didiciſſet:& hec oĩa magicis artib'.
aſcriberet:iuſſit eos in uiá ſalariá deduci:&
in harenario utroſq; deponi : & uiuos terra
& lapidib' obrui. Sicq; inuiolati ɔiuges i ſo
uea q̃ſi in uno lecto deponunť : & magis ſe/
pulturá q̃ pená excipiétes in xp̄i laudib' p̄ſi
ſtétes:terra ac lapidib' obruunť .Sicq; xp̄o
martyres ɔſecranť :& in eodé loco uſq; in p̄
ſens digna celebratióe uenerantur: paſſi ſũt
auté .8.calen.nouembris.

¶De ſanctis criſpino & criſpiniano marty/
ribus. CVI

CRiſpinus & criſpinianus marty/
res fratres : paſſi ſunt in ciuitate
ſueſionéſi ſub maximiano impa
tore agente rictiouaro p̄ſide.Hi
cũ btõ quintino martyre & aliis
pluribus ex urbe roma egreſſi: ſueſionũ ue
nerunt: & ibidem peregrini habitare cepe/
runt:ibiq; artem ɔſutoriam calceoꝝ adiſcé/
tes:de labore manuuʒ uictũ ſibi querebãt.
Ad quos ꝓpter eoꝝ arté multi gentiliũ ue/
nientes:ab eis conuertebanť. Deniq; rictio/
uaro p̄ſide detenti: inuenti ſunt calciamenta
paupeꝝ reſartientes : qui dum xp̄m confite
rentur:iuſſit eos p̄ſes extendi:& fuſtibus ce
di:deinde ſudes in eoꝝ ungulis mitti: & cor
rigias ſingulas de dorſis eorum tolli . Sed
orantibus ſanctis:ſudes de manibus eorum
exilierunt:& miniſtros percutiétes: quoſdã
eorum occiderunt:quoſdam uero excecaue
runt. ¶Inde mandauit preſes:ut ligatis mo
lis ad colla eorum tempore hyemis in flumi
ne axona uelut ſub glacie mergerentur: ſed
eos nec aqua mergere:nec petre deprimere
nec frigus conſtringere potuerunt: quin ꝓ/
iecto onere ad ripam aliam fluminis deuene
runt. Poſtmodum in plumbo liquefacto de
iecti:illeſi permanſerunt. Verum cum gut/
ta plumbi in oculos preſidis inſiliens ipſum
excecaſſet . Sanctos martyres in picem & o/
leum & adipeʒ ſimul bulliétia iactari fecit.
Quos orantes angelus domini ab igne ille/
ſos eduxit . Vnde rictiouarus iratus ſe in i/
gne precipitauit:& iuſto dei iudicio ſe cre/
mauit. Maximianus autem audita morte p̄/
ſidis:die ſequéti ſanctos gladio puniri man/
dauit:qui decollati ſunt octauo calédas no/
uembris:quorum corpora beſtiis & auibus
deuoranda relicta:diuina prouidentia per/
manſerunt intacta. Senex auté quidam cum
germana ſua uetula ab angelo monitus:cor
pora inde tulerunt. Venienteſq; ad fluuium
axonam in nauicula diuinitus ibidem pre/
parata ea poſuerunt:& contra ictum flumi/
nis ſine remo uel remige deo duce ad locuʒ
ſibi oſtéſum peruenerunt:& ſanctorum cor
pora ſine ullo pondere portantes:ita ut ma/
gis ipſi a corporibus portare uiderentur:
in quodam eorum tugurio ſecreto ſepeli/
erunt : ubi p̄ſecutione ceſſante honor eis a
a xp̄ianis ɔdebitus impéſus é:& baſilica eo/
rum nominibus fabricata.

¶De ſcis q̃dragintaſex martyrib'. CVII

QVadragintaſex milites rome paſ/
ſi ſunt ſub claudio imperatore:
qui audientes:ꝙ tryphonia regi
na quondam uxor decii ad chri/
ſtum cum filia cyrilla conuerſa
eſſet:ut dictum eſt ſupra in legenda ſancte
tryphonie decimoquinto calẽdas nouẽbris
Venerunt ad iuſtinum p̄ſbyterum: & ab eo
baptiſmi gratiam petierunt:qui clerum ro/
manum congregauit: ut ordinarent epiſco/
pum urbis rome in locum ſancti ſixti ponti
ficis martyrizati:qui omnes dionyſium pa/
pam elegerunt:ipſumq; per manus maximi
epiſcopi oſtiéſis conſecrari fecerunt . Con/
ſecratus auté dionyſius baptizauit p̄dictos
milites quadragintaſex a iuſtino preſbyte/
ro ſibi oblatos. Audiens hoc claudius : iuſ/
ſit teneri milites & uirginé cyrillam olim

decii filiam.Et congregato exercitu armato in palatio ſaluſtii mandauit.xlvi.milites ſi/bi preſentari. Quos xp̄m ꝯfitentes precepit foras muros porte ſalarie duci:& in ciuita/te ſiglina oēs capite cedi.Quoꝝ corpora iuſtinus & ioānes preſbyteri noctu rapuerūt: & in uia ſalaria iuxta cluuiū cucumeris cū aliis.121.mr̄ib⁹ ſepelierūt.viii.cal. nouem/bris.Inter hos autem fuerūt quattuor milites xp̄i precipui.ſ.✠ thedoſius: ✠ lucius: ✠marcus:& ✠ petrus.

¶De ſcō minyate martyre. CVIII.

Minyas mr̄ paſſus eſt ſub pſecutione decii ceſaris apud florentinaȝ ciuitatē. Ad quā dū decius pue/niſſet:minyatē tentuȝ:& ſibi preſentatum:ac ſacrificare nolentē: leopardo ferociſſimo ſubiici fecit:ſed oran/te ſcō fera extincta ē.Deinde ip̄m nudū oleoq; punctum i fornacem ardentē mitti iuſſit. Angelus autē dn̄i ut olim cū trib⁹ pueris cū eo deſcendit:& flāmā extinxit:& ſcūs illeſus omnino pmanſit. Tunc decius leonē ei adhiberi precepit:ſed ſigno crucis edito leo interiit. Deinde mandauit eū in equuleo leuari: & diutius torqueri: & poſtmodū ide depo/ni:ſudeſq; ligneas acutas ſub ungulis manuum ipſius affigi.Qui ab angelo cōfortatus: omnia ſupplicia patiētiſſime tolerauit.Poſt hec iuſſit decius plūbum liquefactū ei⁹ au/ribus iſtillari.Cui tn̄ ipe xp̄s in iuuenis ſpe/cie cādida ueſte:ut ſol facie fulgens appuit: eumq; ꝯſolatus ad tolerātiam ꝯſtantius aia/uit.Inde mandauit ceſar aures illius ferro pforari: ſed apparēte iteꝝ ei angelo quidā ex miniſtris eum uidēs ꝯuerſus eſt.Demum decius minyateȝ ad tēplū martis adduci fecit: & eidem auri & argenti ac gēmaꝝ q̄titatem non modicā obtulit:ſi ſacrificare uellet: eo ꝙ ip̄m antiqua amicitia plurimū dilexiſſet. Dum autē oīo imolare recuſaret. Iubente ceſare decollatus ē.viii.cal.nouēbris.Et ſe/pultus ē a xp̄ianis in ciuitate florentia.¶ Sāctus phridianus ep̄s florētin⁹ eccleſiā minyatis mr̄is trans flumē arni poſitā ſepi⁹ uiſita/bat. Cum autē die quadā inundatiōe nimia flumē naui trāſiri non poſſet:& naute quidā ultra flumē exiſterent:ſcūſq; ep̄s tranſire curaret:nauteq; illi periculo poſtpoſito: beati mr̄is ꝯfiſi meritis ad ep̄m trāſuadandū ueni/re diſponerent:ſubito ſe citra flumē inuenerunt:& ep̄m trāſportātes ſine piculo fluuiū tranſierunt.Tūc ſcūs ep̄s eiſdem p ſpiritum nunciauit: ciuibus illis hoc a deo ſcūm mi/nyatem obtinuiſſe:ut nemo in aqua illi⁹ flu/minis necari poſſet. Quod uſq; hodie ita extitiſſe refertur:ubi poſtmodum eccleſia i honore ſci phridiani epiſcopi fabricata eſt.

¶De ſcō phrontone epiſcopo. CIX.

Phrōnto ep̄s apud petragoriceñ. ciuitatem claruit. Qui ex eadeȝ urbe oriundus: a iuuentute deo deuotus.Rome a btō petro baptizatus: & ep̄s ordinatus:ad eandem ciuitatē cū gregorio p̄ſbytero ad predicandum miſſus ē:ueꝝ poſt dies tres itineris mortuo gregorio:phrōto ad petꝝ rediit:acceptoq; ipſius baculo ſuper corpus defuncti illuȝ poſuit: & ſociū excitatū de morte recepit.Sicut de hoc ſupra dictū eſt i paſſiōe petri apoſtoli.3.cal.iulii: ueniēs āt phrōto ad ciuitatem petragoricā:uerbo &exēplo multos ad xp̄i fidē ꝯuertit:&.70. monachos ibidem ad ſuiendum dn̄o ꝯgregauit. Sed a prefecto ciuitatis ſquirio noīe:pſecutionem paſſus ē:quia quos iſte baptizabat:ille decollabat:unde ip̄e ſumptis ſeminib⁹ olerum:mo/nachos ſuos aſſumpſit: & eremū deſtitiſſimā petiit:ueniēs autē ad locū ſuper fluuiū dor/donē:draconem ingentem & ſerpentū multitudinē ibidē habitantē: xp̄i uirtute fugauit. Ibiq; cum ſrib⁹ deo ſeruire cepit & oleꝝ ſe/mina ſeminauit. Deficientib⁹ uero eis cibis: angel⁹dn̄i ſquirio preſidi p noctē apparuit: & ei diuinā ultionem ꝯminat: niſi ſcis uiris ſubueniat peuntib⁹ fame. Ille uero territus amicos ꝯſulit:ſed quo ſci dei abiſſent: peni/tus inuenire non ualuit.Poſt dies tres nocte iteꝝ angelo eidem appēte plagis pcuſſus ē. Qui amicis iteꝝ conſultis.70.cameloſ cibis mōachoꝝ onerat: & deo phrōtonis eos ꝯmēdat. Qui duce dn̄o ad eremuȝ ſci uiri recto itinere puenerūt. Scūs aūt ep̄s onerū medie/tatem depoſuit:& cū reliquo camelos remi/ſit. Qui eadem uia qua uenerāt reuerſi ſunt ad dn̄m ſuum.Quod cernēs preſes i xp̄o credidit: & phrontonem in ueſtigatū adiit: atq; gregorius ab eo uocatus ſacrum baptiſma ſuſcepit:eidemq; in eremo de cetero miſtra/uit.Scūs autē uir poſt multos labores in pace quieuit.viii.cal.nouembris.Sepultus petragorice uirtutib⁹ clarens.

¶De ſcō demetrio martyre. CX.

Demetrius mr̄ apud theſſalonicaȝ ciuitatem paſſus ē ſub maximia/no impatore. Hic a ſua iuuētute xp̄ianus & deo ſuiēs nobilis fuit ciuis ipſius theſalonice ciuitatis & miles ſtrenuus. Qui tamē xp̄m dn̄m predicabat: & multos ad fidē ꝯuertebat.Ingreſ/ſus autē imperator theſſalonicam:audiēs de demetrio ip̄m ꝯprehēdi fecit & in carcerem mitti.Erat autem cū imperatore gigas fortiſſimus & aſpectu terribilis noīe libeus. Qui de mandato auguſti cū xp̄ianis dimicās:eos brachiis ad ſe ꝯſtringens ad terrā allidebat: ſtatimq; ſp̄m exhalabāt. Multi etiam alii ab imperatore diuerſis penis affligebant.Cum

auté demetrius eēt in carcere poſitus: ſcor/
pioné iuxta pedes ſuos cauda eum pcutere
ſatageré uidit : qué edito crucis ſignaculo
ſtatim extinxit. Cui oranti ꝯfeſtim angelus
appuit:atq; in xp̄o ꝯfortans:coronam capiti
ei⁹impoſuit. Veꝝ dū imꝑator cogitaret de/
metrium cū libeo expiri. Neſtor quidā xp̄i/
anus ſe nocte ſcō demetrio obtulit dicés: ꝙ
certamen hoc aſſumere deliberaſſet:rogans
ut ſanct⁹martyr ꝑ ſe dn̄m exoraret. Qui ab
eo ꝯfortat⁹: die ſequēti ip̄atori ſe p̄ſentauit:
ſeq; xpianū aſſeruit:offerens ſe cū libeo di/
micare:& ꝑ demetrio certamen aſſumere.
¶Dum aūt imꝑator illum p̄cib⁹ retrahere
nō poſſet:uictori munera ꝓmiſit. Neſtor igi
tur duellū igreſſus:libeū ad terrā ꝓſtrauit:
& ꝓſtratū occidit. Imꝑator auté hoc uidés:
& gigāté xp̄ianoꝝ ultorem amiſiſſe dolens
ꝯtra ei⁹ ſponſioné ✝ neſtorem a militia ſol/
uit:& de ciuitate eiecit:demetriū quoq;:qui
eius interfectióis cā fuerat: iuſſit in carcere
occidi. Milites aūt ad carcerem uenerunt:&
gladium in eius pectore demerſerūt. Sicq;
orans cū palma migrauit ad dn̄m. Cui⁹ cor
pus a xp̄ianis occultatū eſt ꝓpter timorem
paganoꝝ. In quo loco de⁹mirabilia opaba/
tur:ubi cunctoꝝ egritudines ſanabant̄. Sed
proceſſu téporis a leótio xp̄iano de illyrico
ueniente ad prefecturam theſſalonice ciuita
tis corp⁹ſci martyris leuatū eſt:& digno ho
nore ꝯditum:eccleſia eius nomini mire ma/
gnitudinis fabricata: ubi & quieſcit miracu
lis pollens. Paſſus eſt aūt ſm̄ uſuardum.7.
calé.nouébr̄.ſm̄ adoné.8.id⁹octobris.

¶De ſcō euariſto papa & martyre. CXI

Euariſtus papa & martyr natióe
grecus ex p̄re iudeo nomie iuda
de ciuitate bethleé: anacleto pō
tifici in ep̄atu romano ſucceſſit:
& ſedit annos.10.menſes.7.dies
duos. Hic titulos in urbe roma p̄ſb̄ris diui/
ſit. Hic ꝯſtituit:ut.7.diaconi eént in urbe:q
cuſtodirét papā p̄dicanté: ꝓpter ſtylum er/
roris:qui poſſet iponi ep̄o ab emulis: & ſic
a maliuolis infamaret̄:& uerbo diuino ab i/
ſidiantibus detraheret̄:qui etiá ſemp parati
eént ad obſequiū p̄bendū in miſſaꝝ ſolénijs.
Conſtituit etiā:ut ꝯiugium a parétib⁹publi
ce fiat:& ſponſe ſoléniter a uiris ſponſentur:
& tradant̄ nuptui:& demum a ſacerdotibus
benedicant̄: qui etiá ſub pſecutione traiani
martyrio coronat⁹ eſt: & ſepultus eſt iuxta
corpus beati petri apoſtoli in uaticano.7.
calen.nouembris. Hic fecit ordinatióes tres
per menſem decembriū p̄ſbyteros.7.diaco/
nes duos:ep̄os ꝑ diuerſa loca numero qnq;
Et ceſſauit ep̄atus dies.28.

¶De ſanctis rogatiano & feliciſſimo mar/
tyribus. CXII

Rogatianus p̄ſbr̄: & feliciſſimus
martyres apud aphricá ſub de/
cij & ualeriani perſecutiōe paſſi
ſunt:& illuſtri martyrio corona
ti. De qbus beatus cyprianus in
epiſtola ad ꝯfeſſores rogatiano iuniori men
tioné facit:eos magnifice commédans. Paſſi
ſunt aūt.7.calē.nouēbris. Hec ado.

¶De ſcō frumētio ep̄o. CXIII

Frumentius ep̄s apud indiam cla
ruit tēpore cōſtantii imꝑatoris.
Fuerunt auté duo pueri romani
xp̄iani.ſ.frumenti⁹ & hedyſi⁹tpe
ꝯſtantini magni auguſti: q dum
ab annis puerilibus eēnt xp̄iani: cum metro
pio quodā p̄ſbytero eoꝝ magiſtro:interna i/
die ſupioris locoꝝ orbis pſcrutandi gr̄a pe/
netrarunt: ubi nunq̄ adhuc xp̄i fuerat euan/
gelium p̄dicatum:qui a dicto p̄ſb̄ro l̄ris im
buebant̄. Romanis uero tūc tp̄is pacis fede/
ra indis uiolantib⁹: cūcti qui de latinoꝝ po
pulo p totam indiā reperti ſunt:capti & tru
cidati fuerunt. Inter quos p̄fati pueri ſub ar
bore lectiones ſuas repetētes:a barbaris cō
prehenſi:uita illis remiſſa qa pueri: & regi
indoꝝ ſūt p̄ntati. Quoꝝ alter rex.ſ.hedyſiū
ſibi pincernā fecit:frumētio uero rōnes ſuas
& ſcrinia ꝯceſſit. Cū aūt rex ad morté inſta/
ret:filio puulo regnū:pueris uero p̄fatis li/
bertaté reliqt. Quo mortuo:ad p̄ces regine
cū filio puulo:donec adoleſceret: pmāſerūt
Frumētius igit̄ noie puuli regnū guberna/
bat:unde occaſiōe accepta:xp̄ianos i uniuer
ſo regno ꝯuocauit:& eccleſias edificandi li/
bertaté ꝯceſſit:xpmq; publice annuncians:
multos de populo ad fidē xp̄i ꝯuertit. ¶Sā
ctus uero ✝ hedyſi⁹ad tyꝝ italie ciuitaté ꝑ
uiſendis parentib⁹abiit. Frumētius aūt ꝓpe/
rans alexandriā uenit:& athanaſiū tūc ipſi⁹
urbis ep̄m rogauit:ut nouellis xp̄ianis ep̄m
delegaret. Athanaſi⁹ aūt frumentiū eundem
ep̄m ꝯſecrauit:& cū auctoritate plena ponti
ficii ad indos remiſit. Qui p̄dicatióis officiū
in ipſa ꝓuincia fideliter adminiſtrās: & mul
tis ſignoꝝ & miraculoꝝ uirtutib⁹coruſcās:
pene oēs ſupioris idie gétes ad xp̄z adduxit:
plenuſq; ſcitate in pace qeuit.6.calé.noué/
bris. Glorioſe ſepultus in regia ciuitate.

¶De ſáctis uincentio ſabina & chriſtina uir
ginibus & martyrib⁹. CXIIII

Vincentius martyr ſabina & chri/
ſtina uirgines paſſi ſunt in hiſpa
nia ciuitate abella ſub p̄ſide daci
ano. Qui primo in equuleo adeo
ſunt extéti: ut oés ꝯpages mem/
broꝝ eoꝝ ſoluerét̄. Deinde capita eoꝝ lapi
dib⁹ſuppoſita uſq; ad excuſſioné cerebri ua
lidiſſimis uectib⁹ſūt ꝯtuſa:atq; ita eoꝝ mar
tyriū ꝯpleuerūt.6.cal.noueb. ut dicit ado.

¶ De ſcis ſimone & iuda apoſtolis. CXV

Claudius: nicoſtratꝰ: ſymphorianus: caſtorius atq; ſimpliciꝰ martyres paſſi ſunt apud pãnoniam ſub diocletiano ipatore: agente lampadio tribuno. Nam cũ ideȝ impator pãnoniã prexiſſet: ut diuerſa metalla ad edificia in ſui p̄ñtia de montibus abſcidi faceret: omneſq; artifices artis quadratarie congregaſſet. Inuenit inter eos pitiſſimos v. oparios pdictos. Quoꝝ quattuor primi ſcilicet: claudiꝰ: nicoſtratꝰ: caſtorius: & ſymphorianus occulte xpiani erãt. Simpliciꝰ uero adhuc idola adorabat: prefati aũt q̃ttuor quicqd artis opabant: in noie dñi ieſu xpi ſculpebant omniaq; ſibi in arte ſuccedebãt. Cũ aũt die q̃daȝ oẽs artifices nũero. 622. cũ 5. philoſophis ad uenas lapidis excidẽdas in unum ꝯueniſſent: & mira inter illos ꝯtentio eẽt: nec uenas excidẽdas repire poſſet. Symphorianus qui pdictoꝝ quattuor alioꝝ magiſter erat: iuocato xpi nomine ſecretius textum lapidis repit: & ꝑm auguſti preceptum ſculpturã pfecit. Colũnas quoq; plurimas & capitella ex porphyretico lapide ĩpatori exciderũt: & concas cum ſigillis ex diuerſis marmoribꝰ elegãtius fabricarũt. Sed cũ ferramẽta ſimplicii adhuc gentilis ſepiꝰ frãgerentur. Interrogauit ſymphorianũ quare ceteroꝝ q̃ttuor lapicidaꝝ ferramẽtis pmanẽtibus ſolidis ipius ſolũmodo excisoria ex lapidũ fortitudie durare nõ poſſent. Symphorianus uero dixit ei: qualiter omne opꝰ ſuũ in noie xpi icohabãt: & ad uotũ eis oia ſuccedebãt. Predicante itaq; ſymphoriano cũ ſociis: ſimplicius in xpm credidit: & baptiſmi grãm poſtulauit. Qui duxerunt illũ ad quẽdam cyrillũ epm: qui pro xpi noie in carcere dudum detẽtus erat. Eps uero ſimpliciuȝ in fide docuit & ſacri baptis unda pfudit. Reuerſi igit ad opa concas ex porphyretico cauabãt: & colũnas mirabiles faciebãt. ¶Poſt dies aliquot iuſſit diocletianꝰ: ut ſimulacrũ aſclepii exciderent: & multoꝝ aĩalium imagines ſculpendo formarent. Ipſi uero omnia cetera pfecerũt: aſclepii autẽ idolũ minime ſculpſerunt. Imperator uero ab eis queſiuit cur oibus aliis opibꝰ ad eius uoluntatem exciſis: ſolam imaginẽ magni dei nõ pfeciſſent. Tunc quidam ex philoſophis & aliis lapidũ ceſoribus eoꝝ pitie inuidentes accuſauerũt illos imperatori: ꝙ chriſtiãi eẽnt: & ꝙ ſigno crucis premiſſo ac chriſti nomine inuocato omnia pficerent: & iccirco ſimulacrũ aſclepii excidere noluiſſent. Diocletianꝰ aũt qui ꝓpter eoꝝ magiſteriũ ipſos acceptos & charos habebat: diſſimulauit uerba delatorũ: ut illos ſibi ſaluare poſſet: & ad idolũ aſclepii ſculpendum inducere. Et cum eis rurſuȝ mandaret: ut predictum ſimulacrum exciderent. Illiq; imaginẽ miſerrimi hominiſ nunq̃ ſe facturos reſpõdiſſent. Interrogauit auguſtꝰ philoſophos: ſi alii tã piti homies eiuſdẽ artis inueniri poſſent. Tũc philoſophi alios artifices quadratarios elegerunt: qui ſimulacrum aſclepii ex proconeſſo lapide ĩfra mẽſem fabricauerunt: & perfectum diocletiano obtulerunt. Quod uidẽs imperator ſcõs martyres. v. predictos accerſiuit: & an xpiani eẽnt interrogauit. At illi publice confeſſi

ſunt:q̃ ſerui Ieſu xp̃i dñi erant:in cuiꝰ nomis inuocatione omnia ſibi in arte ſua ſm eoruꝫ uolũtatẽ ſuccedebant. Tũc impator tradidit eos lampadio tribuno:ut moderatis uerbis eos induceret:quatenꝰ deo ſoli ſacrificarẽt. Et cũ a philoſophis & operariis multa iſtã/tia accuſarent:recluſit eos lãpadiꝰ in cuſtodia publica. ❡ Die uero ſequenti iuſſit eos ante ſe adduci:& accuſatores eoꝝ aduocari. Auditiſq; partibꝰ nunciauit diocletiano: q̃ xp̃iani eẽnt.& deos adorare recuſarent. Qui mandauit lãpadio: ut ſi deo ſoli ſacrificare nollẽt:ſcorpionibꝰ eos cedi faceret. Poſt di/es uero quinq; lampadius ꝓ tribunali ſedit: & eos ſibi exhiberi ꝑcepit: oĩaq; tormentoꝝ genera illis oſtendit. Sed cũ eos nulla rõne poſſet ad imolandũ inducere:iuſſit illos grauiter ſcorpionibꝰ flagellari. Statimq; tribu/nus arreptꝰ a demonio expirauit. Quod audiens uxor eius & familia cũ mugitu ad philoſophos recurrerunt:ita ut diuulgaret diocletiano:qui iratus ueheméter:iuſſit locu/los plumbeos fieri:& eos uiuos intus recludi:& in flumine iactari. Nicetius uero qdaꝫ ex aſſeſſoribus lampadii:impatoris manda/tum exequẽs:loculos fieri fecit:& ſcõs mar/tyres claudiũ:nicoſtratũ:caſtoriũ: ſymphorianum: & ſimplicium intus recluſos in flu/men ꝑcipitauit. Quod audiens ✠ cyrillus ep̃s:q erat in carcere ex nimia afflictiõe ex/pirauit. Poſt dies uero.42.quidã nicodemꝰ xp̃ianus loculos cũ corporibꝰ occulte leua/uit:& ſcõꝝ reliqas honorabiliter ſepeliuit: qui paſſi ſunt.6.idꝰ nouẽbris.

❡ De ſcis q̃ttuor coronatis mr̃ibꝰ. XXXVII

Quattuor coronati uidelicet ſeuerus: ſeuerianus: carpophorꝰ:& uictorinꝰ rome paſſi ſunt ſub diocletiano impatore:qui cũ eẽnt cornicularii:& ad ſacrificia una cum aliis impatoꝝ officialibus cõpellerent cum oino ꝯſenſum impiis ꝑbere nollent: nũciatum eſt diocletiano. Quos illico iuſſit:ut ante ip̃m plumbataꝝ ictibus tã diu cederentur:donec ſpiritum emitterẽt. Quoꝝ corpora iuſſit in platea canibus iactari: que etiam quinq; diebus ibidẽ iacuerunt illeſa. Sed a melchiade papa & a btõ ſebaſtiano martyre collecta:ſepulta ſunt in uia lauicana miliario ab urbe tertio cum aliis ſanctis in hare/nario. Paſſi ſunt autẽ poſt duos annos a paſ/ſione dictoꝝ quinq; martyꝝ ſupra ꝓxie po/ſitoꝝ eodem.ſ.die:hoc eſt.6. idꝰ nouẽbris. ❡ Hoꝝ nomina cum minime poſſent inueniri:quattuor coronati uocati ſunt. Statutum eſt autẽ a melchiade papa:ut memoria eorũ ſub nominibꝰ alioꝝ quinq; martyꝝ ꝑdictoꝝ & dies aniuerſaria recolatur. Et licet proceſ ſu temporis eorum nomina reperta fuiſſent: uſus tamẽ obtinuit:ut quattuor coronati deinceps uocarentur.

❡ De dedicatione baſilice ſaluatoris. XXXVIII

Dedicatio baſilice ſaluatoris:hoc eſt ſancte eccleſie lateranẽſis ro/me a btõ papa ſilueſtro facta eſt quinto idus nouẽbris. Qui ſcũs epiſcopus ꝯſecrationes altarium & eccleſiarum ſm ritum:quẽ nunc romana tenet eccleſia:primꝰ fieri inſtituit. Fuiſſe tamẽ ab ipſis apoſtoloꝝ tẽporibus loca deo dicata:que a quibuſdã oratoria:a quibuſdam eccleſie appellabant:ubi collecte fierent p unã ſabbati:& in qbꝰ populꝰ xp̃ianꝰ ad audiẽdũ uerbũ dei:& ad pcipiendũ dñici corpis ſacramẽtũ ꝯueniret: & apoſtoloꝝ edocemur epiſtolis: & ſanctoꝝ patꝝ iſtruimur geſtis. Que licet ſale & aqua benedicta exorcizabant:non tñ chriſmate ungebant:nec altare lapideũ ad/huc ſtabat erectũ:chriſmate delibutũ i figura dñi noſtri ieſu xp̃i:qui eſt altare noſtrum & ſacerdos & hoſtia. ❡ Poſtq̃ uero ꝯſtanti/nus impator a lepra mũdatꝰ a btõ ſilueſtro papa baptiſmi meruit ſacro purificari:ut ſupra dictũ eſt in legẽda ſilueſtri pape pridie calẽ. ianuarii:& ꝯſtantini impatoris.12.calẽ iunii:tunc primũ lege ab ipſo ꝓmulgata cõceſſum eſt oibus ſub romano impio degen/tibꝰ licite eccleſias fabricare. Et ad id faciẽdum ſuo ut alios hortaret exemplo i ꝓprio lateranẽſi palatio eccleſiã in honorẽ ſaluatoris mundi fabricauit. Baſilicã quoq; appendiciã iuxta palatium fecit in honorẽ ſancti ioãnis baptiſte: in loco uidelicet in quo baptizatus meruit a lepra mũdari. Quã quidẽ eccleſiã mirificis donis & ornamentis in au/ro & argento & lapidibꝰ ꝑcioſis infiniti ꝑcii magnifice ditauit:quam btũs papa ſilueſter die predicto publice ꝯſecrauit. Tunc quoq; imago ſaluatoris diuinitꝰ depicta i tribuna eccleſie primũ uiſibilis oĩ populo romano appuit. Que quidẽ imago deuotiſſima i ipſo loco uſq; hodie pſeuerat. Et licet eccleſie e/iuſdem parietes uſq; ad fundamẽta plerũq; diſſoluti fuerint:& iteꝝ repati. Ipſa tamẽ tribuna cũ imagine ſacratiſſima nulla unq̃ potuit uetuſtate deleri:nullaq; nouitate diſſol/ui. Cũ tñ aliqñ eccleſia ip̃a incẽdio totaliter ſit iudicio diuino ꝯſumpta. Hec igiẽ eſt illa feſtiuitas:in qua primũ rome eccleſia publice ꝯſecrata eſt:quã etiã eccleſiã idẽ põtifex ad inſtantiã ꝯſtantini auguſti:omniũ eccle/ſiarum totius orbis caput eẽ ꝯſtituit: eandẽq; tam larga benedictione dotauit:ut ſiquis hominum quocũq; anni tempore uere ꝯfeſ/ſus & penitens eam intrauerit:omnium pec/catorum ſuorum generalem remiſſionem & indulgentiam ꝯſequi mereatur.

❡De ſcō theodoro martyre. XXXIX.

THeodorus martyr paſſus ē apud amaſiam ciuitatē marmaritanoꝝ ſub diocletiāo & maxiano īpatorib⁹.Qui cū eſſet miles ex ciuitate helleſpōti deprehēſ⁹ ē: ꝙ xp̄ianus eēt: & adductus ē ad brychā prepoſitū legionis. Cui cū prepoſit⁹diceret:ut ſacrificaret & militiā priſtinā recipet:illeq; ſe deo prī oipotenti & ieſu xp̄o filio ei⁹ militare reſrūdiſſet:ad ſuggeſtionē poſſidonii uicarii p̄poſitus ei iducias ꝯceſſit dieb⁹ paucis:ut ſemetip̄3 admoneret:& diis īmolare ꝯſentiret. Interea theodorus pſes xp̄ianorū3 i carcere detentos uiſitabat: eoſq; in fide xp̄i ꝯfortans eiſdem neceſſaria miſtrabat. Nocte igit̄ quadam tēplum martis itroiuit:& igne ſuppoſito totū illud ſuccēdit. Qui a quodā gordiano tabulario uiſus & detent⁹: ac preſidi preſentatus ē. Quē preſes fecit cedi & ceſum in carcerē mitti:pedibuſq; in cippo recludi:ac hoſtium carceris ꝯſignari:ut ibi fame deficeret. Cui dn̄s ieſus xp̄us nocte cū lumine apparuit:& ip̄m in eius amore ꝯfortauit. Tūc multa turba uiroꝝ dealbatoꝝ ad eum uenit & ſecū pſallere cepit. Quod cuſtodes audiētes:& hoſtiū ſignatū aſpicientes iudici nunciare feſtiauerūt. Ille uero ad carcerē cucurrit:& hoſtiū carceris ſignatū inuenit: uoces uero pſallētium cū theodoro audiuit. Et circūpoſitis militib⁹ carcerē aperiri fecit:ac introgreſſus ſolū ſcūm martyrē i ligno detruſum aſpexit. Rurſūq; eidē recluſo unciā panis & modicū aque p dies ſingulos ei miſtrari precepit:ſed ipſu3 celeſti cibo dn̄s enutriuit. ❡Poſt dies uero.xv. theodoꝝ adductū & diis ſacrificare nolētē:iuſſit preſes i ligno ſuſpēdi:& latera ei⁹unguibus crudeliter radi:donec coſte illius nudarent̄. Et cum hec omnia pro xp̄i noie ſupaſſet dedit p̄ſes in eū ſniam ut ignibus traderetur. Accenſo igitur igne ipſe p ſemetip̄m ueſtimēta depoſuit: & uinctis poſt tergū manib⁹ i flāmas ſponte ꝓſiliuit. Et circūſpiciēs in turba quēdam ꝯmilitone3 noie cleonicū lachrymātē uidit: quē confortās ſeip̄m ſecutuꝝ predixit. Cum aūt orationem fudiſſet ad dn̄m flāma i ſpecie camere facta eſt tanq̄ uelum nauis a uento repletum:& circūuallauit eū: ut eſſet nō quaſi corpus qui exurit̄ :ſed quaſi panis qui coquitur. Sicq; celeſti uoce ad gaudia eterna uocatus emiſit ſpiritū. Corpus uero exanime omnino permanſit incōbuſtum. Quod matrōa quedam euſebia nomie tulit: & i poſſeſſionē ſuam que diſtat ab urbe amaſia uni⁹diei uia portauit:ubi eum cum aromatib⁹ ſepeliuit in loco: qui dicit̄ euchaita. Paſſus eſt autem v.idus nouembris.

❡De ſcō theodoro alio mr̄e. XL.

THeodorus miles & martyr apu heracleā ciuitatē macedonie paſus ē ſub licinio īpatore:q & occidit.40.mr̄es &.370.cēturiōes. Eodē tēpore apd̄ achaiā erat draco peſſimus oēs interficiēs & deuorās tranſeuntes. Cū aūt theodorus miles xp̄ian⁹ ibi iuxta ſupra fenū dormitaſſet:& draconē ibidem ignoraret: excitat⁹ ē a muliere euſebi xp̄iana:q̄ ei draconē ibi iuxta eē nūciauit:& ut fugeret ex charitate monuit. Quā ſanct hortat⁹ ē ut pro ſe oraret: & a longe ꝯſpiceret. Factoq; ſibi crucis ſigno ad os ſpelunc proceſſit:& draconi ut exiret xp̄i uirtute mdauit:ac deinde equū aſcendit. Quē exeūte aggredit̄:equoq; ip̄m ſupprimēte quattuo pedib⁹ draco proſtrat̄: & lancea cordi eiu infixa a ſcō milite xp̄i occidit̄. Quo miraculo uiſo multi gentilium ad xp̄m ꝯuerſi ſunt. ❡Licinius igit̄ rex cū audiſſet:ꝙ theodoru xp̄m predicaret: miſit ď nicomedia i heraclam ciuitatē i qua miles xp̄i degebat: ut cum honore militaturus ad eū accederet. Ille uro nuncios grate recipiens remiſit īpatori epiſtolā:ut perſonaliter ueniret heracleam ubi nimia affectione ip̄m populus uidere cupiebat:ꝙ ſi illuc ueniret ipe cum eo & oi populo ſacrificare patus eſſet. Quo audito licinius heracleā uēit:cui ſcūſ miles i equo qu draconē occiderat obuiauit: quē īpator corā oi pplo p̄imū honorauit. Rogauit āt ei ut pro uictoria dracōis obtētā:diis offerre grata libamia. Ille āt deos regis ſibi dari petiit:q̄ſi i domo ſua uellet eos thurib⁹ placare. Quib⁹ eidē ab īpatore traditis oia idola aurea & argētea ꝯfregit & fruſta paupib⁹ dſtribuit. Hoc audiēs licini⁹ iratus eū tenere fecit:& ſacrificare nolētē:precepit eū ſpoliatū & i q̄ttuor lignis extēſum uirgis cedi:dei de plūbatis ꝯtundi duriſſime. Poſtmodū et carnes illius ungulis ferreis radi: & faculas igneas uulneribus ſupponi: atq; teſtis acutiſſimis ꝯfricari. Et ſic in carcerē uinculatu recludi. Iteꝝ aūt p⁹ dies.v.eductū mādauit crucifigi:& crucifixū a pueris ſagittari:eius quoq; genitalia precidi. Quem licinius exiſtimans interfectū:dimiſit in cruce in craſtinum deponēdū. Euchari⁹ uero quidam xp̄ianus occultus ſcribebat paſſionē eius. Angelus aūt dn̄i theodoro pendenti per noctē apparuit:& uulneribus ei⁹ ſanatis illeſum depoſuit. Cum autem iuſſu regis duo cēturiones cū plurib⁹ ad eū deponēdū mane ueniſſent:eumq; uiuentem ac oino ſanatū uidiſſet cū militib⁹.82.ad xp̄m cōuerſi ſunt. Quod audiēs licinius miſit antipatrem ducem cum 400.uiris ad eos occidēdos. Tunc inter xp̄ianos & pagāos ſeditio orta ē: ſed martyr xp̄i tumultum ſedauit:& xp̄ianos ad patientiam

informauit:deinde ad cuſtodiam accedens: fideles oés in xpi noie apertis hoſtiis & dirutis uinculis abſoluit:& pluribus ad ſe uenientib⁹ egris ſanitaté reſtituit. Quod rex intelligens:ipm decollari mandauit. Sed cum ad paſſioné duceref :eucharium rogauit:ut corp⁹ei⁹ in achaiá deferret:& in paterna hereditate ſepeliret. Quod qdé ille ſúma diligétia adimplere curauit. Paſſus eſt aút ſcús mř.ʃ.id⁹nouébř. ¶ Tpis uero pceſſu corp⁹ eius de partib⁹illis a uenetis raptum ueneti. aſq; delatum:atq; in eccleſia ſaluatoris:que eſt canonicoꝝ regularium ſepultum eſt.

¶De ſancto urſino epo. XLI

Rſinus eps apud bituriceñ ciuitaté claruit. Qui rome a ſucceſſoribus apoſtoloꝝ pótifex ordinatus: prim⁹ eidé urbi deſtinat⁹ eſt eps. Ipſe náq; pdicatióis officio diligenter inſtet⁹ maximá parté ciuitatis illius populi ↄuertit ad dñm:& fide & ſapiatq; uite ſanctitate pbatuſ migrauit ad xpm .id⁹nouébris:ut dicit ado.

¶De ſanctis tryphone & reſpicio martyribus & nympha uirgine. XLII

Ryphon & reſpicius martyres & nympha uirgo apd uicú abſadú ſaxonie paſſi ſunt. Qui tryphon ex eodé ortus oppido:paſtor anſeꝝ fuit. Tempore igiř gordiani impatoris filia eutychetis nobilis róanorú obſeſſa a demone clamabat:tryphoné paſtorem anſeꝝ eius liberatoré futuꝝ. Cú aút de mádato impatoris eutycheté plurimú diligentis:talis homo p uniuerſú mudú querereť:tandé in pfata ciuitate inuétus eſt: & ad urbé romá adduct⁹:qui ſtatim ut limen domi⁹eutychetis attigit:puella liberata fuit:ſatus aút oras impatori & eutycheti demoné qui puellá infeſtabat:in ſpecie canis oñdit: & cú eis hŭana uoce loq fecit:& demú in abyſſum miſit:& ab impatore honoratus ad proria cú honore ěgreſſus eſt. ¶ Tépore uero decii ceſaris iminente pſecutione tryphon a pfecto occidentis tétus eſt:ut ſacrificaret: q cú xpm ↄſitereť:primo quidé appenſus eſt: ungulis ↄfoſſus:deide p pedes ligatus: & p maximas niues & glacies tract⁹eſt: ita ut pedes frigore ſcindereť. Poſtmodú autem clauis ignitis pedib⁹ↄfix⁹& fuſtibus ceſus: atq; lampadib⁹ ad latera appoſitis exuſtus: lumine tñ ingenti de celo ſupinfuſo ↄfortat⁹ eſt. Quod uidens reſpicius qdá tribun⁹credidit:& xpm ↄfiteri cepit: qué pſes detétum una cú tryphone fortius exungulari mandauit:dehic ambos ad templú fecit adduci: ut ceſaris aut iouis ſtatuam adorarét. Sed orante tryphóe idolum corruit:& mox nympha quedá:que uirgo ueſtalis erat ibidé aſſiſtés fidem xpi pcepit:& xpm deum ueꝝ uoce publica pclamauit. Tunc pfect⁹ ſcós martyres una cú nympha uirgine plumbatis diutius cedi:eoſq; oés nouiſſime mádauit pariter decollari. Quoꝝ corpora a xpianis iuxta ipſá urbé ſepulta ſunt.4.id⁹ nouébris.

¶De ſancto theodoro martyre. XLIII

Heodorus martyr apud ciuitaté antiochiam paſſus eſt ſub iuliano impatore apoſtata. De quo.x libro eccleſiaſtice hiſtorie cap. 23.habeť. Cú eni iulianus xpianis pmiſiſſet:ut corp⁹babile martyris auferrent: de quo ſupra in eius paſſione actú eſt 9.calé:febř. Ibiq; exultantes corp⁹ p ſex miliaria detuliſſent:cantátes pſalmú Cófundátur oés:qui adorant ſculptilia ꝛc. & impator hoc audiſſet:iratus die altero iuſſit oés xpianos teneri & torqueri. Quod ſaluſtius eius pfect⁹ licet paganus tñ inuitus exequiť. Et primú ſibi theodoꝝ occurrenté a prima luce uſq; ad undecimá horá tanta crudelitate: & tot mutatis carnificibus torſit:ut nulla etas ſimile fore factú meminerit. Ipm tandeʒ per oia ↄſtanté & letum in carcere teneri fecit:& impatori:que fecerat:recitauit:taliaq; oíno fieri diſſuaſit:alioquin xpianis gratiam & ceſari ignominiá quereret: cuius ſuaſione impator theodoꝝ libeꝝ dimiſit: qui referebat in tormétis ſe modicá pená ſenſiſſe: aſſiſtéte ſibi celeſti iuuene:& ipm ↄfortáte:nec nó linteo cádido ſudorem ſuú exiccante: ac ſepi⁹ſibi aquá frigidá inſtar nectaris in poculum porrigente. Hic aút ſcús martyr poſt aliquot méſes migrauit ad dñm.4.id⁹ nouébris. Hec euſebius libro quo ſupra.

¶De ſancto theodoro epo. XLIIII

Heodorus eps ſiccenſis fuit. Hic dú eét annoꝝ.12.& facta eét epidemia ualida ex bubone i ipſa ciuitate:theodor⁹uſq; ad mortem infirmatus eſt:qui delatus in oratorio ſci ioannis baptiſte:quod eſt iuxta uillá & ſtratus ad altaris introitum:cú ad crucifixuʒ deſup ſtanté in tabula pictú oraſſet: de imagine xpi tres gutte roris ceciderunt: ſtatimq; bubonem ſoluerunt. Et ↄtinuo extincta febre cóualuit:& domú ppriis pedibus repedauit. Cepit aút pſalterium mente diſcere uelle. Cúq; uſq; ad pſalmú.16.didiciſſet:& ultra memorie cómendare nó poſſet:in eccleſia ſci xpophori ante crucifixum orás:obtinuit & celeritaté in adiſcédo:& firmam memoriá in tetinendo. Sicq; i breui diuina gřa pſalteriú totú memorie cómendauit:ipmq; quotidie legere cepit. Factuſq; é cleric⁹.& pceſſu téporis ſiccéſis eps: q populum dei uerbo & exemplo inſtátius reſouens clar⁹ſanctitate migrauit ad xpm.

¶De ſcõ probo epiſcopo. XLV.

P Robus ep̃s rauẽnatum.vii. apd eandem ciuitatẽ claruit. Hic eni mitis & pius fide religioſiſſimus clarus i ſpecie:fulgidus i ope:ſapiens eloquio:plen⁹ grã ſpũſſci: omnes languidos ad ſe ueniẽtes quacũqȝ detentos ualitudie curabat:ſpũſqȝ imundos de obſeſſis corporibus expellebat. Qui poſtq̃ ſue ad occaſum uite inſtãte tpe:angelica cõſpexit agmina:ſtatim elapſa ẽ de corpe ei⁹ ſãcta aia.4.idus nouẽbris. Sepultuſqȝ ẽ a filiis ſuis i eccleſia ſuo nomini dedicata:ubi in miraculis & uirtutib⁹ uiuit.

¶De ſanctis tiberio modeſto & florẽtia martyribus. XLVI.

T Iberius modeſtus & florẽtia martyres paſſi ſunt apud agathẽſem ciuitatem:ſub diocletiano ĩpatore. Fuit eni tiberius eiuſdẽ urbis helei nobilis ſed pagani fili⁹:qui ualeriano ĩpatori plurimũ erat dilectus. Anno igitur.viii. eius impii : ualerianus heleo ſuaſit:ut filiũ quem xp̃ianũ nouerat ad ſacrificia prouocaret. Quod dũ ille per dies plurimos facere ſtuderet: & tiberius puer i fide xp̃i imobilis perſeueraret: cũ ĩpator hec audiſſet:fecit ip̃m teneri & in catomo fuſtibus diutius cedi. Cũ aũt cedẽtiũ brachia aruiſſent:& ip̃e ĩpator i manu tortionẽ maximam ſenſiſſet:cepit exclamare & tiberiũ magũ appellare. Pro quo tiberi⁹ orauit: & ꝯtinuo ſanitatem recepit: quẽ ualerian⁹ emẽdãdũ patri tradidit. Pater uero iuuenẽ in triclinio delitiis & muſicis ac ioculatoribus & puellis pleno:diuerſiſqȝ gẽmis ornato poſuit:ut animũ eius alliceret : & a xp̃ianitate reuocaret. Orante uero ſcõ claritas ei de celo refulſit: odorqȝ maximus refragauit. Quod dum pater ad uidendũ iuiſſet:putans ꝙ dii eius filiũ conſolaturi uiſitaſſent:continuo excecat̃: & ab impatore pro lumie recupando ad tẽpla deoꝝ adducitur: ſȝ ſine ulla grẽ impetratione reuertitur:oratione aũt filii illuminatur. Cũ autem heleus filiũ tanq̃ maguȝ perdere uellet:ab angelo cum modeſto quodã xp̃iano rapitur: & ip̃o duce ultra flumẽ eucharũ tranſuadant̃: atqȝ ſub quercus arbore collocantur:ubi ambo degentes uſqȝ ad diocletiani tempora predicabãt:& miraculis clarẽtes multos ꝯuertebãt. ¶ Eodeȝ aũt tempore cũ fili⁹maximiani impatoris a diabolo oppreſſus eſſet:& a nemine niſi a tiberio ſe eiiciẽdũ clamaret:requiſitus ſcũs & romã cum modeſto perductus ĩpatoris filium a demonio liberauit. Sed diocletianus collega maximiani eos detinuit : & predicta magicis artibus attribuens : dũ ſacrificare recuſarent:ip̃os o nuſtos ferro per dies plures in carcere artauit:& fame nimia afflixit. Quos angelus domini celeſti de celo fuſo lumie ꝯfortauit. Sȝ cum iuſſu ĩpatoris beſtiis expoſiti eſſent: & in nullo ab eis leſi fuiſſent:i clibanũ ignis mittuntur : in quo pſallentes domino inuſti penitus conſeruant̃ . Inde leoni ferociſſime ſubiiciuntur:ſed ab eo intacti per oĩa cuſtodiuntur. Quos uidẽs florentia quedã matrona in xp̃m credidit:& ſtatim cũ p̃dictis martyribus detenta fuit. Quos oẽs diocletianus mandauit i cataſta leuari:& duriſſime cedi. Orantibus uero ſcis:terremotus fact⁹ eſt nimius:& templo deoꝝ corruẽte plurimi gentilium oppreſſi ſunt. Impator uero cuȝ paucis euaſit. Sci uero mr̃es ab ãgelo de cataſta erepti:& ad locũ iuxta priſtinũ fluuium eucharꝝ territorii agathenſis i momẽto ſunt reducti:ubi oratiõe fuſa ad dñm migrauerũt. 4.idus nouembris.

¶De ſcõ martino epõ & ꝯfeſſore. XLVI

M Artinus ſabarie pannonioꝝ oppido:nobilib⁹ ꝑentibus & gentilibus oriũdus:ſed intra italiam papie alitus:cuȝ patre ſuo tribuno militũ ſub conſtantio & iuliano patoribus militauit. Nõ tñ ſponte qa ab iſtia diuinit⁹ inſpirat⁹:annoꝝ.x.iuitis parentibus ad eccleſiã cõfugit:ſeqȝ catecuminũ fieri poſtulauit. Et tunc etiã eremũ intraſſet niſi etatis iſirmitas obſtitiſſet. Sȝ cũ ceſſarẽ filios militũ ueteranoꝝ ad militandũ ſcriberent:martin⁹ annoꝝ.xv.ad militiã urgetur uno tãtũ ſ̃uo ꝯtentus:cui tñ uerſa uice dñs ſ̃uiebat:ſepiuſqȝ miniſtrabat: & calciamẽta detrahebat. ¶ Quodã hyemali tẽpore i porta ciuitatis ambianẽſium obuiũ habuit pauperẽ nudum. Qui cũ a nullo elemoſynã accepiſſet: & martinus iã omnia in paupes cõſumpſiſſet:chlamydeȝ que ſibi ſola reſtabat diuiſit:& dimidiam nudo tribuit:reliqua u poterat ſe ueſtiuit. Sequenti nocte chriſtum chlamydis ſue parte qua paupereȝ texerat dutum uidit:ipſumqȝ ad angelos circunſtãtes loquentem audiuit:martinum adhuc catecuminũ ipſa ſe ueſte texiſſe : unde ex hoc uir dei diuinam gratiam recognoſcens cum eẽt annoꝝ.18.baptizari ſe fecit:& poſtmodi duob⁹ annis ad preces ſui tribuni:qui explto ſui tribunat⁹ tẽpore renunciare ſeculo ꝓmittebat:ſolo nomine militauit. ¶ Intere barbaris intra galliam irruentibus:iulian ceſar cõtra eos pugnaturus ſtipendium militibus erogabat. At martinus nolens decetero ſeculo militare:ſtipendiũ recuſauit recipere:ſed iperator ip̃m putabat renunciar militie:nõ religiõe fidei: ſed metu iminenti belli. Martinus uero ſe ante acies inermem ſigno crucis ſolo munitum i craſtino ſe ſtaturũ ſpopondit: ꝓpter qđ a ceſare cuſtodir

uſſus fuit. Sed die ſequenti hoſtes ſe & ſua
omnia ſponte impio ſubdiderũt. ¶ Deinde
relicta militia ad ſanctũ hilariũ pictauenſē
epm perrexit: a quo acolythꝰ ordinatꝰ: mo
nitꝰ a deo per ſoporem: parētes ſuos adhuc
gentiles uiſitare decreuit. Multaqꝫ ſe aduer/
ſa paſſuꝝ predixit. Nam inter alpes incidit i
latrones: & cũ unus in capite eius ſecurim
libraſſet: alter ferientis ictũ ſuſtinuit: uinctis
tamē poſt tergũ manibus uni eoꝝ cuſtodiē/
dus traditur. Cui uir dñi xpm predicauit: &
ũ ad fidem ꝯuertit. ipſeqꝫ martinũ dimiſit:
& laudabilē uitam duxit. ¶ Veniens aũt ad
parentes matrem ꝯuertit: patrē uero in ma/
lis perſeuerantē reliquit. Sed cũ hereſis arri
ana per totum orbē pullularet. Martinꝰ dũ
obſiſteret: publice ceſus: & de ciuitate eie/
ctus: mediolanũ rediit: & ibi monaſterium
ibi ſtatuit. Sed inde ab arrianis eiectꝰ: ad in
ſulā gallinariā cũ uno ſolo p̄ſbyterio abiit:
ibi hellebori uenenati gramen in cibum ex
ignorantia ſumpſit: quod uirtute orōnis nil
nocuit. ¶ Audito uero qꝫ beatus hilarius
pictauenſis de exilio rediret: obuiam ei p̄fe/
ctus eſt: & iuxta pictauiꝫ monaſteriũ ordi/
nauit. ubi dũ parũper a monaſterio diſceſſiſ
ſet: reuerſus quendā ſine baptiſmo defunctũ
inuenit: cuius corpꝰ in cellam ſuam duxit:
ipſumqꝫ ſua orōne ſuſcitauit: qui ānis pluribꝰ
poſtea ſuperuixit. ¶ Alium etiā ſeruũ cuiuſ
dam lupicini nobilis uiri: q ſe laqueo ſuſpē/
derat: uite reſtituit. ¶ Cum aũt plebs turo/
nica epo careret: ipm ſanctũ uiꝝ: quis pluri
mum renitentē ſibi ordinari petiit. Quidam
autē ex epis noie defenſor plurimũ reſiſte/
bat: eo qꝫ martinus uultu nimiũ deſpectꝰ ap
parebat: qui tñ a populo eſt ꝯfutatꝰ: & mar/
tinus in epm ſublimatꝰ. Veꝝ cũ populi cō/
curſum nō ferret p duo miliaria extra urbē
monaſterium ꝯſtituit: ubi cũ monachis. 8o.
in multa abſtinentia uixit. ¶ Dum quidam
ab noie martyris coleret: & martino nihil
de eius uita uel martyrio ꝯſtare poſſet: ora/
uit ad dñm: ut cuius eēt meritis ſibi īdicaret.
Conuerſuſqꝫ ad leuā uidit umbram: que marti
no dixit: ſe eē latronis aiam: que in altari co
lebatur: qui a ſceleratis pcuſſus fuerat: & in
inferno damnatus: & cōtinuo eps altare de/
ſtruxit. ¶ Tertium quoqꝫ mortuũ ſuſcitauit
iuuenē uidelicet quendā: qui ad ſepulturam
ferebatur: & in medio cāpi a matre & multi
tudine populi plangebatᷣ. Quē quidē adole
ſcentē matri cōpatiens a mortuis excitauit:
& multitudinē paganoꝝ aſtantē conuertit.
¶ Cum quedam nauis piclitaretur: negocia
tor quidam licet gentilis martinuꝫ uocauit:
& ſtatim trāquillitas magna ſucceſſit. ¶ Dũ
in quodā loco templum idoloꝝ diruiſſet: &
arborē pini demoni dedicatam excidere uel
let: & ruſtici gentiles obſiſterēt: tandem in
hoc conuenerunt: ut arborem inciderent: &
ſuper martinum ligatum cadere dimitterēt:
quam ſi ille ſigno crucis cadentem in partē
aliam conuerſam concidere faceret: ipſi oēs
in xpm crederent: quod dum factum eſſet:
omnes ad fidem conuerſi ſunt. ¶ Cum in alio
phano ignem miſiſſet: & uentus irruens flā/
mas in domum uicinam mitteret: ſignũ cru
cis oppoſuit: & contra uim uenti ignem in
oppoſitam partem excuſſit. ¶ In uico lepro
ſorum aliud idolorum templum deſtruere
uolebat: ſed ei pagani reſiſtebant. Cumqꝫ di
ebus pluribus oraſſet: angeli eidem armati
aſtiterunt: & in gentiles impetum facientes
eos in fugam uerterunt. Sicqꝫ martinus pro
poſitum adimpleuit. ¶ Cum in pago eduen
ſi aliud phanum diſſiparet: & gentiles in eũ
irruerent: unuſqꝫ ipſum gladio aggreſſus eſ
ſet: nudum uerticem expoſuit: illeqꝫ conti/
nuo ſupinus corruit: & ueniam poſtulauit.
¶ Alibi etiam cum idem opus perficeret: &
quidam nudato enſe in eum irrueret: in ipſo
ictu ferrum de manu excuſſum nuſq̄ compa
ruit. ¶ Apud treuerim puellam quandam
paralyticam: que annis plurimis iacuerat:
& ad extrema iā deducta fuerat: ſua oratio/
ne continuo ſanauit. ¶ Seruum etiam cuiuſ/
dam tetradii maligno obſeſſum ſpiritu: im/
poſita ei manu ab infeſtatione liberauit: &
ipſum tetradium gentilem ad xpi fidem re/
duxit. ¶ In eadem etiam ciuitate ingreſſus
domum cuiuſdam diabolum uidit: & ſe illũ
uidere dixit. Moxqꝫ demon quendam de fa/
milia arripuit: quem ſanctus uir ſtridentem
& ſtrepentem immiſſo in ore eius digito il/
lico liberauit. ¶ Apud pariſius leproſum
quēdam horribilem aſpectu deoſculans: cō
tinuo a lepra mundauit. Fimbrie quoqꝫ ue/
ſtimentorum eius exciſe: & egris alligate:
omnem infirmitatem expellebant. ¶ Cum
filia cuiuſdam arborii quartana laboraret:
& epiſtola quedā uiri ſancti manu ꝯſcripta
caſu ad arborium delata eēt: pater illam ſu
pra pectus filie poſuit: & protinus ſanitatē
recepit. ¶ Paulinum etiam quendam nobi/
lem: qui unius oculi lumen amiſerat: panni
culo ſuo pupillam oculi tangens: continuo
a cecitate eripuit. ¶ Eidem quoqꝫ uiro: qui
alias per gradus ſcale corruēs pene iacebat
exanimis: martinum inuocanti: angelus per
noctem apparuit: & illeſum mane de lecto
leuauit. ¶ Quadam die eidem diabolꝰ aſti/
tit: & cornu bouis cruentum in manu tenēſ:
unum de ſuis peremiſſe aſſeruit. Qui conci
tus mittens unum ex eiꝰ ruſticis pene extin/
ctum reperit: quem bos inguine dum pun
geretur cornu uulnerauit: quem ad ſe dela/
tum ſanctꝰ martinus mox ſanatum eleuauit.

¶ Animalia etiam irrationabilia ipſi obedie
bant. Nā canes leporē inſequētes ſubſiſtere
fecit: & ſerpentē flumē natantē retrocedere
ꝯpulit: canis etiā latrans ſola ei⁹ iuſſione ob
mutuit. ¶ Ab angelis & apl'is ſepius uiſita
batur & in eoꝝ colloquio ꝯſolabat. ¶ Quo
dam tempore pro neceſſitate quadā ualenti
nianum impatorē adiit: ſed ille ſciens ipſum
uelle petere: qđ nolebat ꝯcedere: fores pala
tii ei claudi fecit. Sed cū talē repulſā tertio
paſſus eſſet: orationē premiſit: & uſqꝫ ad au
guſtū ueniēs nemo ianuas ipſi claudere ua
luit. Impator uero turbatus ei aſſurgere no
luit: donec igne ſellā regiā arripiēte: & ipm
iā in poſteriorib⁹ iflāmante: aſſurgere com
pulſus fuit: eiqꝫ poſtulata omnia ac munera
conceſſit. Cum ab eodem imperatore inui
tatus eſſet: & epo primo potus oblatus eēt:
martinus poſtq̄ bibit: preſbytero ſuo calicē
dedit: dicens nullū digniorem poſt ſe debe
re bibere: & indignū eſſe: ut ipator preſbyte
ro preferat. ¶ Quadā uice dū in ueſte hiſpi
da aſello latus incederet: & equites e contra
uenirent: pauefactis equis ꝓpter eius defor
mitatē: a militantibus grauiter uerberatur.
Sed cum illi uiam ſuam ꝓſequi uellēt: equi
nulla ratione moueri potuerūt: quouſqꝫ illi
culpā ſuā recognoſcentes: a martino ueniā
petierunt: & ab eodem ut abire poſſent obti
nuerunt. ¶ Dum i quodā loco clerici lectū
tenuem ſibi ſtrauiſſent: & ipe mollicie decli
nans ſup nudam humū iuxta morem dormi
ret: nocte media camera accendit: & dū ſur
gere nō poſſet ueſtimēta eius ꝯburunt: ſed
ipe in igne illeſus conſeruat. Monachi igit
ꝯcurrunt & ipm itactū bino de medio ignis
educunt. ¶ In quadā ſolēnitate celebratur⁹
ad eccleſiam ꝑgens: paupi nudo ueſtē ſecre
to tribuit: & capa ſe utcūqꝫ potuit contexit.
Et cum ſe ꝓpādū ſpoliare capa nō auderet:
eo ꝙ nud⁹ eſſet: archidiacon⁹ q̄ſi indignat⁹
ueſtem ei breuē & ſtrictā attulit: quā marti
nus humiliter induit: & miſſam celebratur⁹
acceſſit. Et dū celebraret & ſacramēta offer
ret: globus igneus appuit ſup caput ei⁹. Et
cū man⁹ i miſſa: ut moris ē: eleuaret: & ma
nicis lineis labentibus ex breuitate tunice:
brachia nuda apperent: miraculoſe torques
aurei & gēmati ab angelis deferūtur: & bra
chia ei⁹ opiūt. ¶ Multe aūt ſubtilitatis fuit
erga demones cognoſcendos. Adeo enim ei
conſpicabiles reddebantur: ut apte ſub qua
cunqꝫ imagine ab eo cognoſcerētur. Cū aūt
eidem diabolus i forma regis purpuratus &
diadematuſ appuiſſet: & xp̄m ſe eſſe diceret:
martinus eidem dubitans rn̄dit: ꝙ xp̄s ſe nec
purpuratum nec diademate renitentem uen
turum predixit: & ꝙ niſi xp̄m in ea forma q̄
paſſus ē cerneret: ipſū xp̄m minime crederet:
Quo dicto diabol⁹ diſpuit: & cellam fetore
repleuit. ¶ Ipſe aūt uir dei obitum ſuū lon
ge ante preſciuit atqꝫ predixit. ¶ Interea dū
condateñ. dioceſim cauſa ſedāde alicui⁹ di
cordie uiſitaſſet: aliq̄diu ibidem ꝯmoratus:
uiribus corporis cepit repēte deſtitui: & di
ſcipulis indicauit ſe iam reſolui. Illis autem
gregem dn̄i deſolandum flentibus orauit ad
dn̄m: ut ſi adhuc populo ſuo neceſſarius eēt
ipm laborē non recuſantē: adhuc in uita pre
ſenti dimitteret. Et moleſtia febriū detentus
in cilicio & cinere decūbebat: dicens i nullo
alio decere xp̄ianum decedere. Oculis quo
qꝫ ae manibus i celum ſemp intentus inuictū
ab oratione ſp̄m non relaxabat. Et cū eēt mi
graturus uidit ante ſe diabolū aſſiſtere: eum
qꝫ mox licentiauit: eo ꝙ ſecū nihil haberet:
ſed ipm abrahe ſinus recipet. Sicqꝫ anno dn̄i
486. uite eius anno. 81. epatus autē ſui. 36. a
ſeculo feliciter trāſmigrauit. 3. idus nouem
bris. Archadio & honorio imperātibus: uul
tus quoqꝫ eius quaſi iā glorificatus reſplen
duit: ac chorus angeloꝝ ibidem ꝯcinēs aud
tus fuit. Ad cuius tranſitū pictauieñ. ſicut &
turonici conuenerunt: & utriqꝫ pro corpore
habendo piā ꝯtentionē fecerunt. Nocte aū
media pictauieñ. omēs circa corpus ſopiun
tur: corpuſqꝫ a turonicis p feneſtrā eiicitur:
& per ligerim fluuiū nauigio ad urbē turon
cum gaudio deducitur: & ibidē honoriſice
tumulatur. ¶ Hora uero ei⁹ trāſitus: cū ſan
ctus ſeuerus eps colonienſis poſt matutinas
loca ſcā circuiret: & uoces in celo cantantes
audiret: uocato diacone interrogauit ſi quid
ſoni uel cantus pciperet. Qui cum auribus
erectis: uoces in celo audire ſe diceret: epus
ei dixit: ꝙ eadē hora martin⁹ turoni pōtifex
e mūdo migraſſet: quē cōcinētes angeli tūc
eum ad celum adducerēt. Qui diē & horam
notauit: & tunc martinum tranſmigraſſe co
gnouit. ¶ Seuerus etiā monachus: qui ei⁹ ui
tam conſcripſit: eadem hora in ſomnis uidi
martinum albiſ indutū: uultu igneo: ſintill
tibus oculis: librum tenentē: celos uelociter
aſcendentem. Qui euigilās a nūciis uenient
bus audiuit: martinū eadem nocte a corpo
re migraſſe. ¶ Die autē depoſitionis ipius
dum beatus ambroſiuſ mediolani celebran
inter prophetiam & epiſtolā obdormiſſet: &
diu expectatus poſt duas horas ſubdiacon
lecturus ep̄l'am eum excitaſſet: euigilans d
xit populo. Martinū turoni ep̄m quieuiſſe: &
ſe funeris eius obſequium feciſſe: ſed ultim
orationem excitatus ꝯplere nō potuiſſe. Ill
uero diem notātes & horā: poſtmodū cōpe
runt illū expiraſſe: & ambroſium ep̄m ibidē
cognitum eius exequias celebraſſe. ¶ Scri
pſit autē hic beatus pontifex librū de trini
tate fidē catholicam continentem.

¶De ſancto mena martyre. XLVIII

MEnas martyr i ſcythia metropoli phrygie ſalutarie paſſus eſt:tēpore diocletiani & maximiani iperatoꝝ.Qui ex nobili egyptiorum ꝓuincia ort⁹:ſub duce agricolao terreno regi militās:deinde militie tēporali renuncians:ſecreta ꝯuerſatione i eremo militauit.¶Cum aūt impatoꝝ natalitia celebrarent:& diis ab oi populo imolaret: ad urbē uenit:& ingreſſus theatꝝ duꝫ idola execraret:& ſe xpianum libere ꝓfiteret:tentus eſt a pſide: & pyrrho duci torquendus traditus eſt: qui primo eū in cuſtodiā uſq; mane recluſit.Celebratis uero feſtis gētiliū Menā eductū & ſacrificare nolentem extēdi fecit:& neruis taurinis ac bubalinis atq; uirgis diutiſſime cedi mandauit: deinde ipm in equuleo leuari:& ungulis laniari:ac lāpadib⁹ad latera appoſitis iflāmari:nec nō cilicio madidato plagis ei⁹ ꝯfricari.Et demū carbones ignitos uulnerib⁹ſupponi.Et cū hec oia patiētiſſime toleraſſet:ligatis manibus ac pedib⁹ fecit illū p tribulos trahi:donec mēbra eius diſſiparent:deinde plumbatis illū cedi mādauit:& maxillas grauiter ꝯtundi.Et dū in oibus in ꝯfeſſione dñi pmaneret imobilis nouiſſime ipm gladio aiaduerti pcepit:corpus quoq; eius igne ꝯſumi.Quod tñ furtiue a xpianis de igne ſublatum:& camelo impoſitum angelo duce ad montē quēdā delatū: & ibidē quo deus p ſuū aial oſtēderet ſepultū eſt:baſilica deſup edificata. Proceſſu aūt tēporis ipm ſanctum corp⁹ ꝯſtantinopolim tranſlatum:ibiq; honorifice ꝯditum eſt. Paſſus ē aūt ſanct⁹martyr.3.id⁹nouēbris.

¶De ſancto mena ꝯfeſſore. XLIX

MEnas ꝯfeſſor in ſamnii ꝓuinncia claruit tēpore bti gregorii pape Qui ſolitariā uitam ducēs:nihil ad uſum ſuū niſi pauca apiū uaſcula poſſidebat.Huic cū longobardus quidam in eiſdem apib⁹rapinam uoluiſſet ingerere:prius ab eodem uiro uerbo correptus eſt:&mox p malignū ſpiritū ante eius ueſtigia uexat⁹.Sepe uero ex uicina ſilua uenientes urſi:fauū eius comedere conabant.Quos ille dephenſos:ferula quā portare manu ꝯſueuerat cedebat.Ante cui⁹ uerbera imaniſſime beſtie rugiebāt:& fugiebāt Et que gladios formidare uix poterāt:ex ei⁹ manu ict⁹ ferule ptimeſcebant. Omēs uero qui ad ſe charitatis gr̄a ueniebant: ad eterne uite deſideria accendebat.Et ſiquoꝝ culpas p ſpiritum agnoſceret:nunq̄ ab increpatiōe ceſſabat.Conſuetudinē uero eiuſdē loci icole fecerant:ut dieb⁹ ſingulis p hebdomadā unuſquiſq; ei oblationes ſuas tranſmitteret: ut eēt:quod ipſe ad ſe uenientib⁹offerre potuiſſet. Quidam aūt diues noie chartherius quandā ſanctimonialē rapuit: ſibiq; illicito matrimonio ꝯiunxit. Quod mox ut uir dei cognouit:eū per nuncios acrius increpauit. Cūq; ille ſceleris ꝯſcius ad eū accedere non auderet:ne forte ipm duri⁹ rephenderet: oblationes ſuas inter alioruꝫ munera ei miſit: ut eius dona neſciēs ſaltē ſuſciperet.Sed uir dñi tacitus ſedit:oblationes omēs ꝯſiderare ſtuduit:& quas chartherius miſerat p ſpūꝫ cognouit:ſpreuit:& abiecit: dicens ꝙ oblationes illius recipe nolebat:qui ſuam deo oipotenti accepat.Qua ex re actū eſt:ut pſentes quoq; timor inuaderet:cū uir dñi tā ſciēter de abſentibus iudicaret.Hic ſanctus uir poſt plurima pfectionis opa ad xpm migrauit.Hec greg⁹.3.dialogoꝝ.cap.26.

¶De ſancto uerano epo. L

VEranus eps apud ciuitatē gaualitanā galliaꝝ claruit tēpore imperatoris ualētis.Hic ex ipſi⁹urbis territorio nobilib⁹pentibus ortus:a puero deo deditus:diuinis litteris imbutus:adhuc iuuenis ſeculuꝫ dereliquit:& i eccleſia migmatēſi inuitis parentibus cleric⁹ fact⁹eſt.Et in uirtutib⁹ ꝓficiens ad ſacerdotalē ordinē aſcendit.Signis ꝗ; ingentibus & multis pollere cepit.Sed ꝓpter multos ad ſe ꝯfluētes: fugiēs mūdi gloriam:uno tantū aſſumpto comite ad ciuitatē gaualitanā deuenit: ubi dū eēt draco immaniſſim⁹:qui hoies & aialia deuorabat:ueranus orans ipm de ſpecu in quo latebat exire:ſeq; ſequi ꝯpulit:eūq; ſe ut catulum māſuetum ſectātē uſq; debroſonē deduxit:atq; ibidem terre uiſceribus introcluſit. Deinde in antro draconis eccleſiā dei genitricis edificauit:ibiq; deo ſeruire cepit. Veꝝ cuꝫ nec ibi etiam latere poſſet:nec ꝯtēplationi uacare:cū quibuſdam pegrinis romā pergētib⁹ inde diſceſſit.Venienſq; ebredunum multos egros ſanauit:& obſeſſos a demoniis liberauit.¶Profect⁹ inde cū iuxta pedem montis eū latrones cū ſociis ſpoliaſſent:& occidere uellent:unuſq; illoꝝ in capite uiri ſci enſem uibraret:ipſeq; ictū ꝯſtāter expectaret: brachium illius ſic extēſum imobile factū eſt: nec ſe aliqualiter amouere potuit:donec uiſo miraculo pdones penitentiā egerūt:& ablata cuncta reſtituerunt.Tunc quoq; ſanct⁹ uir ꝓ illo orauit:& ſic brachium depoſuit. Abeūtes quoq; inde latrones ſtrepit⁹ maximus q̄ſi arboꝝ decidentiū exterruit:& oēs i fugam ꝯuertit.¶Cū aūt romā peueniſſet: & clauarius eccleſiā bti petri nocte ei aperire nollet:ſubito repulſis repagulis hoſtia diuinitus cū magno impetu ſcō uiro apta ſūt: & eidē aditum pſtiterunt:propter quod miraculū a papa &pplo honorifice ſuſcept⁹ē.

¶Inde recedés & rauénā ueniens:énergumi
nos multos clamantes ſe a uerano torqueri:
ab obſeſſione demonū liberauit:egriſq; plu
rimis ſanitatem reſtituit.In mediolano quo
q;.xii.arreptitios ſanauit:& cecū quēdā illu
minauit:atq; mortuū unum ſucitauit.¶In
de albingā pgenſ:pluuiā aride terre atq; fer
tilitatē a deo obtinuit:in agris dūtaxat xp̄ia
noꝝ:fundis cūctoꝝ gētiliū in priſtina ſterili
tate relictis. Cum autē illi ſe idola deſertu
ros ꝑmitterēt: ſi ſimilē grām pcipe poſſent:
oratiōe ſci eoꝝ agri imbre pfundunſ:& ſta
tim tēpla deoꝝ ſuoꝝ ab eis euertuntur. Sed
cum dracone quēdam: quē ipſi adorabant:
ueranus de antro ꝑduxiſſet:& in flumie ſub
merſiſſet:omnē populū ciuitatis ad xp̄m cō
uertit:& in fide doctum baptizauit.¶Tran
ſiens autem alpes puellā a mortuis reuoca
uit:cecū quendā a natiuitate illuminauit:&
multos languidos diuerſaꝝ egritudinū cu
rauit.¶Demū ad ciuitatē gaualitanā appli
cans in eccleſia beate marie: quā conſtruxe
rat manere cepit.Ad cuius preces ualens de
tentos quoſq; in carceribus relaxauit. Poſt
hec defuncto antiſtite:ueranꝰ a rege & clero
ac populo i ep̄m electus eſt.Qui officio ſuo
ſtrenue adminiſtrato omi ſcitate pfectus cla
ruſq; uirtutibꝰ i pace quieuit.3.idus nouem
bris. Cuius pheretrū oēs egri tāgentes ſana
ti ſunt. ¶ Veꝝ dum eēt q̄ſtio iter ciues ubi
nam corpꝰ eius ponerēt:an in cathedrali ba
ſilica an i ea quā fecerat eccleſia extra urbē.
Leuato pheretro ſubito palliū quo corpus
erat opertum in aere ſe tollēs:funuſq; prece
dens uſq; ad flumē durētie cūctos deduxit:
ubi dum populus uado ſimul ac naui care
rent:ſiccato repente fluuio: cūctiſq; p ſiccū
alueum tranſeuntibꝰ:palliū iteꝝ p aera po
pulum preceſſit:uſq; ad eccleſiā beate uirgi
nis:quā ſcūs edificauit:ubi dum ſubſtitiſſet
corpus eiꝰ ꝯdigno tumulatum eſt honore.

¶De ſcō achia propheta. LI.

Achias ꝑpheta de ſilo claruit i re
gno iſrael tpe hieroboā regis.x
tribuum iſrael. Cū enim hiero
boā ſuus ſalomōis ꝯtra eum re
bellaſſet:& de hieruſalē egreſſuſ
eēt:inuenit eū achias ꝑpheta in agro: indu
tus pallio nouo:qui ſcidit palliū in.xii.ſciſ
ſuras deditq;.x.ptes hieroboam dicēs:ꝙ ita
dn̄s deus traderet ipſi.x.tribꝰ iſrael poſſidē
das:eo ꝙ ſalomon reliquiſſet dn̄m & idola a
doraſſet:duas autē tribus tantū dimitteret
roboam filio ſalomonis:ne regnū ex toto de
domo dauid tollereſ: iuxta ꝑmiſſionē ei fa
ctam a deo.¶Poſt mortē autē ſalomōis oīa
que achias predixerat euenerūt.Nā.x.tribꝰ
iſrael hieroboaꝫ i regē aſſūpſerūt: qđ dictū
eſt regnū iſrael:due uero tribꝰ.ſ.iuda & be
niamin roboā filio ſalomonis adheſunt: qđ
dictum ē regnū iuda.¶Cum autē hierobo
am rex iſrael duos uitulos aureos fabricaſſꝫ
& oēm populū ad ipos adorādos ꝯpuliſſet:
filius quoq; eius abia grauiter egrotaſſet:
miſit hieroboaꝫ uxorē ſuā alieno habitu ne
cognoſcereſ idutam ad achiam ꝑphetā in ſi
lo:ut indicaret ſibi qđ futuꝝ eēt de puero.
Cuius aduētū propheta dn̄o idicante cogno
uit:cum oculi eiꝰ ex nimia ſenectute caligaſ
ſent.Et ſtatim mulierē limē hoſtii igreſſam
uocauit ex noīe:eiq; mortē filii pnunciauit:
atq; omnē domum hieroboam ꝑpter idola
trie crimē exterminādā pdixit. Et ſic omnia
ut ipe predixerat ad litterā ꝯtigerūt.Hic ut
dicit comeſtor uidit in ſpiritu populū ꝯcul
cantem iuga boum:& pdixit ſacerdotes con
culcandos a populo.Hic etiā ſalomoni pre
dixit:ꝙ euertēdus eēt a mulieribꝰ. Quieuit
autē ſcūs ꝑpheta in pace: & ſepultus ē i ſilo
iuxta ilicem pridie idꝰ nouēbris:ut ioſephꝰ
& hieronymus tradunt. Hec ex.3.libro re
gum ca.xi.&.xiiii.

¶De ſcō martino papa & martyre. LII.

Artinus papa & martyr huiꝰ no
minis primꝰ de ciuitate tuderti
na ꝑuicie tuſcie:theodoro papa
prio i ep̄atu romano ſucceſſit.Se
ditq; annos.vi.menſem unū dies
xxvi.Huius tēpore paulus ꝯſtātinopolitanꝰ
ep̄us:ꝯſtātini ipatoris.iii.brachio fultus ad
uerſum eccleſie rectū dogma ſurrexit:duas
uoluntates aut opationes diuerſas i xp̄o diſ
finiēs ꝯfiteri.Qua de re martinus papa eidē
legatos deſtinauit: ꝯmonēs eū ut ab hereſi
ſua diſcederet:alioqn ꝯtra ipm procederet.
Qui ab impatore ad ſuaſionem pauli ep̄i di
uerſis pſecutionibꝰ afflicti ſunt:& quidā eo
rum i cuſtodiā detruſi: alii in exilium miſſi:
alii uerberibꝰ ſubmiſi. Quaꝑpter martinus
ep̄s rome cōcilium.105.epoꝝ celebrauit: in
quo paulū patriarchā tanq̄ hereticū damna
uit:& ab ep̄atu depoſuit.¶Tunc ipator cō
ſtantinus miſit olympiū ducē & exarthlim
cubiculariū ad regēdā italiā:& predictā he
reſim ꝯfirmādā.Qui olympius ut ab ipato
re ſibi iuſſum fuerat: miſit ſpathariū ſuū ad
papā occidendū.Spathariuſ aūt inuenit eū i
eccleſia ſcē marie maioris celebrātē i altare
qđ diciſ ad preſepe.quē dum gladio extin
guere nitereſ: diuina benignitate cecitate p
cuſſus:eum uidere non potuit:Hoc audiens
imperator martinū papā a theodoro & pel
luro ab eo miſſis:detentum ꝯſtantinopolim
adduci fecit:quē in exilium cherſonā miſit:
ubi martyrio uitā finiuit pridie idus nouem
bris.Corpus aūt eius romā trāſlatum: & in
eccleſia eius nomini ꝯſtructa: que diciſ ſci
martini i montibus ſepultū eſt. Et ceſſauit

epiſcopatus dies uigintiocto.

¶De ſancto emiliano epo. LIII

EMilianus eps apud ſcotiam claruit. Qui ex eadem inſula oriundus: dño a puerilib⁹ annis militauit. Et dũ eēt omniũ ore laudabilis ad ſacros ordies ꝓmot⁹: opante dei gratia pontificatus ſuſcepit officium: qui ꝑ annos plures epatu optime & deuote adminiſtrato: apoſtoloꝝ limina mare tranſfretato pegrinus uiſitauit: & rediens ad patriam ſuã: & dũ eēt in itinere apud fauentiã graui langore decubuit. Et poſt dies modicos feliciter a ſeculo migrauit pridie idus nouembris. Cui⁹ corp⁹ ciues fauētini iuxta eccleſiaꝫ ſancti clemētis extra muros urbis ſepelierunt. ¶Tēpore ꝓcedente duꝫ ciuitas ipſa a liprando rege longobardoꝝ depopulata & deſtructa fuiſſet: corp⁹ ſcī epi dudũ incognitum manſit. Veꝝ tēpore comitis bernardini & theodolende eius uxoris reparata ciuitate cumulũ feni ſupra ſepulturã ſancti corporis: qđ erat oĩo icognitũ ꝯſtitutũ eſt Vbi die quadã duob⁹ inuicē ꝯfabulantibus unus eoꝝ magnũ colaphũ ſe accepiſſe ꝯqueſtus: ſc illud a ſocio recepiſſe putabat: dũq; ille negaret: mai⁹ ſubito colaphum recepit. Hoc idē refundēs in ſocium aio uindicandi. Quod dũ iteꝝ ille feciſſe negaſſet: nec pcuſſor inueniri potuiſſet: cognito miraculo: relatio comiti facta eſt: qui diuinũ quicq̃ ibidem latere arbitrans: ſublato feno locũ effodi mandauit: ubi ſacꝝ corp⁹ cũ epitaphio: i quo pdicta ꝯtinebant: inuenit: & de cadauere ſancto mira fragrantia erupit: quod inde leuatũ ad eccleſiã ſcē marie itra menia ciuitatis delatũ: ibiq; cõdigno honore ꝯditũ ē: ubi miraculis coruſcat.

¶De ſancto hor abbate. LIIII

HOr abbas fuit habitator montis nitri deſerti egypti. De quo fert: ꝙ nunq̃ mētitus ſit: nũq̃ iurauerit: nulli maledixerit: nec ſine aliqua neceſſitate locutus fuit: ut dicit heraclides. Et hiero⁹ dicit de eo: ꝙ fuit apud thebaidem nonagenarius uenerabilis ſenex: qui ignorans lrãs oblato ei codice oratione pmiſit: & ſtatim infuſa ipſi grã ſubito legere cepit: ac deinde litteras nouit. Hic etiã pane angeloꝝ triennio uixit: quē ei poſt biduum ꝯtinue angel⁹ miniſtrabat. Fratres quoq; ſecũ morantes ſepe noctu uigiles angeloꝝ cantus & hymnos audiebãt. Qui etiã multa milia hominũ ad chriſtum cõuertit. ¶Quodam tēpore demones ad eũ in ſpecie militie celeſtis aduenerunt: & regem excelſum ſecum deduxerũt: quē xp̄m eſſe aſſerentes ip̄m adorarũt: & tam rex q̃ circũſtantes illum adorandũ abbati hor ſuaſerunt. Cum autem ille diaboli figmenta dubitaret: & ſe quotidie regem ſuũ adorare diceret: nec eē op⁹: ut ad hoc ipſi xp̄s corporaliter apperet: protinus illuſio euanuit. Sanct⁹ autē hor in pace quieuit pridie id⁹ nouēbris.

¶De ſancto brithyo epo. LV

BRithyus eps turonēſis ſucceſſor fuit ſancti martini epi: qui prio iuuentutis tpe eius fuit diacon⁹: plurimũq; eius emulus: eo ꝙ a btõ uiro aliqñ redarguebat: cũ iuuenilia ſequebatur. ¶Cuꝫ eni quidã infirmus ſanctũ martinũ quereret: ut medelã ab eo expeteret: brithy⁹ illum ei oñdit: eumq; amentē & deliꝝ appellauit. Cum aũt eger a martino poſtulata obtinuiſſet: eps brithyũ aduocans: redarguit: quia eũ deliꝝ dixiſſet: qui ꝑ uerecundia ſe hoc dixiſſe negabat: ſed martinus aures ſuas ad os eius: cũ hoc dixiſſet: habuiſſe affirmabat. Predixit autē illi a deo obtinuiſſe brithyum ſibi i epatu ſucceſſurum: ſed multa eũ aduerſa paſſuꝝ: quod magis adhuc brithy⁹ irridebat. ¶Poſt mortem igit̃ ſci martini brithy⁹ in ep̄m electus: orõni uacabat: & licet adhuc ſupbus tamen erat corpore caſt⁹. Anno aũt epatus ſui. 33. mulier quedam religioſe ueſtita: que eius ueſtimenta lauabat: ꝯcepit: & filium pepit. Tunc omnis populus cũ lapidib⁹ ad ianuã ꝯgregatus cõtra ep̄m exclamabãt: & crimē ei obiiciebant. Ille aũt uiriliter negans: iuſſit ſibi infantē adduci. xxx. ab ortu dies habentē. Quē ꝑ filium dei adiurauit: ut ſi fili⁹ eius eſſet: coram cunctis ediceret. Infans uero diſerta lingua rñdit: ꝙ nõ erat brithyus pater ſuus. Populus autē inſtabat: ut quereret: quis pr̃ eius eēt. At ille dixit: hoc ad ſe nõ pertinere: ſatiſq; feciſſe quod ſuum erat: Populus aũt hoc totum magicis artibus attribuebat: & cõtra ep̄m furibũdi clamabãt. Tunc ille ad ſui purgationē prunas ardētes in byrrho ſuo uſq; ad ſepulturã ſci martini deportauit: quib⁹ abiectis byrrhũ inuſtum apparuit. Dixitq;: ꝙ ſicut ueſtimētum illud ab igne permãſerat illeſum: ſic corpus ſuũ a ꝯtactu mulieris erat mundũ. Adhuc autē populus non credens ep̄m ꝯtumeliis & iniuriis afficiunt: & a ſede ſua eiiciunt: ut uerbũ quod ſanctus martinus dixerat impleretur. Tunc brithy⁹ flens papam adiit: & ſepteꝫ annis in urbe permanens: quicquid in ſanctũ martinum deliquerat: penitēdo deleuit. Turonici autē iuſtinianum in ep̄m preficiunt: & romã ꝯtra brithyum mittũt: ut epatum ſibi contra brithyum defenſaret. Quo cũ tenderet iudicio dei in ciuitate uercellēſi obiit peregrinus. Populus autem armentium in loco illi⁹ ſubſtituit. Anno autē ſeptimo ſue peregrinatiõis brithy⁹ cũ auctoritate pape

ad ſedem ſuã reuerſus eſt.Et dũ.vi.ab urbe miliario hoſpitaret̃:armẽtius eadẽ nocte ſubito expirauit. Quod brithyus p̃ reuelationẽ cognouit:ſuiſq; precepit ut ſurgerent: & ad tumulãdũ turonẽſes põtificẽ ꝓperarent. Et cũ p̃ unã portam ciuitatis ingrederet̃:ecce ille p̃ aliam defũctus efferebatur.Quo ſepulto brithyus ſedem eccleſie ſue reaſſũpſit &.7.poſtea uiuẽs annis laudabilẽ uitam duxit.Et ſic.47.ep̃atus ſui ãno in pace quieuit idib⁹ nouẽbris.Sepultus turoni.

¶De ſcõ homobono ↄfeſſore. LVI.

Homobonus ↄfeſſor apud ciuitatem cremonẽſẽ claruit.Qui mediocribus parẽtib⁹ ex ip̃a ciuitate ꝓgenitus:ab ineunte etate negociator fact⁹:lucris tẽporalib⁹ inſtudebat.Sed oĩpotẽs de⁹ ip̃m ſatis adhuc iuuenẽ a ↄtubernio puerſe miſereq; negociationis: uocauit ad officium beate ↄtẽplationis.Qui ↄmercia deſerẽs tẽporaliũ: mercator effectus ẽ regni celoꝝ. Quod ip̃e furat⁹ ẽ p̃ fidem:rapuit per pniam: mercatus ẽ per elemoſynã:uocatus per grãm:ſecutus ẽ per obediẽtiam & op̃ationẽ ſcãm. Fuit aũt adeo miſericors pater paupũ:& in tantũ circa eos ſolicit⁹: ꝙ ſubtracta ſibi ſuiſq; neceſſaria ea familie ſaluatoris erogabat.Fuit eni catholicus in fide:patiẽs in tribulatiõe:aſſiduus in oratiõe:ſobrie in ſemetip̃m:iuſte ad ꝓximũ; ꝓprie uixit i deus. Cũ aũt ueniſſet hora ei⁹: ut de uia feſtinaret ad patriã:dum ip̃e i oratione uſq; ad horã diei primã ſ̃m ↄſuetudinem i eccleſia pnoctaſſet:ab itroitu miſſe manibus iũctis: genib⁹ terre ↄfixis: ꝓſtrauit ſe ante crucis uexillũ:& dum gloria i excelſis deo cantaret̃:ad inſtar uiuẽtis i oratiõe proſtratus emiſit ſpiritũ.Et cum ſe ad euãgeliũ nullatenus eleuaret: obiſſe a circũſtantib⁹ dep̃hẽditur:& anno dñi.1196.idib⁹ nouẽbris ſepulture deuotius ↄmẽdatur.Ad cuius tumulum demõia ab obſeſſis corporib⁹ eiiciũtur:& oẽs languidi a diuerſis infirmitatib⁹ liberantur.¶ Cũ autẽ homobon⁹ adhuc in carne uiueret: quedã mulier bergomẽſis ab imundo ſpiritu uexabat̃: p̃ cuius os demon clamabat: a nemine ſe inde eiiciẽdus niſi ab homobono cremonẽſi. Sed null⁹ eũ intelligere poterat: q̃a adhuc de ſcõ uiro nulla opinio diſcurrebat.Sed poſt ei⁹ obitum miraculis ip̃i⁹ a pentibus demoniace intellectis: mulier ad tumulũ uiri dei ducit̃: & protin⁹ liberatur.

¶De ſcis qnquagita ſapiẽtib⁹ mr̃ib⁹.LVII

Quinquaginta ſapiẽtes mr̃es apd alexãdriã paſſi ſunt ſub maxẽtio ip̃atore.Qui cũ ex diuerſis partibus ab eodem ceſare congregati fuiſſent:ut cum beata catharina uirgiñe ↄclonatrice diſputarent: ſicut dicet̃ infra in ei⁹ paſſione.7.cal.decẽbris:& ſacta uirgo a ſcõ repleta ſpiritu: ſua illos facũdia ſupaſſet.Protinus ad xp̃m ↄuerſi ſunt: & ſe catharine orationib⁹ ↄmendarũt.Quos maxentius iratus iuſſit in medio ciuitatis igne cremari. Cũ aũt illi iã ex his que uirgo p̃orauerat:in fide xp̃i edocti eẽnt: & baptiſmũ ſolicite expeterẽt:admonuit illos uirgo dñi nihil heſitare:cũ in ſuo forẽt ſanguine baptizandi.Qui benedictiõe ſcẽ uirginis accepta: ſignãtes ſe ſignaculo ſcẽ crucis:& i eadem ſi dei ↄſtantia unanimes pſeuerantes: ſ̃m ceſaris decretũ i ignẽ miſſi:ita dño aĩas reddiderunt:ut nec corpora illoꝝ:nec capillus: nec ueſtimenta aliqualiter aduſta fuiſſent.Quo miraculo plurimi paganoꝝ cõuerſi ſunt: & corpora martyꝝ rapiẽtes i eadem ciuitate ſepelierunt idib⁹ nouẽbris.

¶De ſãctiſ archadio paſchaſiõ & ſociis martyribus. LVIII

Archadius:paſchaſius: prob⁹:& eutychianus apud aphricã paſſi ſunt ſub gerſerico rege arriano. Qui ex hiſpania oriũdi apud eũdem regẽ chari clariq; hẽbant̃. Et cum ex ei⁹ ſuaſione arriane pfidie cõſentire nollẽt:primo quidẽ ab eo ꝓſcripti:deinde in exiliũ acti: poſtmodũ aũt atrociſſimis ſuppliciis cruciati:nouiſſime diuerſis mortibus iterẽpti illuſtri mr̃io occubuerũt.Cum his quoq; erat & puer ✝ paulin⁹ noĩe frater eutychiani & paſchaſii: qui cum ſimiliter a profeſſione catholice ſidei pturbari nõ poſſet:diu fuſtibus ceſus & ad ĩfimã ſuitutẽ dãnatus:pro xp̃i noĩe martyrio coronatus eſt. Quoꝝ omniũ paſſio recolitur idib⁹ nouembris. Hec ado in martylogio ex dictis hieronymi ſumpto.

¶De ſcõ ſerapiõne martyre. LIX.

Serapion martyr apud alexãdriã paſſus ẽ ſub decio ceſare. Quem perſecutores domi ei⁹ repertũ: crudeliſſimis affecerunt ſuppliciis.Ita ut ei omnes iũcturas mẽbroꝝ prius ſoluerẽt.Deinde ip̃m de ſuperioribus precipitauerũt.Sicq; colliſo capite & excuſſo cerebro xp̃i martyr efficitur.18.cal. decembris.

¶De ſcõ uenerando martyre. LX.

Venerandus martyr apud trechaſinã ciuitatẽ paſſus ẽ ſub aureliano ip̃eratore. Qui cũ eẽt fili⁹ ſabiani nobiliſſimi eiuſdẽ ciuitatis gentilis:ex curioſitate pſalteriuꝫ xp̃ianoꝝ legebat.Cum aũt uerſus illũ. Aſpges me dñe iſopo & mundabor ꝛc. nulla ratione itelligere poſſet:& ex hoc plurimũ anxiat⁹ eẽt:angelus dñi eidẽ appuit: & uerſũ

illum de baptiſmo xp̄ianoꝝ expoſuit: ac i ſi de xp̄i iuuenē īſtruxit. Sed cū exinde idola amplius adorare nollet: a p̄re nō modicum obiurgabaꝛ. Exiens aūt ciuitatē die quadā & ueniēs ad fluuium ſequanā: eidē xp̄us apparuit: & pfecte credentē in fluuio baptizauit. Deditq; illi baculum aridū: mandans ut ip̄m in terrā figeret: & ſignū uideret. Diſcedente uero dn̄o uenerand⁹ baculū fixit: mox q; flores & frōdes ꝑduxit. Quo uiſo miraculo. 8io. hoīes pagani ꝯuerſi ſunt. ¶ Audiens hec imꝑator aurelianus ad ipſam ciuitatem acceſſit: & ueuerandū teneri fecit: ac ſacrificare nolentē iuſſit eū ſup ſcamnū ferreū catenis ligari: ignēq; ſubterponi: oleūq; deſup iactari. Et dū intact⁹ ab exuſtione ꝑmanſiſſet: fecit eū in carcerē recludi: ubi xp̄o ei apparente ꝯfortaꝛ. Mane aūt imꝑator eū ligatum ad ſtipitē ſagittari fecit: ſed ſagitte i aere pendentes: in nullo ip̄m ledere poterant: una uero ex ſagittis ꝯuerſa retrorſum imꝑatorem uno oculo excecauit. Quē aurelian⁹ die ſequēti decollari mādauit. Veꝝ āteq̄ milites ad carcerem in quo detinebaꝛ ueniſſēt: ruptis uinculis & apto hoſtio xp̄i martyr p medios milites fugiebat. Illi uero martyreꝫ xp̄i uſq; ad flumē ſequanā inſecuti ſūt. Qui ſup aquā ſiccis pedibus ambulauit uſq; ad locū: ubi eū xp̄s baptizauit. Sicq; flumen ex alia ꝑte tranſiuit. Milites uero trāſuadantes illum ꝑcutere nō audebant. At ille eos hortabatur: ut ſibi iuſſa ꝯplerent: mādans ut de ſāguie ſuo iꝑatori deferrēt: de quo excecatū oculuꝫ liniret: & ſic lumē recipet. Poſt hec aūt ſanct⁹ martyr ſuū dn̄o ſpiritū ꝯmēdauit & ꝑ ſe in quacūq; neceſſitate inuocātib⁹ exorauit. Factaq; uoce ad eum de celo: q ipſuꝫ dominus exaudiſſet: decollatus eſt. Cui⁹ corpus trūcatum ſe leuauit: & caput tollēs manibus ꝑ paſſus. 49. portauit: ibiq; cecidit: ubi & a xp̄ianis ſepultum eſt. 18. calē. decēbꝛ. Imperator uero de eius ſanguine oculum liniens lumen recuperauit.

¶ De ſcā ueneranda uirg. & mar. LXI

Veneranda uirgo apud galliā paſſa ē ſub aſclepio p̄ſide. Hec fuit filia agathonis & polite ei⁹ uxoris xp̄ianoꝝ de ꝑtibus galliarū. Qui. 35. annis in ꝯiugio ſine ꝑle manſerunt. Orōne tandē ad deū fuſa filiam obtinuerunt: quā p̄r uenerandā uocauit: eā q; ſacris litteris erudiri fecit: & ieiuniis aſſuefecit. Puella uero in ſanctitate uite ꝓficiens annoꝝ. 30. cepit uerbū dn̄i p̄dicare: & p annos. 9. iugiter xp̄ianos in ſide dn̄ica ꝯfortaꝛe. Anno autē etatis ſue. 40. romam uenit: & xp̄m annunciare cepit tp̄e imꝑatoris antonini. Prefect⁹ aūt antoni⁹ audiens q̄plures ꝓpter eius exhortationē ꝯuerſos: ipſi⁹ allect⁹ pulchritudine: ut occaſionē eā cognoſcendi captaret: cepit puellā ad deoꝝ ſacrificia inuitare. Quā ſacrificare ꝯtemnentē: iuſſit eā in terrā extēdi: & palmas ac pedes lignis affigi atq; neruis crudis uentrem ei⁹ cedi: lapidem quoq; magnū uix a quattuor uiris delatum ei⁹ uentri ſupponi. Orante uero ſcā lapis diuina uirtute longi⁹ abiiciꝛ: & claui de ipſi⁹ manibus & pedib⁹ ab āgelo euelluntꝛ. Quo uiſo miraculo multi gentiliū ꝯuertuntꝛ. Et dū baptiſmū expeterent: nube celeſti obumbrantꝛ: ac uoce de celo lapſa: imbre ſupno ꝑfuſi baptizanꝛ. Quos oēs p̄fect⁹ in xp̄i confeſſione iuſſit decollari. Sanctā autē uirginē in lebetē eneum aqua oleo pice ac ſulphure bullientib⁹ plenū imitti: & dieb⁹. 7. deſubter ignē iugiter miniſtrari: quib⁹ elapſis uirgo diuina gr̄a ꝑmanſit illeſa. Quod dū p̄fect⁹ ad uidendū accederet: aqua ebulliēs eū excecauit. Illa uero lutum ex ſputo fecit: & oculos eius liniuit: eiq; uiſuꝫ reſtituit: & ad xp̄m ꝯuertit. ¶ Inde accedens ad aliā ciuitatem xp̄m annūciabat: ibiq; a quodā alio imꝑatore nomie themio ꝯp̄hendiꝛ: & ingenti draconi: q omēs deuorabat: exponiꝛ: que ſigno crucis edito draconē diſcerpſit: demōe p aera horribiliter ꝑſtrepente. Sicq; rex ille cū oī populo ad xp̄m ꝯuerſus eſt. ¶ Deinde ueniēs ad tertiā ciuitatē a p̄fecto aſclepio detineꝛ: a quo i lebetē eneū pice & oleo liquētibus plenū mittiꝛ: ſed orōne idē illeſa educiꝛ: fracto quoq; mox lebete p fruſta plures de aſtātib⁹ paganis letaliter ꝯburunꝛ. Hoc uidēs aſclepi⁹ uenerandā decollari p̄cepit: que ad paſſionē ducta: dū ꝑ cūctis ſe inuocantib⁹ exoraſſet: audiuit uocem de celo ſe fuiſſe in oīb⁹ exauditā. Sicq; ꝯuerſis ad xp̄m 990. uiris capite ceſa eſt: cui⁹ corp⁹ xp̄ianus quidā noīe antimus rapuit: & ip̄m uenerabiliter ſepeliuit. 18. calē. decēbris.

¶ De ſcō eugenio ep̄o & martyre. LXII

Evgenius ep̄s & mꝛ apud ciuitateꝫ piſius paſſus eſt. Qui cū eēt diſcipul⁹ bt̄i dionyſii ep̄i piſiēſis ab eodē toletan⁹ pōtifex ordiat⁹ & ad ipſam urbē p̄dicatiōis gr̄a miſſus eſt. Et poſtq̄ ibidē multitudinē populi ꝯuertiſſet: deſiderio uidendi magiſtrū uehemēter accēſus piſius rediit. Cū autē ꝑueniſſet ad locū quendā noie diolū: q a ciuitate piſiēſi q̄ttuor milibus diſtat: a paganis tētus: & ab eiſdē in ꝯfeſſiōe nois xp̄i decollatus eſt. Corp⁹ quoq; ei⁹ in flumine beraſii ꝓiectū eſt: ne a xp̄ianis inueniretꝛ. Quod licet diebus plurib⁹ elapſis delituiſſet: nulla corruptione uiolatū eſt. Poſtq̄ aūt gentiliū pſecutio ceſſauit: ſanct⁹ martyr cuidā hercoldo ipſius uille languēti in ſōnis appuit: & ip̄m ab īfirmitate liberauit: atq; ut ip̄m ſepeliret

cõmonuit. Ille uero ad corpꝰ accedẽs: illud ac ſi ea die fuiſſet decollatum inuenit: quod plauſtro impoſitũ ad monaſteriũ ſci dionyſii deferre curabat. Sed diuino nutu bubꝰ ultra uiri predium ꝓcedere nõ ualẽtibus: ipm ibidem ſepeliuit: eccleſiam deſup edificauit ubi & ad pñs quieſcit: miraculis eluceſcens qui paſſus eſt. 17. calẽ. decẽbris.

¶De ſancto eugenio epo. LXIII

EVgenius eps ceſarieñ apud eandem ciuitatẽ uita & ſapia luculẽta floruit: q origenis auditor fuit: & eiuſdẽ eiꝰ magiſtri atq; pãphili martyris bibliothecã corruptã labore multo in mẽbranis reſtaurare conatus ẽ. Feruntur etiã uarii multiplicesq; tractatus: quos noſſe nõ eſt facile oibꝰ: q & apud ipſam ceſaree ciuitatẽ in pace quieuit: Hec hieroꝰ libro de uiris illuſtribus.

¶De ſancto machuto epo. LXIIII

MAchutus eps: ut ait ſigibertꝰ: tpe iuſtiniani impatoris in britannia claruit: qui pentibꝰ generoſis ortus eſt matre iã plus q̃ ſexagenaria: que ſoror fuit aimonis fris ſãcti epi ſampſõis. Hec eni ad monaſteriũ: qd dr caruamia ex deuotiõe cũ eẽt ꝑgnãs deueniẽs: filiũ machutũ ſiue madoniũ futurꝝ monachũ enixa ẽ: quẽ ſcũs brandanꝰ ipſiꝰ loci abbas baptizauit: & educauit: ſibiq; a pentibus ꝯmendatũ ſacris lr̃is erudiuit: ac monachũ ſuũ fecit. ¶Hic dũ eẽt adhuc puer die quodã cũ ceteris pueris i littore ludebat: & ab aliis ſecedẽs dormitauit: creſcẽteq; mare cuncti pueri receſſerũt: & machutũ dormiẽtẽʒ dimiſerunt. Fluctus itaq; locũ: ubi puer dormiebat circũdãtes q̃ſi inſulã dimiſerũt: littꝰ quoq; diuinitꝰ adeo creuit: ꝙ inſula modica q̃ſi mõticulꝰ effectꝰ: ne maris elationes ſup ſoporatũ pueꝝ: & circa ipm poſſẽt aſcẽdere: defenſauit. Qui qdẽ mõticulus a mari circũdatꝰ in teſtimoniũ miraculi ibidẽ manet uſq; in diẽ hodiernũ. Excitatus aũt puer & ſe ab undis circũdatũ uidens: ac timẽs ualde: orõni ſe ꝯtulit. Cũ aũt a ꝯdiſcipulis brãdanus audiſſet: ꝙ pueꝝ ſoporatũ dimiſiſſẽt: ꝓ puero heſitãs orare cepit: cui angelꝰ quõ deus illũ ſuauerat reuelauit. Illeq; ad littꝰ ueniens: pueꝝ in inſula uidit: & cũ nauicula illũ ad ſe deferri mãdaſſet: puer uſq; in craſtinũ ſe ibi dimittendũ rogauit: pſalteriũ tñ ſuũ ad legẽdũ ſibi mittẽdum poſtulauit: qd dũ illuc detuliſſẽt: iubẽte puero ſup ſaſcẽ alice illdꝰ poſuerũt: ipmq; alica ſup undas ad machutũ detulit icorruptũ. Sequenti uero die puer nauicula ad monaſteriũ delatꝰ eſt. ¶Quodam mane dũ brandanus ad matutinum ſurrexiſſet: & lumie carẽs puero iuſſiſſet: ut carbones ad laternaʒ accẽdendã ſibi ex coquina deferret. Machutus ad coquinã deſcendit: & cũ nõ haberet quicq̃ patum in quo carbones tolleret: in ſinu prunas detulit: & ueſtis eius oino inuſta pmãſit. ¶Temporis proceſſu ipſe i epm ſublimatus ẽ: qui miraculis clarebat. Qui etiã cũ beato brandano pluribus ãnis p mare nauigauit: iſulã imã: que paradiſus dicitur exquirẽtes. Sʒ eã minime iuenire ualentes icolumes ad ꝓpria redierunt: ut dictũ ẽ ſupra i legenda ſci brãdani. 18. cal. iulii. Eodẽ itaq; tẽpore dũ i maris oceani iſula quadã: ſepulchrum mire magnitudinis reppiſſent: & mirãtes illud an alicuius hõis eſſe potuiſſet: machutus orationẽ ad deum fudit: & gigantẽ nimie proceritatis iacentẽ i tumulo ſuſcitauit. Qui gẽtilẽ ſe eẽ dixit: & ad inferna dãnatũ. Sed baptizatus a machuto pedibꝰ p mare uadãdo nauẽ fune trahere cepit: ut optatã inſulã iuenirẽt: ueꝝ tẽpeſtate maris redire coacti: dũ ad gigãtis inſulã reuerſi eẽnt. Ille iteꝝ obdormiuit i pace. ¶Hic etiã die ſcõ paſche celebrata miſſa mortuũ alteꝝ ſuſcitauit: qui mox excitatus uinũ in potũ a ſcõ poſtulauit. Cũ aũt papſide marmorea aqua ſcõ epo oblata eẽt: ipẽ ſigno crucis aquã ꝯuertit in uinũ: & marmorem mutauit in uitrũ. ¶Ruſticus quidã lapidẽ iaciẽs: ſuem cãu oppſſerat: timẽſq; ne a dño ſuo ex hoc uapularet: nimium deplorabat. Sed uir dñi ſuperueniẽs ſuem illico ſuſcitauit. ¶Deniq; pp ciuiũ ſuoꝝ iprobitatẽ britanniã deſuit: & in aquitanie plaga cũ cenobitis pmãſit: ubi dũ aſinum monaſterii ligna deferẽtem lupꝰ deuoraſſet: ad nemꝰ accedens lupũ inuenit: & in ꝯtinẽti diuinitꝰ adeo mãſueſecit: ut cũ monachis domeſtice habitaret: & aſelli onera cũcta de cetero baiularet: eiuſq; opa pficeret. Qui & in pace quieuit: xvii. cal. decẽbris.

¶De ſcis felice epo & ſociis mr̃ibꝰ. LXV

FElix eps cũ ſociis. 30. mr̃es apud nolam cãpanie citateʒ paſſi ſunt. Hic enim a. xv. etatis ſue ãno miraculoꝝ iſignis glorie fuit. Et ad dcẽ ciuitatis põtificiũ pueniẽ meruit. Qui & ſub pſide martião cũ prefatis ſociis: 30. capitis abſciſione pro xpi nois cõfeſſione mr̃ium cõſumauit. 17. cal. decembris: ut ait ado.

¶De ſcõ fidentio epo & mr̃e. LXVI

FIdentius eps armenius & martyr paſſus ẽ apud ciuitatẽ altinũ ſub tẽpore maximiani ipatoris. Qui cum pleriſq; xpianis detentus: & pfecto pñtatus: dum oia idola diceret eſſe demonia: primo diebꝰ pluribus in carcerem recluſus eſt. Deinde eductus & in ligno ſuſpenſus ungulis ferreis in lateribꝰ laniatus uſq; ad oſſiũ nudationẽ: cũ hec oia

ꝯſtãtius toleraſſet:itẽ𝔭 i ergaſtulo uiculat⁹ eſt. Et appente ſibi xp̄o ip̄mq; ꝯfortante ab oibus plagis ſanatus eſt. Cuſtodes uero carceris: dum nocte illa uoces cantantium audiſſent:p foramẽ aſpiciunt: & multos cũ eo in albis pſallẽtes uiderunt. Quod dũ p̄ſecto nunciaſſent:illeq; ad foramẽ carceris ueniẽs hoc idẽ uidiſſet:& xp̄ianos magicis artibus illuc introiſſe putaſſet:locum armatis circũdauit:ut nullus euaderet:aptoq; carcere ſolum ſidentium iuenerunt:quẽ fame afflictũ itẽ𝔭 eduxerunt:& mandato p̄ſecti cum ſacrificare nollet:in ignẽ copioſum uinctum miſerunt:ubi orãs emiſit ſpiritu3. Corp⁹ uero oino ab igne pmanſit intactũ:ꝗ paſſus ẽ. xvi. calẽ. decẽbris. ¶Tẽpore ꝓcedẽte i uilla pulcerarie duob⁹ bubulcis laborantibus:& ad prãdium uiciſſim ſe uelle ire dicẽtibus. Audita eſt uox dicẽs:nõdũ eẽ horã prandendi: qui nemĩe uidentes ſtupefacti:dum eande3 uocẽ iterato audiſſent:& tertio quaſi pauefacti abirent:audierũt eandẽ uocẽ dicentẽ ut irent:quia iã hora eẽt:& ꝙ hec ep̄o ſignificarent. Illi uero paduam accedẽtes ep̄o paduano p̄dicta ſignificare curarunt. Qui orationẽ premiſit:& p ſenẽ quendam ei apparẽtem admonitus fuit:ut ad locum accederet: & corpus martyris iueniret. Venientes igit̃ ep̄s cler⁹ & populus:& terrã ſex paſſib⁹ effodientes: inuenerunt arcã marmoreã cũ corpore ſancto:& tabulã ſcriptã ꝯtinentẽ. Hic eſt corp⁹ ſancti ſidẽtii ep̄i & martyris:quod naui imponentes:ut paduã deferrent: cũ ſero factum eẽt:& naute quieſcere aliquantulum decreuiſſent:excitati diluculo: ut abirent:inuenerunt ſe iuxta portã eſtenſem:uolentes autẽ arcã de naui educere:nequibãt. Tunc apparuit pauper cum curru hortans illos:ut arcam ſecure plauſtro imponerẽt: & uaccis dimitterent portandã:ubi deo placitum eſſet. Quod illi facientes: & currum ſequentes circa padue cõfinium iuxta eccleſiam ſancti thome poſitum in uilla campanie meiadini uacce ſubſtiterunt:ibiq; arca3 depoſuerũt:Et ſtatim pauper cum curru & uaccis diſparuerunt:ibi ergo ſepulto corpe eccleſia deſup edificata eſt. Sed ram⁹ querci quẽ bubulcus ille i curru poſuerat:ut uaccis umbrã faceret:ab eo ibidẽ plantatus in quercũ maximã illico excreuit:ibiq; manet uſq; in preſentem diem.

¶De ſancto eucherio ep̄o. LXVII

EVcherius ep̄s apud lugdunum ciuitatẽ claruit tp̄e ualentiniani ſecundi impatoris:hic nobili ſenatorum genere ort⁹ habitu religiõis aſſũpto ſeculoq; relicto dudũ i agro ſuo ſup flumẽ durẽtiã in ſpelũca recluſus xp̄o domino ſeruiebat. Defũcto uero lugdunẽſi ep̄o:dum cler⁹ & populus ꝓ diuina uoluntate requirẽda triduo ex more ieiuniis & orationib⁹ iſtarent: reuelatur eis per puer𝔭 eucheriũ ſenatorẽ eligendum:qui in tali degebat ſpelũca. Ad quẽ illi archidiaconũ & clericos miſerũt:ut eum adducerẽt. Qui cauſa eo𝔭 aduentus cognita: iurauit ſe ſpõte inde nõ egreſſu𝔭:unde effracta clauſura antri:ip̄m inuitũ & renitẽtem eduxerunt & ductum lugdunũ in ep̄m ordinauerunt. Cui⁹ uxor ✝ galla cũ duab⁹ filiab⁹ ſuis. ſ. ✝ ꝯſtantia & ✝ iulia:ad ſpelũcã ſci eucherii acceſſerunt:& ibidem incluſe de cetero deo ſeruierunt. Ipſe aũt uir dñi poſtꝗ impleuit miniſteriũ xp̄i feliciter ad xp̄m migrauit. xvi. cal. decẽbris. Hic ad quẽdam uarianum ſuũ propinquũ de ꝯtemptu mundi & ſecularis philoſophie epiſtolã ſcholaſtico ſ̃mone cõſcripſit. Sca𝔭 etiã ſcripturarũ obſcura queq; capitula diſſeruit:ut dicit gẽnadius.

¶De ſcõ eadmundo ep̄o. LXVIII.

EAdmundus archiep̄s cãtuarieñ. apud angliã claruit. Qui ex albẽdone uilla natus: ob reuerẽtiam ſci martyris eadmũdi: tali noie a matre uocatus ẽ. Cui⁹ pater eduardus de conſenſu ꝯiugis in monaſterio uitã finiuit. Mater uero ſci noie moabilia in ſcõ ſpiritualiter uixit:& filiũ a pueritia diſciplinis ſpiritualibus erudiuit: carnẽ ieiuniis domare:& uirginitatẽ ſeruare ſuaſit:quod ille ppetuo obſeruauit. Miſſus aũt pi̇ſius ad ſtudium breui tẽpore in artib⁹ magiſtrat̃. Sed a matre i extremis laborãte domum uocat̃: que filium ſuu3 bñdixit: eiq; quam uiderat uiſiõnẽ narrauit: ꝙ. ſ. uidiſſet eadmundum ſpineã coronam geſtantem: ſuis radiis uſq; ad ſidera protendentem. Defuncta uero matre iuuenis rediens uidit agrum nigerrimis auibus plenum efferentibus corpus teterrimum. Expoſuitq; ſocio: ꝙ ruſticus in ipſa uilla nuper defunctus fuerat:quem demões aſportabant. Qui & ita per omnia contigiſſe inuenerunt: ut autem perpetuam a uirgine glorioſa uirginitatem obtineret:eius imaginem ſculptam anulo ſubarauit:in quo angelica ſalutatio exarata erat. Qui quidem anulus poſtmodum i digito ipſius defuncti miraculoſe repertus fuit. ¶Cum aute3 filia iuuẽcula hoſpitis ſui pariſiẽſis ad ſe cognoſcendam illum ſepius impetiſſet:& ille eam plerumq; ſermonibus redarguiſſet:nolentẽ deſiſtere ſecreta hora ad eius ſtudium inuitauit:ubi eam ſpoliatã & aliquãtulũ flagello uerberatã corripuit. Aliã etiã ꝯiugatã dona ei plurima allectiua ad amorẽ offerẽtem ſpretis munerib⁹ ꝯminationibuſq; ei illatis:

ꝙ niſi ab iceptis deſiſteret:omia uiro ſuo pã
deret:a ſimili pulſatione ↄpeſcuit. Ad augẽ/
dum quoq; caſtitatiſ ꝓpoſitũ:omni tempore
uite ſue carnẽ cilicio domuit:& tẽpore qua/
drageſimali loricã plũbeam portauit. Ieiu/
niiſq; arduis carnẽ afflixit: feria.vi. ſemper i
pane & aqua ieiunauit:& aliqñ nihil potauit
nec ꝓpter ea aliqñ a ſtudio uel lectione ceſ/
ſauit. ¶ Quẽdam auditorẽ ſuum egenũ & e/
grotantem ad domũ ſuam detulit & humani
ter tractatũ uſq; ad ↄualeſcẽtiã eius curam
egit. Alium quoq; eius diſcipulũ in brachio
languentem:miraculoſe ſanauit. Cum autẽ
per annos.vi. i artib⁹ ſcholas rexiſſet:appuit
ei mater eius per ſomniũ: & tres circulos in
eius manus palma ſignauit in noie patris &
filii & ſpiritusſci. Qui mox excitatus ad ſtu/
dium theologie trãſiuit: in quo breui tẽpoꝛ
admodũ profecit: & factus magr̃ legere ce/
pit. Nocte quadam in ſomnis aſpexit ex igne
ſue domus.7.faculas educi. Et ecce mane.7.
eius auditores ſcholis relictis:ab abbate clu
niacẽſi:abducti & monachi effecti ſũt. ¶ Di
ſputator⁹ ſemel de trinitate: uidit p ſomnuz
colũbam de celo euchariſtiã ſibi in ore mit/
tentem:& excitatus mirabiliter diſputauit.
¶ Nocte quadã in ſõnis a diabolo ut ſibi ui
debaꝛ oppſſus:dũ crucẽ ſibi iprimere uellet
illeq; manũ ei⁹ teneret: adiurauit eũ p effuſi/
onẽ ſãguis xpi:ut ſe dimitteret:& ſtati dimiſ
ſus eſt. Audiuitq; a demõio malignos ſpirit⁹
nihil tantũ timere q̃tum adiurationẽ predi/
ctam. ¶ Igitur in ſcitate & doctrina ꝓficiẽs
a ſũmo pontifice legatus ordinaꝛ: ad uerbũ
crucis in galliis predicandũ. Quod quidem
officium ſolicite adminiſtrauit. ¶ Lomeſtre
autẽ predicãs: dũ iuuenẽ crucem aſſumere
uolentẽ uxor eius p pallium abſtrahere uel
let:manus eius ſtatim ↄtracta eſt. Que dum
una cum uiro crucẽ ab eadmundo ſumeret:
ↄtinuo ſanitatem recepit. ¶ In uilla quoq;
abſtrauo iuuenis ſimiliter cruce ſignari cu/
piens:ab amaſia abſtrahebatur: illaq; proti
nus excecatur. Sed orante ſcõ uiſum recupe
rauit:& pniam egit. Cum apud uigorinã p̃/
dicaret:& nubes aquoſa ↄſurgens populum
exterreret:uir dñi precepit nubi:ne uerbuz
dñi impediret. Statimq; pluuia populo di/
miſſo ad circuitum oium declinauit nemine
illoꝶ perfuſo. Nocte quadã ad ſtudium dor
mitauit:& candela accẽſa ſuper bibliaz ceci
dit:qui poſt horam excitatus: fauillã exſuf/
flauit:& librum omnino intactum inuenit.
¶ Alias etiã dum ad lumẽ ſtuderet: eodem
ſoporato uent⁹ lumẽ extinxit. Sed ille excita
tus nomẽ beate uirginis inuocauit: ſtatimq;
lucerna accenſa eſt. ¶ Apud antracem in pe
de grauatus: tres ſibi cruces i circuitu mor
bi ipreſſit:& ſubito ſanatuz ſe ſenſit. ¶ Cili/
cina femoralia ſua ex antiquitate delecta:al
eius cubiculario in igne poſita inuſta pmã
ſerunt. ¶ Poſt hec electus ẽ archieps cãtua
rienſis:qui licet diu recuſauerit tandem pr
cibus multoꝶ humiliter aſſenſit. In quo cu
mine poſitus humilitatẽ in omnibus preten
debat:uitamq; adhuc artiorẽ q̃ primo ſeru
bat:muneraq; omnio reſpuebat. Multas aũ
perſecutiones pro libertate eccleſie paſſus
a ſede ſua ſe abſentare ↄpulſus eſt. Sed ante
ſuũ diſceſſum quẽdaz febre laborantẽ aqu
benedicta ſolũmodo ↄſperſum ſanauit. Cle
ricum etiã ſuũ quendã quartana uexatũ miſ/
ſo in ore ipſius bolo murene a langore cura
uit. Quendam quoq; nobilẽ i genu guttam
patientem ſanitati reſtituit. Multa etiam fu/
tura prophetico ſpiritu predixit. ¶ Nocte
quadã eidẽ beatus thomas martyr appuit:
uolentiq; pedẽ eius deoſculari dixit: ꝙ cito
os ſuum oſculaturus eẽt:ipſius obitum i p
ximo uaticinãs. Egreſſus enim de anglia ad
monaſteriũ pontiniacũ ſe contulit: ubi uer/
bum dei annũcians modico tẽpore manſit.
Inde propter grauem egritudinẽ ſortianuz
delatus: ubi ſanior aer erat: predixit ꝙ tali
die illuc eſſet reuerſurus. Quod quidẽ eo de
functo & corpore eius põtiniacũ delato eue
nit. In ſortiano itaq; dieb⁹ aliquibus languẽs
ſumptis deuote eccleſiaſticis ſacramentis in
pace quieuit.xvi.cal. decembris. Die uero
qua predixerat: corpus eius pontiniacum ẽ
tranſlatum:& i eccleſia collocatũ: poſt dies
7.infra quos ſepulchrum ei⁹ parabaꝛ: icor
ruptũ omnino ac multũ redolẽs inuentuz ẽ:
& pluribus interim claruit ſignis:ubi cum
honore tumulatum ſeruatur. Ibiq; in mira/
culis uiuit.

¶ De ſcõ dionyſio epiſcopo. LXIX.

Dionyſius eps:ut habeꝛ libro.vi.
eccleſiaſtice hiſtorie apd alexan
driam i multis ↄfeſſionibus ſatis
clar⁹ effect⁹ ẽ. De quo & hiero/
nym⁹ libro de uiris illuſtrib⁹ di
cit ꝙ ſub heracla eiuſdẽ urbis epo cui & ipẽ
i epatu ſucceſſit:ſcholã tenuit: & iſignis ori
genis auditor fuit. ¶ Hic a pſecutorib⁹ tẽt⁹
dũ caput ſuum iudici offerret impatori ꝓ/
munere deſtinãdũ:in caſtro quodã deſti qd
ceſrõ appellaꝛ i exiliũ truditur: ubi gẽtiles
oẽs ciues erãt. Qui eũ primo hoſtili animo
excipiẽtes:tandẽ pars maxia eoꝶ ipſius uer/
bo & exẽplo ad xpm cõuerſa eſt. Quo a iu/
dice ↄpto: ad locũ aliũ pene ihabitatũ rele/
gat⁹ ẽ. Cũq; ad xpm multi xpiani ex locis ui
cinis ↄfluerent:dionyſius & cum eo caius &
petr⁹ diacões catenis uincti & dudũ crucia/
ti i qddã deſtũ bebie miſſi ſunt:ubi eos itine
re triũ dieꝶ uictos reliquerũt:qui tñ ab an/
gelo ↄfortati & ſoluti ſũt. ¶ P⁹ aliqd uero

tēpus dionyſius anno.12.galieni impatoris
reuerſus alexnadriam ꝯfect⁹ſenio quieuit i
pace.15.calē.decē bris.15. ãno ſui epatus.
¶Hic multa ꝓbatiſſima opuſcula ſcripſiſſe
traditur.Scripſit eni de penitētia lapſoꝝ ad
egyptios.Hortatoriũ de martyrio ad orige
nem.Itē aliud ad laodicēſes.Ad armenos de
patientia.Ad cornelium romanũ pontificem
ſcripſit plurima.Ad fabianuꝫ antiochenum
epm ſcripſit de his q ſub decio pricipe mar/
tyrii agones apud alexādriā paſſi ſunt. Scri
pſit & ad romanos epiſtolas de miniſteriis.
De pace.De penitētia ad quoſdā qui nouatū
hereticū ſequebant̄.Itē ad eoſdem alias du/
as ex quo ad fidem ꝯuerſi ſunt.Sed ad mul/
tos alios uaria & diuerſa ſcribens ſtudioſis
quibuſq; inſtructionū & doctrine copioſiſſi
mam materiā dereliqt. Scripſit & libros de
baptiſmo ad philemonē.Itē ad dionyſiū ur/
bis romane pſbyteꝝ.Itē ad romanū pontifi/
cem.Itē libꝝ de repromiſſionibus futuris.
Aduerſus celſum quendam epicuꝝ philoſo
phum:q ꝯtra nos libros ſcripſerat octo uo
luminibus rñdit. In euangeliū matthei.25.
cōmentarioꝝ libros edidit.In.12.prophetis
plurima cōmentatus eſt.Extant eius epiſto
le ad philippum imperatorem eiuſq; coniu
gē ſeuerā.Itē ad fabianū papā & plurimos
eccleſiaꝝ principes ꝓ catholica fide.Extant
& alie ad diuerſos ſcripte:quaꝝ centum nu/
mero ſcribit euſebius in libros digeſtos ſe
tradidiſſe memorie.

¶De ſcis ocyſello & uictoria mrib⁹. LXX

OCyſellus & uictoria martyres a
pud ciuitatē cordubā ꝓuicie hi/
ſpanie paſſi ſunt:qui poſt diuer/
ſa eis ſupplicia illata ob ꝯfeſſio/
nem nois xpiani uictoriā marty/
rii gladio cedente pcipere meruerunt:ibiq;
ſepulti colunt̄:ubi etiā ob ꝯmendationē pci
oſe mortiſ eoꝝ eodē die ipoꝝ martyrii roſe
orte ſinguliſ ānis diuinit⁹colligūt.Qui paſ
ſi ſunt.15.calē.decēbris.Hec ado.

¶De ſancto amano epo. LXXI

AManus eps apud aurelianū cla/
ruit tpe honorii impatoris : qui
btō euurcio in epatū eiuſdem ci
uitatis ſucceſſit.Ingreſſus aūt ci
uitatē poſtulauit cuidā exagrip
pino militū pfecto:ut uinculis ꝯpeditos re/
laxaret:quod dū ille facere renuiſſet : lapis
repente de turri decidit:& caput exagrippi
ni pcuſſit:quo pene exanime domū delato:
ſanct⁹aman⁹ad eū intrauit: & orōnē ꝓ ipſo
effudit:ſtatimq; ſanguis de cerebro manare
deſtitit.Ille aūt mox liberatus & penitēs:ut
ſanct⁹uir poſtulauerat:cōpeditos abſoluit.
¶Cū eccleſiā ſuā altius extolli faceret:me/
lius qdā ꝓtomagiſter de tecto lapſus q̄ſi in
extremis iacebat extinct⁹:ſed poſtq̄ ſanctus
eps eū tetigit:& p manū apphendit.cōtinuo
ſurrexit illeſus . ¶Poſt hoc aurelianēſis ci/
uitas ab attila gothoꝝ rege obſeſſa eſt. Cuꝫ
aūt ſupra muri aditum letanias cū reliquiis
ſanctoꝝ celebrans cū populo circuiret: ſa/
cerdos quidā a barbaris captus eū redargu
it dicens:ꝙ ſimilia in aliis ciuitatib⁹fecerūt
& nihil eis ꝓfuerat:quod cū ille dixiſſet:ꝓti
nus expirauit . Veꝝ dū gothi urbē ipugna/
rent:amanus muꝝ aſcendens:ꝯtra hoſtes ex
puit:& ſubito tant⁹ſup eos imber deſcēdit:
ut a dimittendo ꝑlio oīno cōpulſi ad caſtra
redierint.Dū autē eps ad eos exiuiſſet: & ꝓ
populo intercedens ab attila nihil penit⁹ob
tinere potuiſſet: ſed die ſequenti aduerſarii
urbē uiolenter intrātes plauſtra eoꝝ ſpoliis
onerarant.Amanus p ſpiritū arelatū delat⁹
etium patricium romanum in ſubſidiū con/
uocauit:qui ꝯcitus eodē die diuino nutu cū
exercitu ſuo illuc deueniēs:gothos inuadēs
expugnauit:ipſos de ciuitate maxima cede
fugauit.Deus aūt meritis ſui ſci oēs ciues il
leſos ꝯſuauit:ꝑter illos qui de meritis ama
ni diffiſi ianuas aduerſariis reſerarunt:quaꝫ
etiā uictoriam ubertas immenſa fructuū eſt
ſubſecuta.Quieuit aūt ſcūs in dño āno ho/
norii impatoris.12.15.calē.decēbris.

¶De ſcō gregorio epo turoneñ. LXXII

GRegorius turoneñ eps ordinat⁹
eſt āno iuſtiniani ſeptimo:ut ait
ſigibertus:in oibus clarus. Hic
de aluernia natus:dū per ptes il/
las tranſiret:& orta tēpeſtas atq;
tonitrua & fulmina oēs exterrerent : ipſeq;
reliquias quas ad collum gerebat tempeſta
ti oſtendiſſet:diuiſus nimbus a dextra ei⁹ &
leua iter illeſum ꝑtereuntibus dimiſit. Ipſe
aūt ex hoc aliquali inani gloria motus cōti/
nuo diuino iudicio de equo cecidit : & alli/
ſus diebus pluribus decubuit.Sicq; abinde
de propriis meritis non eſſe preſumendum
didicit.¶Anno igitur.172.poſt obitum ſan
cti martini cathedram turonenſem regendā
accepit:qui eccleſias plures conſtruxit:& li
bros plurimos compilauit : atq; ſignorum
mirabilibus claruit.¶In quadam enim uil
la cum domus pauperis ruſtici igne accen/
ſa eſſet:que aqua deficiente omnino extigui
non ualeret:ꝓductis de ſinu reliquiis igni
q; oppoſitis domum cum rebus omnibus
ab incendio liberauit. ¶In rhemenſi oppi/
do referendarium quendam ſigiberti : qui
diebus pluribus aure una ſurduerat : dum
ſermocinaretur:ad auditum clarū reduxit.
¶Apud pictauiū poſt orationē factaꝫ ad ſe
pulchrum ſci hilarii:dum radegūdem regi/
nam uiſitaſſet:& ipſi ambo diuinis colloqiis
mutuo inſtarēt:oleum qd ante crucem ſci hi

larii guttatim manare ꝯſueuerat infra unam horã in tantũ profluxit: ut ſextariũ exunda/ret. ¶ Et cũ inde diſceſſiſſet : & dicta regina in pace quieuiſſet: gregorius p nũcium req/ſitus ipam ſepeliuit. Hic ãnis. xii. ante beatũ gregorium papã magnũ eps factus: eo i põ/tificatu ſublimato romã adiit: & eidẽ in amicitia ꝯiunctus: ab eodem honorifice ſuſcep/tus & tractatus fuit. Cũ autẽ gregori⁹ papa gregoriũ epm uti ſtatura puſillum mirare/tur: tante uirtutis uirum : audiuit ab eodem uerſiculũ illum. Ipe fecit nos & nõ ipſi nos: qui eius cogitationẽ ab eo per ſpiritũ cognitaꝫ nouit: & ab eodẽ ueniã poſtulauit. Et de uiri meritis admiratus eũ eſt amplius reue/ritus. Quieuit in dño uir ſcũs. xv. cal. decẽ/bris. Sepultuſqꝫ ẽ in eccleſia turonẽſi ad le/uam beati martini. ¶ Hic francoꝝ regũ ſcri/pſit hiſtoriam incohasn a feramũdo primo ipſoꝝ rege: & uſqꝫ ad theodoricũ dagoberti ſcdi filiũ claro & aperto ſtilo deducẽs. Scri/pſit & uolumẽ miraculoꝝ beati martini & alia plura.

¶ De ſcõ gregorio epo hiſpaneñ. LXXIII.

GRegori⁹ eps apud hiſpanias cla/ruit. Hic liberienſis eps fuit: qui ad extremã uſqꝫ ſenectã tractat⁹ diuerſos mediocri ꝓmõe texuit. Et de fide catholica uolumẽ ele/gans ꝯpilauit. Et apud liberiẽſem ciuitatem uite & ꝓmone ꝯſpicuus in pace quieuit. Ibi/demqꝫ ſepultus in uirtutib⁹ uiuit. Hec hieronymus libro de uiris illuſtribus.

¶ De dedicatione baſilicarum apoſtolorum petri & pauli. LXXIIII

DEdicatio baſilicaꝝ apoſtolorum petri & pauli rome a beato ſilueſtro papa facta ẽ. xiiii. cal. decẽ/bris. Cum enim ꝯſtantinuſ ipera/tor ab eodẽ ſcõ pontifice a lepra mundatus atqꝫ baptizatus eccleſiã in hono/rem ſaluatoris mũdi fabricaſſet: uidelicet in proprio lateraneñ. palatio: quã etiam prefa/tus papa conſecrauit ſicut dictũ eſt ſupra in eius dedicatiõe. v. id⁹ nouẽbris: prefat⁹ xpianiſſimus princeps baſilicas duas in honore apoſtoloꝝ a fundamẽtis erexit. Fecit eni ba/ſilicã btõ petro apoſtolo i templo apollinis iuxta palatiũ neronianũ i uaticano: ubi ideꝫ apoſtoloꝝ princeps crucifixus ẽ. Itẽ aliã baſilicam btõ paulo apoſtolo extra urbem in uia oſtiẽſi: prope locũ ubi decollatus ẽ. Et i qualibet ipſaꝝ eccleſiaꝝ dũ terra foderetur ad fundamẽta locanda: ꝑdict⁹ glorioſus au/guſtus i exẽplum ſũme humilitatis & deuo/tionis. xii. cophinos terre effoſſe ad honoreꝫ xii. apoſtoloꝝ propriis humeris baiulauit. Ipaſqꝫ baſilicas mirificis donis & ornamẽtis in auro & argento & gẽmis iſiniti precii magnifice dotauit: quas ambas eccleſias beatus ſilueſter papa uno & eodẽ die cõſecrauit: & altari utriuſqꝫ oſſa apoſtoloꝝ petri & pauli mixta locauit. Poſtq̃ enim cornelius papa apoſtoloꝝ corpora de catacumbis leuata: ad loca ubi prius ſepulta fuerãt reportauit: ſicut dictũ ẽ ſupra i paſſionẽ petri apoſtoli. ꝫ. cal. iulii. Et beatus ſilueſter eccleſias eoꝝ conſecrare diſponeret : oſſa amboꝝ apoſtoloꝝ ſimul ꝯmixta i lance ſũma reuerẽtia equaliter põderauit: & medietatẽ i una eccleſia: & reliquã medietatẽ i alia collocauit. Et utrãqꝫ ipaꝝ baſilicaꝝ i ãniuerſariis ipſ⁹ cõſecratiõis feſto. 7. milib⁹ ãnoꝝ idulgẽtie dotauit: aliis quoqꝫ tẽporib⁹ ꝯtinuis ſpaleẽ ueniã mltoꝝ ãnoꝝ ipas eccleſias uiſitantib⁹ ꝯdonauit. ¶ Tradũt romani i eoꝝ chronicis ãtiqs ſcriptũ ꝯtineri: ꝙ dũ ſcũs ſilueſter ad inſtantiã ꝯſtãtini auguſti ex ſũma deuotiõe utrãq eccleſiã apoſtoloꝝ: uno & eodẽ die cõſecrai decreuiſſet : ut ſicut uno & eodẽ die recolit feſtũ eoꝝ paſſiõis: ſic agerẽt: & eoꝝ baſilicarum ꝯſecratiõis. Et prio eccleſiam bti petri ipe pontifex dedicaſſet. Deinde ad eccleſiam bti pauli p. iiii. miliaria diſtantẽ dedicand: cũ oi populo accederet: tẽpuſqꝫ ſibi deficeret: utpote qa dieb⁹ tũc breuib⁹ ſol ad ueſperum ꝓpinquaret: timẽs ſilueſter ne nox ſuꝑ ueniẽs eius officiũ ipediret: i uirtute xpi & apoſtoloꝝ ſoli mãdauit: ne ad occaſum tẽderet: donec ipſe officiũ alteri⁹ eccleſie ꝯſecrãde ꝯpleuiſſet. Statimqꝫ uirtute diuina ſol miraculoſe ſtetit : nec ulterius ſe mouit: donec papa cũ populo ad pauli baſilicã ꝑuenit: & officium ꝯſecrationis ꝑfecit.

¶ De ſcõ romano martyre. LXXV.

ROmanus mr̃ apud antiochiã paſſus ẽ tpe maxiani ipatoris ſub aſclepiade ꝑfecto. Cũ eniꝫ dictus ꝑfectus in ipam urbẽ ab ipatore miſſus igreſſus eẽt: ut xpianos imolare ꝯpelleret: & eccleſiã deſtrueret. Roman⁹ mõach⁹ xpianis ſuadebat: ne ꝑfectũ in eccleſiã eoꝝ itrare ꝑmitterẽt neqꝫ ei i aliquo obedirẽt. Quod cũ ꝑfecto nũciatũ eẽt : fecit eũ ꝯphendi & ſibi pñtari mãdãs: ut diis imolaret iuxta ipatoris decretũ. Cũ aũt ille xpianũ ſe aſſeret: & nulla ratiõe diis ſacrificaturũ dixiſſet. Iuſſit eũ ꝑfect⁹ i equuleo leuari. Sed audito ꝙ eſſet de prioribus ciuitatis: fecit eũ deponi : & cepit blãdis ꝓmonib⁹ ipm ad ſuuꝫ cõſenſum ꝓuocare: eo ꝙ nobilitati eius uellet deferre . Ille aũt econtra dicebat nobilitatẽ ſuã i ſola xpi cõfeſſiõe conſiſtere. Tũc ꝑfect⁹ iuſſit os eius cũ lapidibus ꝑcuti ne tam idiſciplinate reſponderet. Deinde fecit illum acrius torqueri. Cũ autẽ romanus diceret: ꝙ deos qui ab omibus facti ſunt nemo colere deberet: & in huius teſtimonium

nfantē unum in platea deambulantē ꝓduce/ret:puer quoq; hec eadem affirmaret. Irat⁹ ꝓfectus pueꝝ teneri fecit:& catominis cedi. Matrem quoq; illius adduci: & in eius ꝯſpectu filium ſuſpendi:& torqueri:que mater i nullo ꝑturbata filium in dño ꝯfortabat. Romanū autē mandauit aſclepiades diutius ſuligari:deinde ip̄m una cū puero in carcerē recipi:ambos in craſtinū exurendos. Sequēti uero die fecit extra ciuitatē ignem copioſum accēdi: & romanū ac pueꝝ eductos de cuſtodia cremandos adduci. Sed eadē hora pluuia copioſa deſcendit:& ignē totaliter extinxit. Quod audiens ꝑfect⁹:ꝑcepit ✝ puerū capite truncari:romano uero linguā ꝑcidi. Mater uero pueri corp⁹ filii ſublatū ſepeliuit. Romanus aūt lingua ꝑciſa nihilominꝰ diſerte loquebatur:& de ſanguine ꝓprio laudes dei ſcribens xp̄ianos aſtantes hortabat. Prefect⁹ uero cū hoc audiſſet: carnificē: qui linguā eius abſciderat:teneri fecit: eūq; occidi mandauit:eo ꝙ linguā eius modico ꝑcidiſſet:qui ut ꝑfecto ſatiſfaceret:porci uni liguam excidit: & mox porc⁹ dolore defecit. ſicq; prefect⁹ carnificē inculpabilē dimiſit. Romanū aūt fecit in carcerē trudi: eo ꝙ populum timeret:quia de nobili progenie eēt. Noctu aūt mandauit eum aſclepiades in carcere prefocari. Cuius corp⁹ a xp̄ianis in ipſa urbe honorifice ſepultum eſt: Paſſus ē aūt .calē.decēbris.

¶ De ſancto heſychio martyre. LXXVI

HEſychi⁹ martyr apud antiochiā paſſus eſt ſub maximiano impatore. Qui cū eēt miles & ꝑceptū maximiani audiſſet:ut ſiqs nō ſacrificaret idolis:cingulū militie deponeret:repente ac ſpōte cingulū ſoluit. Ob hanc cām ab impatore detent⁹:dū xp̄m fiteret:muliebri colobio indut⁹: ligato in collo eius ſaxo ingenti in flumine oronte ꝑcipitari iuſſus martyrio coronatus eſt.14.calen.decēbris:ut ait ado.

¶ De ſancto gelaſio papa. LXXVII

GElaſius papa hui⁹ nois prim⁹ natione apher ex pr̄e ualerio:felici 3.romanoꝝ pōtifici in ep̄atu ſucceſſit:& ſedit ānos.4.mēſes.8. dies.28. Hic manicheos in urbe roma inuenit:& exilio deportari iuſſit:quorū codices ꝯcremari fecit. Fuitq; amator cleri & paupeꝝ:liberauitq; a ꝑiculo & fame ciuitatē romanā. Hic declarauit:q libri debeāt in eccleſia recipi:& q ꝯtēni. Qui & gelaſianū libꝝ ꝯpoſuit:fecitq; tract⁹: orationes & hymnos ſicut ambroſi⁹:prefationē miſſe cōpoſuit uere dignū & iuſtū eſt. quotidiano uſui. Alias etiā.9.ꝑfationes ſpēales certis diebus cantari decreuit.ſ.de natiuitate:de epiphania:de q̄drageſima:de cruce:de reſurrectione:de aſcenſiōe:de pētecoſte: de trinitate:de apoſtolis. Cōſtituit etiā qb⁹tpib⁹ ordinationes clericoꝝ fieri debeant. Sub hui⁹ etiā tpe oraculū bti michaelis archangeli inuentū ē in mōte gargano. Corp⁹ etiā bti barnabe apoſtoli:& euangeliū matthei ei⁹manib⁹ ſcriptū ipſo reuelāte repit. ¶ Hic aduerſus eutychem & neſtoriū grande & elegans ꝯſcripſit uolumē tractat⁹ diuerſaꝝ ſcripturaꝝ & ſmonū limato ſmone expoſuit. Contra petꝝ & acacium hereticos epiſtolas ſcripſit. Tomū de anathēatis uiculo ꝯdidit. Cōmonitoriū fauſto apud ꝯſtātinopolim legationis officio fungenti direxit. Epiſtolas ad anaſtaſiū principē & ep̄os ꝑ orientē & ꝑ dardaniā ꝯſtitutos rōnē reddentes iuſte dānationis acacii deſtinauit. Itē ad eoſdē orientis ep̄os de uitāda acacii cōione. Ad euphemiū ꝯſtantinopolim ep̄m. Ad ſucconium aphrū ep̄m:& ad natalē abbatē epiſtolas ſcripſit. Et anaſtaſii impatoris primi tēporibus i pace quieuit.14.calē.decēbris. Sepultus in eccleſia ſancti petri apoſtoli.

¶ De ſancto phridiano ep̄o. LXXVIII

PHridianus ep̄s lucan⁹ apud ipſā ciuitatē claruit: qui multa ſāctitate pollēs paupib⁹ largiflue miniſtrabat:& miraculorum ſignis florebat. Cūq; auſerith fluui⁹:q iuxta urbis ipſius muros influebat: ſepe inundatione facta curſus ſui alueum egreſſus per agroſq; diffuſus ſata deuaſtaret:& uineas eradicaret:ac domos plurimas & edificia euerteret:& ciues ex hoc frequenter damnū & inopiam ſubſtinerent:datoq; ſtudio operis curſum fluminis per alia loca deriuare uellent:nunq̄ a proprio alueo ulla ratione deflecti potuit. Igitur ciues omni auxilio deſperati: ſancti uiri preſidium poſtularunt: qui orationem premiſit:& ſigno crucis edito:raſtrum paruum accepit: & ad alueum fluminis acceſſit:fluminiq;:ut ſe ſequeretur precepit:deductoq; per terram raſtro per loca ſibi uiſa duobus fere miliaribus uiam ſignauit. Mox quoq; aqua fluminis ſe compeſcens:ſinu proprio relicto:curſuq; naturali deſerto:per locum ubi ſanctus ſignauerat eum ſecuta:nouum ſibi alueum uendicauit:& ſata queq; uel plantata aut edificia ledere ceſſauit: & ab inde uſq; in preſens per locum ipſum fluere nō deſtitit:nec deſiſtit. ¶ Hic ſanctus uir multis pollens uirtutib⁹ & doctrinis: populoq; ſuo exemplaris migrauit ad dominum decimoquarto calen. decembris. Sepultus extra muros ciuitatis lucane in eccleſia ſancti uincentii: quam ipſe conſtruxerat. Hec gregorius tertio dialogorum capitulo nono.

¶ De ſcā heliſabet de ungaria. LXXIX.

Eliſabet regis ūgarie filia ſoror belle qui poſt patrē regnauit ex matre gertrude filia ducis normanie ſorore bertoldi patriarche aquileienſis ab annis puerilibus puerilia cōtempſit & infantili etate deo famulari cepit. Cū eſſet quinquēnis in eccleſia orās ſedule pmāebat: adeo ut ancille ei⁹ ipam auellere uix ualerent. Sepi⁹ ludēs aliquā de ancillis uerſus capellā iſequi uidebatur: ut ex hoc intrādi & genua flectendi occaſionē captaret. Occaſione ludi etiā ſe aliquādo proſternebat: deo ex inde mēte reuerentiam exhibēs. Creſcens uero etate creſcebat deuotiōe. Beatā dei genitricē in ſui patronā & aduocatā: & beatū ioānem euangeliſtā in ſue caſtitatis cuſtodē elegit. In choreis & aliis mundi uanitatib⁹ nō ſolū abſtinebat: ſʒ & alias ꝯſocias ad ſimile inducebat. Sine intermiſſiōe orabat: & diuinū officiū cū ſūma reuerētia audiebat. Et dum euangeliū legeretur: coronā & monilia deponabat. ¶ Cuʒ uero ad etatē nubilem pueniſſet: a patre ſuo licet iuita tradita ē i coniugiū ludouico lantgrauio turingie. Que licet mutauerit ſtatuʒ nō ideo mutauit affectū. Nā ſedule orationi icūbebat. Sepe de nocte de uiri latere ad orationē ſurgebat: eoqꝫ abſente iugiter i contēplatione pnoctabat. unde eius exēplo uiruʒ ſuum ad multā patientiā & uite pfectionē imutauit. Paupeꝝ ſemp memor exiſtens: eis largiflue miniſtrauit. Cuidā magr̄o cōrado ſe in obediētiā prebuit: & eidē in oib⁹ ſaluo iure matrimonii paruit. Adeo ut aliqn̄ negligentiā ꝯmittēs: ab eo diris diſciplinis & uerberibus ſe pmitteret flagellari. Corpus quoqꝫ ſuum artiſſimis ieiuniis macerabat: & abſente uiro cum celeſti ſponſo diuinis colloquiis icūbebat. Et cū cibos curiales ex conſcientia reſpueret: uir eius quoſdā ei reddit⁹ aſſignauit: quos tn̄ oēs fere pauperū neceſſitatib⁹ ipēdebat. & ſepe poti⁹ in uictu ſuo neceſſitatē ſubſtinebat. Lanā ꝓpriis māib⁹ cū ancillis filabat: & inde paupum ueſtimenta faciebat. Miraculoꝝ quoqꝫ gloria clarebat. ¶ Quadā nāqꝫ uice ceruiſiam paupū multitudini ad potandū tribuit: & uas prout prio plenum fuerat ſi nullo diminutū inuenit. Peregrinos & paupes hoſpitio ſuſcipiebat: & egris ac ſanioſis & ulceroſis propriis manibus miniſtrabat: pedes illoꝝ lauabat: ſaniē abſtergebat: ulcera medicabat: & ſordidas ueſtes abluebat. Ad hec aūt opanda: hoſpitale maximū in ſuo caſtro ꝯſtruxerat: & cū i monte poſitū eſſet: laborē ſpnens: ad ipm tn̄ quotidie accedebat. Sepulturas etiā pauperum frequētabat. ¶ Poſt hec uiꝝ induxit ut ad terram ſanctā pgeret uiſitandam. Quod princeps deuotus facere non neglexit. Ibi in dei ſeruitio uitam finiuit. Scā aūt dñi he[liſ]abet: multa patiētia pdita uidualem ſtatu[m] cum ſūma deuotione amplectit: & duo m[i]lia marchaꝝ quas de dote ſua habuit pau[pi]bus elargitur. Ita ut a multis diſſipatrix pr[o]diga & fatua reputaret. Deinde a quibuſd[ā] uaſallis ſui quodā uiri: de oib⁹ poſſeſſionib[⁹] ſuis eiicitur: & in domo cuiuſdā tabernar[ii] cum filiis puulis ſuſcepta morat: ac in loc[o] ubi porci manere ꝯſueuerāt ſepius hoſpit[a]tur. Iniurias quoqꝫ multas & graues etiā a his quib⁹ uir ſuus beneficia multa ꝯtuler[at] recepit: quas tn̄ oēs patientiſſime ſupporta uit. ¶ Tūc abbatiſſa quedā ungarie ei⁹ m[a]tertera neceſſitati ei⁹ cōpatiēs: heliſabet a[d] epm bāburgeñ. ei⁹ auūculū adduxit: eam[q] ei ſolicite cōmendauit. Que cū ancillis ſu[is] quas ſui exēplo deo deuotas fecerat: ab e[o]dem benigne ſuſcipit & hūaniſſime ptract[a]tur. Qui dū eam ſcdis nuptiis tradere diſp[o]neret: oīno recuſauit: uolēs potius i paup[er]tate caſtitatē ſeruare q̄ iteꝝ ditata in reb⁹ [ſe]cularib⁹ ſe iplicare. Interea aūt oſſa uiri ſ[ui] de trāſmarinis ptib⁹ domui tumulanda de[fe]runtur: cui⁹ exeqis ſcā mulier interfuit: m[a]xime uirtutis & patientie ſigna pretendens adeo ut ab emulis quibuſdā reputata fuiſ[ſe] uiꝝ minime dilexiſſe. Filiis tn̄ ſuis hinc ind[e] ad diuerſa loca trāſmiſſis: ipſa i habitu ab[ie]ctiſſimo ueſte griſea: aliqn̄ ob breuitatē al[ie]no panno prolongatā: & manicis ruptis al[te]rius coloris griſeo reſarcitis: cepit icede[re] & ſub cura magrī ꝯradi cū ancillis ſuis pa[u]perib⁹ miniſtrare. Cum aūt pater ſuus eiu[s] inopiā audiuiſſet: p ſolēnes nuncios a ſe mi[ſ]ſos: eam ad paterna regna reqſiuit. Qui u[e]nientes ad eā ipſam lanā filantem iuenerū[t] eiuſqꝫ paupertatem & patiētiā admirati: ea[m] oīno reuocare nō ualuerunt. ¶ Hec aūt ſc[a] dei non obſtante ꝙ paupū cure cū marth[a] miniſtraret ſolicite: cū maria etiam cōtēpl[a]tioni uacabat aſſidue. Sepiuſqꝫ mirabilibu[s] uiſionib⁹ i extaſi rapta diuinitus ꝯſolabat & eiſdē fruēs frequētiſſime delectabatur ¶ Die quadā ex laſſitudine i ancille gremi[o] decūbēs: oculos erigēs ad feneſtram: nūc r[i]ſu letabat: nūc lachrymis triſtabat. Inte[r] cetera dicēs hoc uerbū. Ita dñe mi tu uis e[ē] mecum & ego tecum. Interrogata quoqꝫ a[b] ancilla ob amorē xp̄i quid uiderit: rñdit xp̄m uidiſſe puulū: qui ſecum ſe uelle eē d[i]cebat: in cui⁹ pñtia hilaris i abſentia effici[e]bat triſtis. Aliquādo etiā dum talib⁹ uiſi[oni]bus frueretur: facies ei⁹ radiis coruſcare u[i]debat. ¶ Semel pro quodā uago & diſſol[u]to iuuene orauit: ut deus ei⁹ aīum conuert[e]ret. Qui ſubito ſe a ſclarib⁹ & pompoſis u[e]ſtibus exuri clamauit: & ꝯuerſus minorur[um]

ordinē introiuit. ¶ Puelle etiā cuidā inopi: que ad elemoſynā querēdā uenerat: dū licet ſatis renitenti flauos & criſpos capillos pci diſſet: in qbus illa admodū gloriabat̃: ſtati ut crines abſcidit: ei⁹ quoq; ſimul aium imu tauit: & una ſecū ad ꝓuiendū egris induxit. ¶ Appropinquās igit̃ uite termino: appente ſibi xpo ad celeſtia iuitat̃: moxq; lecto deci dens febre corripit̃: iāq; i extremis laborās ad parietē ꝯuerſa: audita eſt a circūſtantib⁹ dulcē ꝓponere melodiā. Et interrogata: cur hoc feciſſet. Rñdit: ꝙ auicula quedam iuxta parietē adeo dulciter cātauerat: ꝙ ſe ſimiliter ꝓuocauerat ad canēdū. Vltima uero die ante ſuū tranſitū interrogauit ancillaſ: quid acture eēnt: ſi ad eas diabol⁹ adueniret. Deide q̃ſi diabolū licentiās fuge: trib⁹ uicib⁹ exclamauit. Appropinquante uero nocte media: deo grās egit: qa hora illa glorioſa ueniret: in qua xps naſci uoluit: & mūdo apparuit incarnat⁹: & his dictis emiſit ſpiritū: anno dñi. 1231. uiſitatiōis ſue anno. 26. 15. calē. decēbris. Corp⁹ aūt ei⁹ miro refragrabat odore: quod tñ dieb⁹ quattuor inhumatū nullum ex ſe fetorē: ſed eandē emiſit odoris ſuauitatē. Viſe ſunt etiā aues infinite alias nunq̃ uiſe: hoibus cunctis incognite: ſupra eccleſiā: ubi corp⁹ ei⁹ iacebat: que mira modulatione ꝯcinebāt. In aere quoq; audita eſt in hora ei⁹ tranſit⁹ ſuauiſſima melodia: cui⁹ licet uerba nō potuiſſent itelligi: note tñ cantus dephenſe ſunt fuiſſe illi⁹ rñſorii Regnū mūdi ꝛc. ſepius repetiti: eius etiā corp⁹ i tumulo poſitū oleo redūdare repertū eſt. Sepulta eſt in caſtro margburch allemanie ſignis & ꝓdigiis multiplicibus clarens.

¶ De ſcō pontiano papa & mr̃e. LXXX

Pontianus papa & mr̃ natiōe ro/ man⁹ ex pr̃e calphurnio urbano primo epo romano in pontificatu ſucceſſit: & ſedit ānos. 5. mēſes 2. dies. 2. Qui ob ꝯfeſſionē nois chriſti una cū quodā hippolyto pſbr̄o iuſſu alexādri impatoris i exiliū dānat⁹ & i inſulā ſardiniā deportat⁹ ē: ibiq; ꝓ xpi noie fuſtib⁹ mactat⁹: mr̃ effect⁹ ē. 15. calē. decēbr̃. Cuius corp⁹ a fabiano papa ei⁹ ſucceſſore naui romā delatū: & i cemiterio calliſti uia apia ſepultū ē. Hic fecit ordinatiōes. 5. ꝑ mēſē decēbriū pſbr̄os. 10. diacones. 21. epos ꝑ diuerſa loca numero. 12. & ceſſauit epatus dies decē circa annum domini. 214.

¶ De ſancto fauſto martyre. LXXXI

Fauſtus martyr & diacon⁹ rome paſſus eſt. Hic tantum fiducie & magnanimitatiſ a deo habuit: ut cū ad xpianos carceri detentos nemo auderet accedere: iſti tñ & euſebio collegę ſuo grā ꝯceſſa eſt: ut inuitis omnibus hoſtibus: eis ad ꝯfeſſores xpi non negaret̃ ingreſſus: & ſic indeſinēter eos reuiſebat: eiſq; neceſſaria miſtrabat. Qui grandeuus & plenus dieꝝ pfecto martyrio ſub decio impatore obtruncatione capitis ꝯſumatus eſt. 15. calē. decēbris.

¶ De ſanctis ſeuerino exuperio & feliciano martyribus. LXXXII

Seuerinus & ſocii eius exuperi⁹ & felicianus apud uiennam paſſi ſunt. 15. calē. decēbris. Quorum corpora poſt multa annoꝝ curricula ipſis reuelantibus inuēta & a pontifice urbis ipſius clero ac populo honorifice ſublata in baſilica ſancti romani que in ipſa ciuitate ſita eſt: cōdigno honore tumulata ſunt: ubiq; requieſcunt.

¶ De ſancto odone abbate. LXXXIII

Odo abbas cluniacenſis cenobii claruit tēpore henrici primi & henrici ſecūdi impatoꝝ. Qui q/ dem cluniacēſis ordo incepit anno dñi. 912. anno primo conradi primi ſub abbate bernone eiuſdem ordis & monaſterii fundatore: ea uidelicet ꝯditione ut eccleſia cluniacēſis annuatim eccleſie gigniacenſi cenſum. 12. denarioꝝ ſolueret: in quo uidelicet monaſterio ab ipſo bernone ꝯſtructo ꝯuabant̃ inſtituta ſancti patris eutychii uiri chari ludouico impatori. Que q dem ꝯſtitutiones atq; inſtituta a pdicto bernone abbate pdeceſſore ſci odonis in dicto monaſterio icohata & ordinata fuerūt. Ipſe aūt ſanct⁹ berno ad extrema deueniēs: epos plures aduocans: ſeq; reū & indignū abbatem fuiſſe iudicans: ab ordine ſeipm depoſuit: Odonēq; muſicū ſucceſſorē ꝯſtituit: q cū hoc audiens fugere uoluiſſet: a fratribus captus: & corā ſuo abbate uiolēter adductus: q̃uis dudū renitēs: epoꝝ tandē cēſura abbatie regimē coact⁹ aſſumpſit: q & miraculis claruit. ¶ Quadā nocte dū paſtores equoꝝ dormirent: & fur ueniēs equū aſcenſū aſportaret: frater gotofred⁹ in orone ꝑuigil hoc uidens: ne ſilentiū frāgeret: iuxta regularia iſtituta: tacuit uſq; mane. Die uero clara luceſcente: fur idem cū equo inuētus eſt in eodem loco: quo ipm aſcenderat affix⁹: qui ſe inde amouere nō poterat: nec ex equo deſcēdere: donec ad odonē adductus penitētiam egit: & furtum reſtituit. Cui pr̃ ſanct⁹ qnq; dari ſolidos pro uigilie labore mandauit. ¶ Tempore quo normani pictauoꝝ & turonum fines uaſtabāt: duo ex fribus monaſterii odonis turonum miſſi: a normanis nocte capti & manibus uincti ſunt: qui tñ nunq̃ ſilentium frangere uoluerunt. Cūq; mane in ſimul pſallerent: ſed eos hoſtes ad loquēdū nullatenus cogere poſſent: quidā dux eorū

enſe producto inſiliens equo: eos ferire uo/
luit: quē equus ſubito in terrā colliſit: & ſta
tim febricitare cepit. Ceteri uero normani
miſerunt ſortes: quē ex ipſis frib⁹ in ultionē
dñi ſui flagellarēt. Sed duꝫ ſepius miſſis ſor
tibus neminē eoꝶ ſors ꝯtingere poſſet: ꝯuer
ſi illi pro ſalute dñi ſui fribus per īterpretē
ſupplicarūt. Qui ꝑ ei⁹ ſanitate ad dñm exo
rauerunt. Et ꝯtinuo dux ille ſanitatem rece/
pit: & fres dimitti mandauit. Quadā uice dū
odo cum plurib⁹ hōib⁹ & equis rhodanum
nauigio tranſiret: equus quidā calce tabulā
nauis ꝑcuſſit: & ipſius pteꝫ excuſſit: ſtatimq;
aqua ītrare cepit: & ſubito nauē totam reple
uit. Que tñ cunctis nimium formidātib⁹ ſic
plena ad ripā uſq; deuenit: neq; aliqualiter
ſubmergi ualuit: donec equi omnes & hōies
exierunt: ipoq; odone cuius meritis nauis ſu
per aquas tenebatur: poſt oēs egreſſo: nauis
demerſa eſt cōtinuo. ¶ Rediens roma cum
plurib⁹: inter alpes niuium equitabat: cuius
equus ſubito ī precipitiū lapſus ē. Odo ue/
ro uir ſcūs leuatis manib⁹ ramo arboris de
ſup eminētis alias nūq̄ uiſe: tā diu ſe tenuit:
donec equo ipi⁹ a niuib⁹ abſorto: ipe a ſociis
iuuatus illeſus deſcēdit. Statimq; tam ram⁹
ille q̄ arbor cunctis diſpuit. ¶ Hic latroneꝫ
quēdam ad pniam reduxit & monachū pfe/
ctioris uite fecit. Qui etiā triduo ante mortē
ſuam frib⁹ aſtātib⁹ dixit: ꝙ mater miſericor
die ſibi appuerat: atq; reuelauerat ipm ī trā/
ſitu ſuo odonis abbatis meritis eē ſaluandū.
¶ Cum abbas odo eēt rome ī monaſterio ſci
pauli apoſtoli: & librum de uita ſci martini
abbati balduino corrigeret: & ad ueſpas ire
uellet: obliuione librū aptum dimiſit ī loco
uidelꝫ ubi ex trib⁹ tectis gutte pluuie colle/
cte fluebant. Tūc ſubito pluuia maxima de/
ſcēdit: ſed nec odo ppea libri recordat⁹ fuit.
Mane autē liber inuenit̄ aptus: ī circuitu &
in marginib⁹ aqua perfuſus: in ſola uero lra
oīno erat ītactus. Quod duꝫ meritis odonis
aſcriberetur: ille ex humilitate: beati marti/
ni uirtuti rettulit: qui librū ſuā uitā ꝯtinētē
ſic a pluuia defenſauit. ¶ Dū in monaſterio
quodā ſci helie theodardus quidā ab odone
prepoſit⁹ fuiſſet: ī quo loco piſces nullo mō
haberi poterāt niſi a longe delati: multoq; ꝑ
cio cōpati: & carnes ex regula comedere nō
liceret: oratione ſci odonis uallis in qua ce/
nobium illud ſitū eſt mōticulis plurib⁹ īui/
cem iunctis ſe clauſit: & aditū torrētis qui ꝑ
eam fluebat adeo reſtrinxit: ut ex multis aqs
collectis lacus fieret: & piſces uſq; in pñs fri
bus ad abundātiā preberet. Quieuit aūt uir
ſcūs in dño. xiii. cal. decēbris. Eiuſq; uitam
frater ioānes deſcripſit. Corpus autem eius
apud cluniacum ſepultum quieſcit & mira/
culis uiuit.

¶ De ſcō criſpino ēpo & mrē. LXXXIIII.

Criſpinus eps & mr apud ciuitatē
aſtiagēſem paſſus ē. Qui cū eſſet
pontifex eiuſdē urbis: & xpm do
minū predicaret: a paganis detē/
tus & ad ſacrificia deoꝶ ſuaſus:
dum imolare ꝯtemneret: capite āputato mar
tyrii gloriā adeptus eſt: paſſus ē autem. xiii.
cal. decēbris: ut ait ado in martylogio.

¶ De ſcō maximo martyre. LXXXV

Maximus preſbyter & mr: rome
paſſus ē ſub perſecutiōe maxiani
impatoris. Qui pro ꝯfeſſiōe nois
xpi diuerſis tormētis affectus: &
ſciplinis pleniter inſtructam eſſe: omnia tn̄
propter xp̄m cōtempſiſſe: deos autem quos
iperator colebat nec ſe nec alios iuuare poſ/
ſe. Cum autem per multa poetaꝝ exempla:
& philoſophorum argumenta deos gentiuꝫ
apertis rationibus confutaret: plurimaqꝫ cū
ceſare diſputans ipſum in omnibus uiciſſet:
uidens ille ꝙ eius ſapientie obuiare non poſ
ſet: mādauit per litteras: ut omnes rethores
& philoſophi de circūſtantibus regionibus
ad alexandriam feſtinarent: diuerſa munera
recepturi ſi concionatricem uirginem ſupe/
rarent. Adducti ſunt igitur de diuerſis parti
bus quinquaginta oratores: qui omnes mor
tales in mundana ſapientia excellebāt. Qui/
bus interrogantibꝰ cur de remotis illuc ꝑti
bus uocati fuiſſent: & cauſam eorum conuo
cationis didiciſſent: deridentes ꝙ unius mu/
lieris occaſione tanta illuc ſapientia conue/
niſſet: puellam ad ſe adduci iuſſerunt: ut ſua
temeritate conuicta: nunq̄ ſe ſapientes uidiſ/
ſe cognoſceret. Que cum certamen ſibi imi/
nens audiſſet: domino ſe cōmendauit. Quaꝫ
angelus in chriſto confortauit: & ut conſtan
ter ſtaret admonuit: quia nedum ab illis ui/
ci non poſſet: ſed etiā illos uictos & conuer/
ſos ad palmam martyrii deſtinaret. Cum er
go coram oratoribus adducta fuiſſet: & cuꝫ
eis ſapientiſſime diſputaſſet: ac deos apertiſ
ſime demones aſtruxiſſet: obſtupefacti illi:
& quid dicerent non habentes: muti penitus
ſunt effecti. Tunc imperator furore repletꝰ
eos redarguit: ꝙ ſic turpiter ab una puella
ſe uinci permitterent: unus autem magiſter
aliorum ſic reſpondit: ꝙ licet nullus adeo
ſapiens ante eos nunq̄ ſtare potuiſſet: tamen
ip̄a puella in qua dei ſpiritus loquebat̄: ſic
eos in admiratione conuerterat: ut ꝯtra xp̄ꝫ
aut aliquid oīno dicere neſcirēt: aut penitꝰ
formidarēt. Et cum omnes una uoce eadem
aſſerent. Iratus imperator omnes in medio
ciuitatis cremari mādauit: de quibus ſupra

in eoꝝ paſſiōe dictum eſt idibus nouēbris.
¶ Poſt hec impator uirginem xp̄i ad ſacrificia inuitare cepit: promittēs ei: ꝙ poſt reginam in palatio ipſius ſecunda uocaretur: & imagine illius fabricata: a cunctis ut dea ueneraret. Cui cum uirgo diceret: ut talia nefanda loqui deſiſteret: & xp̄m dn̄m ſe adorare dixiſſet. Iuſſit eam impator ſpoliatā ſcorpionibus cedi: & ceſam in obſcuꝝ carcerē recipi: ibiq; diebus. 7. fame cruciari. Rege autē extra regionis ꝯfinia ex cā ꝓcedente: regina noīe fauſtina maxentii uxor: nimio uirginis amore ſuccenſa: cum principe militū noīe porphyrio: dato cuſtodibꝰ ꝑcio media nocte ad carcerem ꝓpauit. Viderūtq; carcerem mirabili claritate fulgentē: & angelos plagas uirginis pungentes. Quibus catharina eterna gaudia ꝑdicauit: & ad fidem cōuertens martyrii coronam eis ꝑdixit. Sicq; eoꝝ uterq; ad pedes eius procidit: & porphyriꝰ cū ducētis militibus fidem recepit. Innterea xp̄us p columbā de celo miſſam celeſti cibo uirginē refouit. Deinde cum multitudine angeloꝝ & uirginū ei apparuit: & ut ꝯſtās eēt blando colloquio ꝯfortauit. ¶ Rediens aūt impator: eam ſibi preſentari iuſſit: & uidens ſplendidam: quā tanto ieiunio exiſtimabat afflictam: cuſtodes torqueri uolebat: qa eos ei miniſtraſſe putabat. Illa uero ſe a xp̄o celitus enutritam phibebat. Et cū ſuadēte maxentio illa oīno diis imolare recuſaret: & ex hoc ceſar nimium fureret. Prefectꝰ quidam ei ſuaſit: ut infra triduum quattuor rotas ſerris ferreis & gladiis circūſeptas ꝑpararet: ut tam terribile tormētum puelle mēbra diſſecaret: & ceteros xp̄ianos terreret. Quod & factū eſt. Tūc uirgo btā dn̄m exorauit: ut ad ꝯuerſionē circūſtantis populi ipſam machinam diſſiparet. Et ecce angelꝰ domini molē ipſā tanto impetu diuellendo ꝯcuſſit: ꝙ q̄ttuor milia gentilium interemit. Quo miraculo paganoꝝ multitudo ꝯuerſa eſt. Regina autē fauſtina: que uſq; tunc ſe occultauerat: deſcendit: & impatorem de tanta duritia icrepauit. Propter quod ab ipſo detenta & chriſtiana comperta: ab eodem martyrizata eſt: ut dictum eſt ſupra in eius paſſione. 9. calē. decembris. Sed cum porphyrius corpus regine ſepeliſſet: & ex hoc cum ducentis militibus ſe xp̄ianum confeſſus eēt: iubēte eodem imperatore ipſe cum dictis militibus decollantur: ut ſupra dictum eſt in eorum paſſione octauo calendas decembris. ¶ Deinde imperator catharinam aduocans: eidem propoſuit: ut aut ſtatim diis ſacrificaret: aut caput amitteret. Sed cum ſacrificare renueret: decollari iubetur. Ducta igitur ad locū paſſionis cum lachrymis orauit: & xp̄m ſpecialiter pro ſe in quacūq; neceſſitate inuocantibus exorauit. Factaq; eſt ad eam uox de celo: ꝙ ei celi ianua aperta eſſet: & ꝙ in ſuis petitionibus exaudita fuiſſet. Cum autē decollata foret: de eius corpore pro ſanguine lac emanauit. Cuius corpus ab angelis per aera ſubleuatum: & itinere dierum uigiti ad montem ſinai in momento deuectum: ibiq; honorifice tumulatum eſt ſeptimo calen. decembris. Ex cuius tumulo oleum indeſinenter emanat: quod cūctorum debilium membra ſanat.

¶ De ſancto mercurio martyre. CVI

MErcurius martyr apud ceſaream cappadocie paſſus eſt ſub decio ceſare. Cuius tempore dum barbari romanorum fines inuaderēt Decius cum multis militibus cōtra eos bellaturus proceſſit: inter quos erat mercurius miles. Cum autem aliquantulū certaſſent: ſe ſubtraxerunt. Tunc apparuit uir quidam ſplendidꝰ mercurio militi dicēs ſe miſſum eſſe a deo ad eum in bello iuuandum: deditq; ei lanceam: qua barbaros proſtrandos promiſit: & ut habita uictoria dei ſui recordaretur: admonuit. Initoq; prelio mercurius eadem lancea regem ipſorum occidit: alioſq; m̄ltos ex hoſtibꝰ ſtrauit. Quod barbari uidentes in fugam conuertuntur: & a romanis expugnantur. Decius autem poſt triumphum mercurium accerſiuit: & interrogauit eum: quis eſſet: cuius uirtute uictoriam ipſe obtinuiſſet. Qui reſpondit ſe genere ſcytham: ortum armenia: patre gordiano progenitum: a cunabulis philopatorē a militibus mercurium nominatum: ex militia: que marchia nuncupatur. Decius ergo ip̄m exercitus ſui principem conſtituit. Cum aūt romam cum decio reuerſus eſſet: Angelus iterum ei per ſomnium apparuit: & excitauit: ipſum quoq; de negligentia: quam circa uerum deum cognoſcēdum percepta uictoria habuiſſet: acriter increpauit: & niſi conuerteretur minas ſubiunxit: atq; diſparuit.
¶ Mercurius autem ex dictis angeli ad fidē conuerſus: idola abhorrere cepit: & baptiſmum latenter ſuſcepit. Et inuitatus ab imperatore: ut ſecum ad ſacrificandū accederet: tertio uenire contempſit. Poſt imolationem uero eum accerſitum interrogauit: cur ad ſacrificandum uenire contempſerit. Ipſe aūtem chlamydem expoliatam & cingulum ſolutum ceſari reſtituit. ſeq; chriſtianum uiua uoce profeſſus eſt. Tunc ceſar ipſum in carcerem mitti fecit: ubi angelica uiſitatione confortatus eſt. Inde eductus eſt: dum deos omnes confutaret: pronus extenditur: & brachiis & pedibus ad quattuor palos a terra ſuſpenſus alligatur: & diutius fuſtibus uerberatur: deinde igne ipſi ardēte ſubterſtrato

ad modicū aſſat: ſed ex ſanguinis mlta effuſione carbones extinguebant. Inde in cubiculo modicū ſpiramē habente recludit: ſed ab angelo uiſitatus: omnia ipi⁹ uulnera ſolidantur. Cū autē mane eum productū & ſanatum decius ꝯſpexiſſet: & hoc magice arti attribuiſſet. Iuſſit illū extēſum candenti ferro uti cauterio p longum exuri: & ſubulis igne torrentibus latera ei⁹ ac terga terebrari. Deinde ipm uerſis pedib⁹ altius a terra ſuſpēdi: & ad mētum ei⁹ grauiſſimū lapidē alligari. Et cū nihilomin⁹ xpm uoce qua poterat ꝯfiteretur: mandauit ſaxum amoueri: & os eius obſtrui ne xpm aliqualiter noiaret. Dehinc fecit eū a quattuor uiris tam diu flagellari: donec cutis eius ſanie flueret. Et dū hec oia ꝯſtantiſſime ſuperaſſet: iuſſit eū decius apd cappadocie prouinciam i exiliu3 duci: & ibidem capite truncari: quē milites p dies plurimos terra mariq3 trahentes ceſaream puenerunt: ubi xps dñs eidem appuit: eumq3 benigne ꝯſolatus eſt. Mane uero extra urbem a militib⁹ ducit: & ibidem decollat. 7. cal. decembris. Cuius corp⁹ in hora ſui tranſit⁹ lucidiſſimum ſplenduit: odorq3 mirus ex eo fragrauit. Quo miraculo plurimi ad fidem ꝯuerſi ſunt. Sepultus eſt aūt a xpianis in ceſarea ciuitate: baſilicaq3 ſupra tumulū eius i ipſius noie ediſicata eſt: ubi & arma eius repoſita pro reliquiis ꝯſeruantur.

De ſcō mercuriale epo. CVII.

Mercurialis eps liuieñ fuit. Qui apud eandē ciuitatē uita & doctrina & miraculis claruit. Cū aute3 inter populienſe & liuieſe oppidum draco imanis degeret: qui hoies & aialia deuorabat: & flatu ſuo ueneſico multos pimebat: mercurialis oi populo ſuo ieiunium triduanū indixit: & oratione p̄miſſa cū oi clero & plebe una cū ſcō rophilo epo populieſi ad locum acceſſit. Ibiq3 ambo epi draconē ut agnū manſuetiſſimum ſtolis ſuis alligantes: in puteo proximo demerſerunt: eoq3 recluſo ippetuu3 memoriale miraculi deſuper ipoſuerūt: ſicut de hoc ſupra dictū ē in geſtis rophili epi. xv. cal. auguſti: beatus uero mercurialis ad diē propinquās extremū in pace quieuit.

De ſcō romano preſbytero. CVIII.

Romanus preſbyter & confeſſor apud caſtrū blauiū claruit. Qui uite & ſcitate ꝯſpicuus iſigniter effulſit: & ſcientia atq3 doctrina mltipliciter polluit. Qui & apd eandē ciuitatē in pace quieuit. vii. cal. decēbris. Cuius ſcitatis preconiū miraculorum gloria declarat. Hec ado in martylogio ſuo ex chronicis hieronymi ſumpto.

De ſcō petro alexādrino epo & mre. CIX

Petrus alexādrin⁹ eps & mr apud ipam ciuitatē paſſus ē ſub maximiano ipatore. Hic beato theone alexandrino pōtifici in epatu ſucceſſit: & a btō marco euāgeliſta. xvi. eps eiuſdē ciuitatiſ ſedē gubernauit: ſapiētia & ſcitate iſignis admodū effulſit: mltaſq3 pro fide xpi pſecutiōes ptulit. Ita ut pene omni uite ſue tēpore i diuerſis afflictiōibus probatus extiterit. Nā pluries pſecutorum declinās rabiē: de loco ad locū pfugus adiit: plurimū in meſopotamia latitauit: ac pide apd ſyriā phenicis: i utraq3 etiā paleſtina atq3 in inſulis maritimis exulauit. Qui & qnquaginta epos ordinauit. Cū autē ad ſedē ſuam reuerſus multa picula euaſiſſet: & meletius lycopolitanu ſeps ab unitate eccleſie diſceſſiſſet. Petrus ei⁹ metropolitanus celebrato catholicoꝝ epoꝝ ꝯcilio ipſum uti hereticum dānauit: ueꝝ cum arrius hereticus a quo & arriani dicunt adhuc laicus dicto meletio adhereret: & aio catholicos odiret: quaſi ſimulate meletiū defens: ꝯfugit ad petrū. Qui eū in diaconē ꝯſecrauit. Poſtq̄ autē btūs petr⁹ oēs meletianos ab eccleſia ſegregaſſet. Arriuſq3 hoc moleſte ferēs epo multa obloquēdo detraheret. Petr⁹ eps arriū hereticū catholica cōione priuauit: & uti hereticoꝝ fautorē dānauit. Cū aūt atrocitate pſecutionis in xpianos ſeuiēte: plurimi i prouincia egypti martyrio coronarent: ipoſq3 oēs ſcūs eps uti bonus athleta ad paſſionē hortaretur: maximianus iperator hoc audiēs miſit quoſdam tribunos: ut epm alexandrie detinerent: & detentum in carcere decollarent. Tribuni autem illum captum in cuſtodia recluſerūt. Ad quē xpianoꝝ multitudo utriuſq3 ſexus & omnis etatis concurrerunt: & lachrymas fundentes carcere3 circūuallarūt: die noctuq3 ibidem pſiſtentes: ut nequis paganoꝝ ad eu3 occidendū igredi poſſet: uiciſſim cuſtodiētes. Quod uidentes tribuni habito ꝯſilio ſtatuerunt: ut milites armati xpianos carcerem obſeruantes: uiolenter irrumperent: & aditum denegare uolentes trucidarent: atq3 ita ad epiſcopum occidendum ingredi poſſent. Interea arrius timens ne poſt exitum tanti uiri nullatenus reconciliari poſſet: nobiliores ex clero ad epiſcopum miſit ut ſimulanti penitentiam ueniam impetrarent. Sāctus aūt eps p ſpiritum eis pdixit arrium a gloria dñi ſemper aliēnū futuru3. Deinde ſecretius achillam & alexandrum ſeniores in clericis: ambos preſbyteros cōuocauit: eiſq3 pdixit: ꝙ uterq3 eoꝝ poſt ſe eps alexandrie futurus eſſet: & primo quidem achillas poſtea uero alexander in eius ſedē ſuccederet. Admonēs nequis eorum arrium hereticum peſtifeꝝ futuꝝ: aliqñ eccleſie dei

recōciliare p̄ſumeret. Narrauitq; eis q̄liter in ipſa nocte xp̄m iuuenē quaſi duodenē uidiſſet: ueſtitum candido colobio a ſummo uſq; deorſum ꝯſciſo: qui utraq; manu illd circa pect⁹ ſuum ꝯiungebat: & quaſi nuditatem ſuā operiebat. Qui ab eodem interrogatus quid hoc eēt. Rn̄dit: ꝙ arrius hoc ſeciſſet: qui unitatē fidei ſacre ꝯſcidiſſet: qui & incompabile ſchiſma in dei eccleſia generaret. Cum autē beatus petr⁹ omnē populum p̄dicaſſet: eos in pace dimiſit. Vidēs uero: ꝙ ſui occaſione oībus xp̄ianis eum cuſtodiētibus mortis piculum imineret: miſit ad tribunos p quēdā ſeniorem p̄ſbyteꝝ: ut nocte ſequenti ad carcerē accedant: & in loco quo ab intus ip̄m pulſare ſenſerint: parietē effodiant: & inde illum ſponte egreſſuꝝ ſuſcipiant: ſicq; ſine alioꝝ damno in ſe ſolū ſibi iuſſa perficiant. Qui ueniētes nocte & ſine tumultu militum locū obſeruantes: ubi uirū dn̄i in orōne pnoctantē pulſantē audierūt: ibidem parietē effoderunt: & cūctis xp̄ianis circa carcerem ſoporatis: petꝝ ep̄m per foramen eduxerunt. Veꝝ cū dn̄i uoluntas eēt ut ſeruum ſuū ad ſe p martyriū aduocaret: & ne quis ei⁹ paſſionē impediret: tā ualidus tunc ibriū turbo colliſioneſq; uentoꝝ pſtreperunt: ut nemo eoꝝ: qui obſuabant carcerem: ſonū effodientium audire potuiſſet. Egreſſus igit̄ martyr xp̄i ſ̄m quod eis ꝓmiſerat: & ab eis detētus: ad locum buculi deductus eſt: ubi olim beatus marcus paſſus fuerat: ubi ab uno ex militib⁹ enſe per femora tranſfix⁹ migrauit ad dominū. 6. calē. decēbris. Sepultus quoq; eſt a xp̄ianis in alexandria ciuitate in loco: qui dicitur leocados in cemiterio: quod ipſe edificauit.

¶ De ſancto petro ep̄o & ꝯfeſſore. CX

PEtrus ep̄s apud edeſſam ciuitatē claruit tēpore anaſtaſii primi imperatoris: qui ſāctitate multa & ſapia luculēta polluit: ipſiuſq; ciuitatis ſedem tenuit: uirtutūq; iubar fidelibus tam ope q̄ ſmone dereliqt. Declamator eni inſignis fuit. Variaꝝ cauſaꝝ tractatus edidit. Et in morē ſci effren eiuſdē eccleſie diaconi pſalmos metro ꝯpoſuit: & apud ipſam ciuitatē in xp̄o quieuit. Hec gēnadius de uiris illuſtribus.

¶ De ſancto leonardo ꝯfeſſore. CXI

LEonardus ꝯfeſſor apud corbiacenſem ciuitatē claruit. Hic eiuſdem ꝓfeſſionis & uirtutis extitit cui⁹ & alius ſanct⁹ leonard⁹: de quo ſupra dictū eſt in eius legēda. 8. idus nouēbris: eidemq; ſancto quaſi p oīa ſimilis in miraculis fuit. Cū eni in monaſterio p̄latus eēt: tanta ſe humilitate deiiciebat: ut oībus inferior uideret̄. Sed cū omis pene populus ex eius fama ad illum ꝯflueret. Quidā emuli regi clothario ſuaſerunt: ꝙ niſi ei ꝓuideret: regnum francie detrimentum non modicum ſubſtineret. Nam leonardus multos ſub obtentu religionis colligebat: & ſic in dolo regi inſidias pabat. Quibus rex credulus eū expelli iuſſit. Veniētes autē milites adeo uerbis eius ꝯpuncti ſunt: ꝙ ſe ſuos futuros diſcipulos obtulerunt. Rex quoq; penitens ueniam petiit: & detractores reb⁹ & honorib⁹ priuauit: & leonardum ualde dilexit: ad cui⁹ etiam p̄ces emulos eius dignitatib⁹ eoꝝ reſtituit. Qui a deo ſimiliter impetrauit: ut quicunq; in carcere tenerent̄: mox inuocato ſuo nomie ſoluerētur. ¶ Cum autē die quadam orōni icumberet: ſerpens maximus a pte pedū uſq; in ei⁹ ſinum intrauit. Qui ꝓpter hoc nullaten⁹ ab orōne ſurrexit. Completa uero orōne dixit ei: ut ſi in ſe data ſibi fuiſſet ulla poteſtas: in eo faceret quicquid meruiſſet. Poſt hec aūt cū duos ep̄os diſcordantes ſedaſſet: in craſtinū ſe finiēdū p̄dixit. Qui & apud uendopam monaſteriū in pace feliciter obdormiuit. 6. calē. decembris.

¶ De ſancto iacobo interciſo mr̄e. CXII

IAcobus martyr cognomēto iterciſus apud perſidam paſſus eſt: Qui nobilis genere ſed fide nobilior ex regione pſaꝝ & ciuitate elape oriundus: xp̄ianis parētibus ꝓgenitus: xp̄ianus & ipſe uxorem habuit xp̄ianam. Eratq; notiſſimus regi perſarum: & inter optimates primus. Accidit autem: ut a principe nimio amore ſeduct⁹: ad colēda idola flecteret̄. Quod mater & uxor audientes amaras litteras ei ſcripſerunt: in quibus eū de idolatria acri⁹ redarguebant: & eidem de cetero adherere repudiabant. Cum autē iacob⁹ litteras legiſſet: amare fleuit: & pro errore ſuo penitentiā agens ſe durius afflixit. Quod dū per nuncium quendā principi nūciatum eſſet: ille iacobum aduocans: interrogauit eum an nazarenus: & per conſequens magus effectus fuiſſet. Qui reſpondit: ſe chriſtianum eſſe: magum autem minime. Et cum eidem multa ſupplicia minaretur: & ille ſe nulla tormenta formidarē proteſtaretur. Princeps de conſilio amicorum hanc ſententiam ſuper iacobum tulit: ut ad aliorum terrorem membratim puniatur. Et cum quidam ex compaſſione ſuper eum flerent: ille dicebat: ne plorarent: quia ipſe ad uitam: ipſi uero ad interitum feſtinarent. ¶ Tunc carnifices a manu dextra incohantes primū pollicē: deide quattuor alios digitos eidem ſucceſſiue preſciderūt. deide ad leuā accedētes: oēs ſimiliter eidē quinq; digitos ſingillatim abſtulerunt. Et deinde

ad pede3 dextrū ſe curuātes omnes digitos ipſius pedis ſucceſſiue abſciderunt. Quod poſtmodu3 ſimiliter & ſiniſtro pedi fecerūt. Ad quoꝝ ſinguloꝝ oium digitoꝝ preciſionē ſcūs martyr deo grās agebat:& ſemꝑ aliqua noua & utilia proferebat:tormētaq; cūcta q̄ſi pro nihilo ducebat. Tūc accedētes miſtri pedē dextrū abſciderūt & deinde ſiniſtrum. Abſciderūt & dexterā manum & deinde ſiniſtrā. Abſciderūt etiā brachiū dextrū uſq; ad humeꝝ & ſic poſtmodū & ſiniſtrū. Iāq; carnifices defecerāt: eo ꝙ a prima hora diei uſq; ad nonā in eius ceſione ſudaſſent. Tunc accedentes ſciderūt ſuram dextri cruris: ſcindentes uſq; ad femur. Deinde ꝯuerſi ſiniſtri cruris ſurā precidendo:uſq; ad femur ſciderunt. Beatus uero iacobꝰ ineffabili dolore ꝑgrauatus ad dominū exclamabat: & gratias agens xp̄o finem ſuo martyrio imponi exorabat. Eratq; ſicut truncū nullū habēs ſubſtētaculū nihilq; in eo hois appebat niſi ſola ligua:qua dn̄m collaudabat. Multi quoq; de aſtantibus eiꝰ tormētis ꝯpatiētes deflebant: & non audētes illū aſpicere faciē ſuam opiebāt. Tunc mādante rege unꝰ ex carnificibus acceſſit:& caput eiꝰ amputauit. Cuiꝰ corpꝰ xp̄iani i eiꝰ ciuitate elape ſepelierunt .v.cal. decembris.

¶De ſcō clemēte flauio ep̄o. CXIII

CLemēs ep̄s cognomento flauius apud metēſem ciuitatem claruit. Hic cōſul romanoꝝ & patruꝰ clemētis pape fuit:Qui a btō petro apoſtolo baptizatus & diſcipulꝰ effectus:& ab eodē ep̄s ordinatus: ad galliā belgicam euāgelizādi grā miſſus ē:cū pluribus aliis ep̄is. Et dū ad metēſem ciuitatē perueniſſet:a quodam uiro hoſpitio officioſe ſuſceptus fuit. Cui & xp̄m ei incognitū & inauditum ꝑdicauit: i quo oia ſigna ſe factuꝝ ꝓmiſit. a quo & didicit i harenario olī ab octauiano i ipſa urbe conſtructo:draconē ingētem degere:q alios dracūculos ex ſe genuerat:quoꝝ flatu mortifero aer adeo ꝑſtilēſ & infectus erat:ut multis iam extinctis:ciuitas omnis i hoībꝰ & aialibꝰ morbida foret: multiq; langore depreſſi decūberēt. Cum autem ſcūs clemēs liberationē ciuitatis promiſiſſ3, hoſpes primos urbis ipius aduocat:& audita narrat. Et ꝯcurrēte omi populo:ſcūs ep̄s primo quidē egris oratiōe ſua ſanitatē reſtituit. Deinde ad amphitheatrū acceſſit:ubi inuocato xp̄i noie:draconē aliis maiore3 ſtola ſua circa collū cinxit: eūq; uti manſuetū catulum poſt ſe trahere cepit. Omnibꝰ aūt ut a ſcō docti fuerant:kirieleiſon clamātibꝰ: & clementem ſequētibꝰ:ipſe uſq; ad flumē urbi ꝯtiguum:qd ſalia dicit draconē traxit:& in eodem fluuio demerſit. Omnis uero alia draconū & ſpentū multitudo maiorē beluā ſecuta:& in eodē amne a ſcō ſubmerſa fuit. Sicq; ſcūs omnē populū ad xp̄m ꝯuertit: & baptizauit. Ibiq; pluribꝰ ānis ſedem ep̄ale3 tenuit. Et poſt felix paſtoris regimē in pace quieuit. v. cal. decēbris. Et in eodem oppido tumulatus iacet.

¶De ſcis barlaam & ioſaphat ꝯfeſſ. CXIIII

BArlaam & ioſaphat eremite quorū uitā ioānes damaſcenꝰ cōpilauit apud indiā claruerūt. Cū eni uniuerſa illa patria chriſtianis & monachis īpleta eēt. Rex quidā3 auenur xp̄ianos oēs & precipue monachos ꝑſequebat. Interea regi puer pulcherrimus naſcit:& ioſaphat appellat:pro cuius natiuitate rex cū omni populo diis īmolauit: & ꝗnquagintaq;nq; aſtrologos:quid futuꝝ eēt de puero interrogauit. Qui oēs ipm magnū i potētia & diuitiis futuꝝ ꝑdixerūt: tn̄ xp̄ianam religionē:quā pater oderat colituꝝ:ꝓnoſticati ſunt. Quod rex plurimum expaueſcēs:in ciuitate ſeorſum palatium ſpecioſiſſimū ꝯſtrui fecit: & ibi puerū ad habitandu3 poſuit. Ibi ſecū iuuenes pulcherrimos collocauit:mādans illis:ut nec mortē: nec infirmitatē:nec ſenectutē:nec pauptatē:uł aliqd qd poſſet afferre triſtitiam noiarēt ei: ſ3 oia iocūda illi ꝓponerent:q̄tenꝰ nihil de futuris cogitare poſſet. Et ſiquis ex miniſtris iſirmabat: ꝯtinuo ipō amoto aliꝰ ſurrogabat: nec xp̄s ab aliquo nominari preſumebat. Cum autē iuuenis adoleuiſſet in omi ſapientia edoctus admirās cur pater eū taliter recluſiſſet quendā de ꝯſeruis ſibi familiariorē de hoc interrogauit:dicēs ſe in multa triſtitia poſitū eo ꝙ ſibi foras egredi non liceret. Quod pater audiēs & dolēs:equos parari fecit:& choros plaudētes ante eū mittere: & neqd ei fedum occurreret diligenter prohibuit. Ipſo ergo aliqñ procedēte:unū leproſum & unū cecum obuios habuit. Quos uidēs & ſtupēs quid hoc eſſet inquiſiuit. Et a miniſtris didicit:ꝙ paſſiones ſunt:que hoībꝰ accidunt. De quo ille ꝓpter iſuetudinē talia uidendi:uel audiendi anxius eſſe cepit. Alio die ſenē rugoſum & incuruatū & balbutiendo loquentem inuenit:& admirās de hoc etiam requiſiuit. Audiuitq; ꝙ ꝓpter annoꝝ multitudine3 ad talē ſtatū deuenit:cuiꝰ finis eſt mors:quā omnes uel i ipa etate uel i minori experiri oporteret. Que oia iuuenis notās i multa erat triſtitia:ſed corā patre pretendebat letitia3 deſiderās in uia ſalutis edoceri. ¶ Cum aūt hec omnia mōachus quidā noie barlaā habitans in deſerto terre ſēnaar:ꝑ ſpiritū cognouiſſet:admonitiōe diuina mercatoris habitū aſſumpſit:& ad ciuitatem illā deuenit. Locutuſq; eſt pedagogo ioſaphat:dicēs ſe lapidē

precioſum uenalem habere: qui ſua uirtute
quaſcunqꝫ infirmitates curabat: quē regi io/
ſaphat uendere uolebat. Ille aūt cū ſibi pri/
mo lapidem oſtendi petiuiſſet. Barlaā rn̄dit
ꝙ lapis ipſe talē uirtutē haberet: ut ſiquis:
q corpore non eēt integer: ipm aſpiceret: cō
tinuo lumen oculoꝝ amitteret: & quia filius
regis uirgo erat: prout ipſe audierat: iō ipſi
ſoli lapidem oſtendere intēdebat. Igit̄ peda
gogus hoc ioſaphat nuncians: ipm ad eum
in ꝯclaui q̄tocyus introduxit: quē rex huma
niſſime & reuerēter ſuſcepit. De quo barlaā
ipm plurimū cōmendauit: & incipiens eum
alloqui a quibuſdā ꝑſuaſionibus & exēplis
predicauit ei de mundi creatiōe: & hominis
preuaricatione ac filii dei incarnatione: paſſi
one: & reſurrectiōe: nec nō de die iudicii: &
bonoꝝ & maloꝝ retributiōe longum ſermo
nem ꝯtexuit: ſeruienteſqꝫ idolis plurimū ex
probrauit: & de illoꝝ fatuitate exempla pro
poſuit. Cepit etiā ꝯtra uanam & falſam mū/
di delectationē multa diſputare: & finē oiuꝫ
mortē ꝯprobare: & plura ad hoc in moduꝫ
fabulaꝝ exempla inducere. Cum aūt eū rex
interrogaſſet: quot annoꝝ eēt: & ubi habita/
ret. Ille rn̄dit: ſe eſſe annoꝝ. 45. & in deſerto
ſenaar degere. Eꝯtra autem ioſaphat illum
pluſq̄. 70. ānoꝝ ex apparētia iudicabat. Cui
barlaā ait: ꝙ ſi a natiuitate ſua oēs eius ānos
querebat: recte exiſtimabat. Si uero a tēpor̄
quo relicto ſeculo xp̄o uiuere cepat nō plus
q̄. 45. annos habebat: quos in eremo exege/
rat. Cum autē eum ioſaphat ad eremū ſequi
uellet: noluit barlaam: eo ꝙ ex hoc rex indi
gnatus mortē omnibus xp̄ianis inferret: ſed
tēpore oportuno ad ipm in poſteꝝ ueniret.
Barlaam igit̄ regis filium baptizans: & in fi
de optime inſtruens: eum oſculatꝰ eſt: & ad
locum ſuum reuerſus eſt. ¶ Poſtq̄ autē rex
auenur filiuꝫ ſuū xp̄ianum factū audiuit: in
dolore nimio poſitus eſt. Quē quidā amicꝰ
eius nomie arachis ꝯſolans dixit: quendam
ſenem paganū nachor nomine: barlaam per
omnia ſimilē eſſe: quem ſuaſit: ut rex aduo/
caret: & ipſe xp̄ianum & barlaā ſe ſimulans
cū philoſophis diſputans: primo xp̄ianoruꝫ
fidem defēderet: deinde ſe ſupari ꝑmitteret:
& omnia que docuerat retractaret: & ſic io/
ſaphat ad deorū cultum rediret. Igit̄ dictus
princeps cum exercitu ad querendū barlaā
iuit: & nachor capto ſe barlaā cepiſſe dixit.
Quod filius regis audiens magiſtꝝ ſuum ca
ptum amare fleuit: ſed deo reuelāte poſtmo
dum ipm nō eſſe cognouit. Cum autē rex fi/
lium minis & blanditiis ꝑ dies plurimos ꝓ/
pulſaret: ut ipm ad ſuā uoluntatē inflecte/
ret: & ille nec minis terreri: nec adulatiōibꝰ
ſeduci poſſet. Tandem rex dixit ei: ꝙ ad hoc
p̄m declinare uolebat: ut barlaam: qui eum
ſeduxerat: & q̄ in carcere erat cū gentilibus
ad diſputandū conueniret: & ſiquidem ille
obtineret: rex ei cederet. Sin autē: ipſe cū ce
teris xp̄ianis ipſi ꝯſentirent. Quod cū regis
filio placuiſſet: illi cum nachor ordinant: ut
ſe barlaam ſimulans: prius fidem xp̄ianorū
defendat: & tādem ſe ſuperari permittat. Cū
ergo omnes in unū conueniſſent. Ioſaphat ſi
mulans ſe credere: ꝙ nachor barlaam eſſet:
ei dixit: ꝙ ſi doctrinam ſuam: quam eum do
cuerat: defenderet: in ipſa perpetuo perma/
neret. Sin autē ſupatus eſſet: ipm mala mor/
te puniret: ne unq̄ aliquis filios regum deci/
pere preſumeret. Quod audiens nachor ue/
hemēter expauit: uidēs ſe in foueam incidiſ/
ſe: quam fecit: & deliberauit melius filio re/
gis adherere: & ſic periculum mortis euade
dere. Rex autē iam palam ei dixerat: ut fidē
ſuam ſine timore defenderet. Incepta igitur
diſputatione cepit nachor fidem xp̄i euiden/
ter defendere: & rōnibꝰ cōmunire: ita ut phi
loſophi muti effecti: nihil oīno reſpondere
ſcirent. Ioſaphat autē exultabat: eo ꝙ ꝑ ue/
ritatis hoſtem dn̄s ueritatē defendebat. Rex
igitur furēs iuſſit cōcilium diſſolui: quaſi de
his ſequēti die denuo tractaturus. Ioſaphat
autē a patre magiſtꝝ ſuuꝫ ſibi dari petiit: ut
de reſponſionibus ad inuicē ea nocte confer
rent: & ipſe ſecum ſuos ecōuerſo aſſumeret.
Quē ei rex conceſſit: ſpem habēs: ꝙ eum ſe/
duceret. Cum ergo regis filius nachor in do
mum duxiſſet: ei manifeſtius ait: ꝙ euꝫ quis
eēt: non ignoraret: quia uidelicet nō barlaā:
ſed nachor aſtrologus foret. Cui & fidē xp̄i
ꝑdicauit: & ꝯuerſum mane ad eremū miſit:
ubi baptiſmum ſuſcipiēs eremiticam uitam
duxit. ¶ Hec audiēs quidam magꝰ theodas
nomine regi promiſit: ꝙ filium ſuum ad pa
trias leges ſeduceret. Conſuluit ergo regi:
ut a filio cunctos remoueret: & ornatas ac
decoras mulieres ad eū intromitteret: ut cū
eis continue conuerſari poſſet. Ipſe uero ſpi
ritus libidinis ad eum mitteret: qui eum ad
concupiſcētiam inflammarent: eo ꝙ nihil fa/
ciliꝰ hominē q̄ mulier ſeducer̄ poſſet. Quod
cum rex ꝑfeciſſet. Puelle quideꝫ iuueni ſēp
aſſiſtentes blandis colloquiis demulcebāt:
Maligni uero ſpiritus a mago miſſi caminū
ignis in eius animū accēdebant. Iuuenis ue/
ro ſe totum deo cōmēdans omēs tētationes
ſupabat. Deinde quādam puellam pulcher/
rimam unius regis filiam a patre orbatam:
rex ad eum miſit. Cui dum ioſaphat ꝑdicar̄
uellet. Illa ei rn̄dit: ut ſi eam ad xp̄m uellet
adducere: ipſam in coniugē deberet aſſume
re: & ſic eam a damnatione ꝑpetua liberar̄.
Nam & xp̄iani matrimonia cōtrahebant: &
in eo ſtatu ſe ſaluari dicebant. Hec dicēs pu
ella turrim animi illius fortiter concuſſit.

Igniſq; concupiſcentie a demonib⁹ accenſus
intus ardere cepit. Ioſaphat auté in anguſtia
poſitus cũ lachrymis in oratione ſe dedit:&
orans aliquantulum obdormiuit: uiditq; ſe
duci ad pratum ameniſſimũ floribus & cun/
ctis delectationib⁹ exornatum. Deinde in ci
uitaté auro & gẽmis rutilantem ſe itromitti
ɔſpexit: i qua tot diuitie & delitie relucebãt
ꝙ ibi perpetuo ſe dimitti poſtulabat. Dictũ
q; eſt ei: ꝙ ille locus eſſet btõꝝ: ad quẽ cum
maximo labore ipſum deuenire oportebat.
Deinde ad loca aſpera teterrima adductus:
audiuit ea loca eſſe ipioꝝ & damnatoꝝ. Eui
gilãs auté & hoꝝ memorans pulchritudiné
puellaꝝ uelut ſtercora ɔtemnebat. Maligni
auté ſpirit⁹ ad theodã reuerſi retulerunt: ꝙ
ſigno crucis ab eo & oratione fuerãt effuga
ti. Ad qué dum magus una cũ rege introiſſ;
ut ei perſuaderet: ipſe ab eo ɔuerſus baptiſ/
ma ſuſcepit:& laudabilé uitã duxit. Rex igi
tur deſperans de conſilio amicoꝝ dimiſit ei
dimidium regni ſui. Ille auté q̃uis deſertum
affectaret: tñ ꝓpter fidei dilationé ad temp⁹
regnum ſuſcepit: & in ſuis ciuitatibus eccle
ſias fecit:& cruces erexit: & oẽs ad xp̃m con
uertit. Pater etiã tandem predicationib⁹ filii
fidem ſuſcepit:& baptizatus regnũ totum fi
lio dimiſit: ac pnie opib⁹ uacans laudabili/
ter uitam finiuit. Ioſaphat aũt barachiam re
gem prenunciãs pluries fugere ad eremum
uoluit: ſed a populo coact⁹ remãſit: uix tan
dem ab eis dimiſſus deſertum petiit: & rega
lem habitũ paupi tradẽs ipe i pauprima ue/
ſte remanſit. Cui diabolus multa ipedimen/
ta oppoſuit: aliqñ in eũ euaginato gladio ir
ruens: aliqñ in forma diuerſaꝝ feraꝝ in eum
frendens. Que oia ipſe iuocato xp̄i nomie ſu
perauit. Biẽnio igit̃ ioſaphat per eremũ ua/
gat⁹ ẽ: nec barlaam inuenire potuit. Tandem
ad eius ſpeluncam ueniẽs: ſtanſq; ab extra ſe
ab eo benedici poſtulauit. Cuius uocé bar/
laam cognoſcẽs & foras exiliens oſculantes
ſe inuicem cum lachrymis & amplexib⁹ con
ſtringebant. Ioſaphat auté q̃ acciderant oia
referebat. Ille uero imẽſas deo gr̃as agebat.
¶Manſit aũt ioſaphat ibide; ãnis multis in
abſtinentia mirabili & ſcitate. Completis ue
ro diebus uite ſue barlaam in pace quieuit.
Ioſaphat aũt in anno.25.regnũ deſerens .35.
annis eremiticũ laborem ſubſtulit:& ſic mł
tis clarus uirtutib⁹ in pace quieuit:& cũ cor
pore barlaam ſepultus fuit. Quoꝝ amborũ
corpora barachias rex reuerenter inde aſſũ
pſit:& in eius ciuitaté transferẽs honorifice
collocauit.v.cal.decembris ad quorum tu/
mulum miracula fiunt.

¶De ſanctis fauſto diuo & amonio marty/
ribus. CXV.

FAuſtus preſbyter: diuus & amo/
nius cũ aliis plurib⁹ ep̃is ex egy
pto: & clericis & laicis ſexcentis
& ſexaginta apud alexãdriã ciui/
tatem paſſi ſunt. Qui cum beato
petro eiuſdẽ urbis ep̃o ɔprehenſi:& in carce
rem truſi. Iubẽte maximiano iperatore poſt
ipſius beati mr̃is paſſioné: oẽs gladio truci/
dati ſunt.v.cal.decẽbris. Quoꝝ omniũ cor/
pora apud alexandriã tumulata ſeruant: ut
dicit ado.

¶De ſcõ ſoſthene diſcipulo. CXVI

SOſthenes diſcipulus apoſtoloꝝ
fuit: de quo btũs paulus pria ad
corinthios primo cap.mẽtiones
facit: ubi dicit raban⁹ in gloſa: ꝙ
iſte ſoſthenes corinthius doctor
erat: multũq; pro fr̃ib⁹ ſolicitus ideo ſpecia
liter ab apoſtolo eſt aſſumptus.ſ.ꝓpter ſuã
humanitaté:& pp firmioré narrationis ɔfir/
mationé: ut in ore duoꝝ uel triũm teſtiũ ſta
ret omne uerbũ. Hic fuit unus ex.72: xp̄i di
ſcipulus: ut abbas dorotheus tradit: qui &
colophonie ep̃s fuit & apud corinthũ citaté
ſuam ſcõ fine quieuit.4.cal.decẽbris.

¶De ſcõ gregorio papa ſecũdo. CXVII.

GRegorius papa huius nois ẽs na
tione ſyrus ex patre ioãne: ɔſtan
tino pape prio in ep̃atu romano
ſucceſſit:& ſedit ãnos.xvi.mẽſes
8.dies.ix. Hic fuit uir caſtiſſim⁹
diuine ſcripture eruditus: loquela facũdus:
aio ɔſtãs: eccleſiaſticoꝝ erroꝝ deſtructor
& ɔtrariis fidei fortiſſim⁹ impugnator. Hic
bonifaciũ monachum a britãnia ueniẽté ep̃s
ɔſecrauit:& per eum genté germanoꝝ ſedé/
tem in tenebris & umbra mortis: doctrina
lucis ad xp̃m couuertit. ¶Hic etiã p petro/
nium ciué brixiẽſem cenobiũ beati benedi/
cti apud caſtrum caſſinum reedificauit: qđ
pluſq̃ centum annis a tépore longobardoꝝ
fuerat deſolatum. Hic etiã cum leo impator
imagines xp̄i & beate uirginis & alioꝝ ſcõꝝ
in ciuitate cõſtantinopolitana igne cremari
iuſſiſſet: idẽ ipi facere pcipiẽs: nõ ſolũ face/
re renuit: ſed etiã impatorem pro ipo facto
anathematizauit. Deinde diſtributis oibus
eccleſiis & monaſteriis atq; omni clero i pa
ce quieuit. Sepultus eſt ad ſcũm petrum:&
ceſſauit ep̃atus dies tres.

¶De ſcõ gregorio papa tertio. CXVIII.

GRegorius papa huius nois terti⁹
natione roman⁹ ex patre marcel/
lo gregorio pape ſcdo in põtifi/
catu romano ſucceſſit:& ſedit an
nos.x.mẽſes.8.dies.30. Hic erat
uir mitiſſimus & ualde ſapiẽs: in diuinis ſcri
pturis ſufficienter inſtructus: greca latinaq;
lingua erudit⁹: atq; exercitat⁹ in ſenſib⁹ di/

uinarum ſcripturarum ſubtiliſſima exhor/tatiõe elimatus exhortator omniũ bonorũ: plebiq; florentiſſima catholice fidei ac ſalutaria predicans: corda fidelium dicto facto ue corroborãs: orthodoxe fidei emulator atq; defenſor fortiſſimus: chriſtianã religionẽ diligenter complectẽs: paupertatis amator: erga inopum prouiſionem non ſolum mentis pietate: ſed etiam ſtudii labore ſolicitus. Captiuorum redemptor & debitorum: orphanis quoq; & uiduis cum omni diligentia largiter neceſſaria tribuẽs. Quãobrem deo fauente non ſolũ ad ſacrũ pſbyteratus ordinẽ peruenit: ſed etiam dum in exequiis ſui deceſſoris ante pheretrum eius fuiſſet inuẽt⁹: omnis romanus populus a magno uſq; ad paruum diuina inſpiratione ſubito permoti per uim eum auferentes in pontificatus ordinem elegerunt tempore leonis & conſtantini imperatorum. ¶Hic addidit in canone: quorum ſolennitas hodie in conſpectu maieſtatis tue celebratur: dñe deus noſter i toto orbe terrarum: intra quorũ nos cõſortiũ ꝛc. ¶Hic etiam dum leonem imperatorem ob depoſitionem imaginum chriſti & ſanctorũ incorrigibilem uidiſſet: qui ab ei⁹ predeceſſore anathematis pena fuerat inuolutus: romam & italiam & heſperiam totam ab eius iugo diſcedere fecit: & uectigalia interdixit. Synodumq; fere mille epiſcoporu; rome celebrans: uenerationem ſanctarum imaginu; confirmauit: atq; uiolatores generali ſententia anathematizauit. Hic etiam cum roma a rege liudprando longobardorum obſidere tur: miſit nauigio ad carolum pipini patre; regem francorum: claues confeſſionis ſancti petri: rogans ut romanam eccleſiam a lõgobardis liberaret. Nolens ab imperatore conſtantinopolitano heretico quemadmodum hactenus fuerat cõſuetudo: auxilium poſtulare. Et extunc conſtantinopolitani imperatores romane eccleſie patrocinium amiſerũt Et poſtq̃ omnia feliciter perfeciſſet ipſe ſanctus uir in pace quieuit. 4. calẽ. decembris. Et ſepultus eſt ad ſanctum petrum: & ceſſauit epatus dies. 9.

¶De ſanctis papyrio & manſueto epiſcopis & martyribus. CXIX

PApyrius & mãſuetus epi & martyres tempore uandalice perſecutionis ſub gerſerico rege arriano paſſi ſunt. Qui pro catholice fidei defenſione candentibus laminis ferreis toto corpore aduſti: glorioſum agonem ꝯſumauerunt. 4. calẽ. decẽbris Quo uidelicet tẽpore & alii ſancti epi. ſ. eugenius carthaginenſis: ualerianus: urbanuſ: creſcens: euſtathius: creſcẽtianus: creſconi⁹: felix hortolanus: & florentian⁹: propter ueritatis eãdem predicationem damnati exilio in ꝯfeſſione pietatis curſum uite ſue ꝯſumauerunt: de quibus ſupra dictum eſt. 5. idus iulii. Hec uictor aphrican⁹.

¶De ſanctis ruſo & ſociis mrib⁹. CXX

RVſus mr cũ aliis plurib⁹ de domo ſua rome paſſi ſunt: ſub perſecutione diocletiani impatoris. Hic nobilitate generoſa inſignis cũ eẽt patricius urbis p̃dicatiõe & exemplo bti ſebaſtiani martyris ad fidem xp̃i ꝯuerſus: & cum oĩ domo ſua a ſancto policarpo p̃ſbytero baptizatus eſt. Quẽ cum omnib⁹ aliis diocletianus detentum: & capitali ſententia punitum: xp̃i martyres eos fecit. 4. calẽ. decẽbris. Hec ado.

¶De dedicatiõe eccleſie materialis. CXXI

DEdicatio eccleſie ſolẽniter inter alias feſtiuitates ſãctorũ celebratur: que ideo ultimo ponit̃: quoniam certum diem non habens: anniuerſaria dies conſecrationis cuiuſlibet eccleſie ſuo tẽpore recolitur. Et quoniã duplex eſt eccleſia ſiue templum. ſ. materiale & ſpirituale. Ideo primo agendũ eſt de dedicatione templi materialis: deinde de dedicatione tẽpli ſpiritualis. ¶Circa dedicationẽ autẽ eccleſie ſiue tẽpli materialis tria uidenda ſunt. Primo q̃re dedicat̃. Secũdo qualiter ꝯſecrat̃. Tertio p quos ꝓphanatur. ¶Et qa in tẽplo duo ſunt: que ꝯſecrantur. ſ. altare & ip̃m tẽplũ. Iõ primo uidendũ eſt quare ꝯſecret̃ altare. Secũdo quare templũ. ¶Altare aũt ꝯſecrat̃ ad tria. Primo ad ſacrm̃ dñi offerendũ: gen̄. 8. Edificauit noe altare dño: & tollẽs de cũctis pecoribus & uolucrib⁹ mũdis obtulit ſup altare. Hoc ãt ſacrm̃ eſt corp⁹ & ſãguis xp̃i: qđ i memoriã paſſiõis dñice imolam⁹. Habem⁹ eni triplex memoriale dñice paſſionis. ſ. Paſſionis xp̃i imaginib⁹ depicte: quãtũ ad uiſum: quia picture ſunt q̃ſi libri laicorũ. Paſſionis xp̃i ſermonib⁹ p̃dicate: q̃tum ad auditũ. Et paſſionis xp̃i in ſacramẽtis rep̃ſentate: q̃tum ad guſtum: odoratum: & tactũ: ut p oẽs corporis ſenſus paſſionis xp̃i memoria mẽtib⁹ fideliũ imprimat̃. ¶Secũdo ad nomẽ dñi inuocandum: gen̄. 12. Edificauit abrahã altare dño: qui apparuit ei: & inuocauit ibi nomen dñi. Hec autẽ inuocatio ſc̄m apoſtolum hẽt fieri: p obſecrationes: que fiunt ꝓ malis remouẽdis. Per orõnes que fiunt ꝓ bonis imperrandis. Per poſtulationes: que fiunt ꝓ bonis cumulandis. Et p gratiarũ actiones: que fiũt ꝓ bonis ꝯſeruandis. ¶Inuocatio autẽ: que fit ſup altare dr̃ miſſa: ex eo q: celeſtis miſſus. ſ. xp̃s a patre mittit̃: q ipſam hoſtia; ꝯſecrat: & idem p nos ad patrẽ mittit̃: ut ꝓ nobis intercedat. Que quidem miſſa tribus linguis

canit.ſ. hebraica greca & latina. Hebraica ſunt alľia:amē:ſabaoth:oſanna.Greca kirie leiſon.Latina reliqua oīa.Et hoc ad repreſētandū titulū dñice paſſionis:dictis trib⁹ linguis deſcriptū : uel quia omnis linga debet xp̄m ꝯfiteri:quoꝝ omniū he tres ſunt principaliores.¶ Tertio ad cantandū eccleſiaſtici 47. Stare fecit cantores ꝯtra altare ꝛc. Tres aūt ſunt ſpecies ſoni q̄ faciūt tres modos:ut dicit hugo de ſcō uictore:fit eni ſonus pulſu flatu & cātu.Ad citharā ptinet pulſus:ad organū flatus:ad uocē cātus: ut huic ꝯſonātie ſonoꝝ referaṫ ꝯcordia moꝝ.Si referatur ad pulſum cithare manuū opatio:ad flatum organi mentis deuotio:ad cantū uocis ſmonū exhortatio.Hoc autem triplex gen⁹ muſicoruꝫ refert ad triplicē differentiā officii eccleſie:ut dicit in mitrali. Nā officiū eccleſie cōſiſtit i ps:in cantu:& lectiōib⁹.¶ Ad primū gn̄s qđ fit pulſu ut in pſalterio & ſiľibus refertur pſalmodia.Ad ſm qđ fit uoce referūt lectiones: Ad tertiū qđ fit flatu ſicut in tuba referṫ cantus.¶Tēplū autē ſiue eccleſia conſecraṫ.ꝑpter.v.rationes.¶Prio ut ide diabolus & ei⁹ poteſtas expellatur ſicut refert gregori⁹ i libro dialogoꝝ : de quadā eccleſia arrianoꝝ in noīe bti ſebaſtiani cōſecrata: de qua uiſibiliter demones in forma porcoꝝ inde exiſſe plurib⁹ apparuerūt.¶ Secundo ut ad eā ꝯfugiētes ſaluētur:unde dicit canō. Reos ſanguinis defendit eccleſia:ne uitā perdant & mēbra.Tali enim priuilegio eccleſie dedicate de iure cōi potiūṫ. Et ob hoc ioab fugit in tabernaculū dñi: & apprehēdit cornu altaris.3.ꝝ.2.¶Tertio ut ibidē oratiōes exaudianṫ.3.ꝝ.8.Quicūq; orauerit in loco iſto:tu exaudies eos ī loco habitaculi tui in celo:& cū exaudieris propicius eris : unde i oratione dicit eccleſia. Quiſqs hoc tēplum bñſi.peti.igre.cūcta ſe ipetraſ.leteṫ.Adoramus aūt i ipſis eccleſiis ad oriētem.¶ Prio ut patriā nr̄am nos requirere oſtēdam⁹. Nā deus in oriēte paradiſum plantauit:ibiq; hominē poſuit: trāſgreſſuꝫ uero ad occidētem eiecit.¶Secūdo ut ad ipꝫ crucifixū reſpiciamus.Nā dñs crucifixus ad occidētem reſpiciebat:& ita adoramus ad ip̄m reſpicientes. ¶Tertio ut ueniētem iudicē expectare monſtremus.Nā aſſumptus ad oriētē ſurſum ferebatur:& ita ueniet ad iudicādū:ad occidētem aſpiciēs.Hec oīa dama⁹:libro.4.ca.v.
¶Quarto ꝯſecraṫ ut ibideꝫ deo laudes ſoluantur:hoc aūt fit i.7. horis canonicis inter alias priuilegiatis.Nam in nocte media qua matutinū celebratur.xp̄s natus eſt captus & illuſus a iudeis:& in hac hora iſernū ſpoliauit.In media etiā nocte ad iudiciū uenturus aſſeriṫ.Addūtur etiā matutinales laudes qa in mane egyptios ſubmerſit i mare:mundū creauit:& reſurrexit.¶ In hora pria xp̄s ad tēplum ꝯueniebat:pilato p̄ntatus fuit:& ſurgens mulieribus appuit.In hora tertia a pilato ad colūnam flagellaṫ: morti adiudicatur:& ſpūſſanct⁹ i apoſtolos mittiṫ.¶In.vi clauis in cruce ꝯfigiṫ:tenebre per totū mundum fiūt: & ſol obſcuraṫ:& i die aſcēſionis cum diſcipulis recūbēs ꝯuerſaṫ. ¶ In nona xp̄s ſpiritū emiſit:miles latus eius aperuit: cetus apoſtoloꝝ ad orandū uenire ꝯſueuit: & xp̄s in celū aſcendit.¶In ueſpa:xp̄s in cena ſacramētū ſui corporis iſtituit: pedes diſcipuloꝝ lauit:de cruce depoſitus fuit:diſcipulis in habitu pegrini ſe oñdit.¶In ꝯpletorio xp̄s ſanguineas guttas ſudauit:in monumēto poſitus qeuit:reſurgēs pacem diſcipulis nunciauit.In his ergo horis predicta beneficia recolim⁹:& pro ipſis deo grās reddimus.¶Quinto ꝯſecratur:ut ibidē ſacramenta miniſtrenṫ:quoꝝ quedam miniſtrātur intrantib⁹ ut baptiſm⁹:quedam exeūtib⁹ut extrema unctio:quedā ꝯmorātib⁹:& hoꝝ quidam ſunt miniſtrātes:his datur ordo:quidā pugnātes:& hoꝝ qdam ſuccūbunt: his daṫ pnīa:quidā iſiſtunt: & his ꝯferṫ audacia animi ut roborētur:& hoc per ꝯfirmationē: cibus ut ſubſtentētur:& hoc p euchariſtie ſūptionē:fit remotio ipedimēti ne deficiantur: & hoc p matrimonii ꝯiunctionē.¶Scdo uidendum ē qualiter ꝯſecreṫ:& prio de altare ſo de ipa eccleſia.¶ Ad ꝯſecrationē aūt altaris qnq; ꝯcurrūt:prio quattuor cruces de aqua benedicta i q̄ttuor cornib⁹ ꝯfiguranṫ: ſo ip̄m altare ſepties cū aqua cadem aſpgiṫ: tertio incēſum i ipſo cremaṫ: q̄rto chriſmate inungitur:quinto mūdis pānis opiṫ.Hec aūt repn̄tant ea que debent habere ad altare accedentes. Debēt enim habere charitatem q̄druplicē.ſ.ad deū:ad ſe ipos: ad amicos: & ad inimicos:& hec ſignificant q̄ttuor cruces q̄ttuor cornib⁹altaris facte.De his geñ. 28.Dilataberis ad oriētem & occi. & ſeptē. & meridiē:uel per q̄ttuor cruces oñditur ꝙ xp̄s p crucē q̄ttuor mundi ptes ſaluauit: ul ut oñdatur ꝙ q̄ttuor modis debemus crucē portare.ſ.i corde p meditationē:i ore p ꝯfeſſionem:i corpe per mortificationē:in facie p ipreſſionē.¶ Septem aūt aque aſpſiones ſūt 7.ſanguinis xp̄i effuſiones : quaꝝ pria fuit circūciſione:ſa in oratione:tertia i corporis flagellatiōe:quarta in capitis coronatione qnta in manuū pforatione:ſexta i pedū cruci affixiōe:ſeptima i lateris aptione.Circuitus āt altaris ſignificat uigilātiā &curā quā debēt habere miniſtri altaris erga ſubditos ne icidāt i.vii.uitia capitalia Cant.Inuenerunt me uigiles qui cuſto.ciuitatē ꝛc.¶Debent etiā habere orationē feruentē & deuotam : qđ ſignificatur p ꝯcremationē thuriſ

Habet enim thus uirtutē aſcendendi ex fumi
leuitate: ꝯſolidādi ex qualitate: ꝯſtringendi
ex glutinitate: ꝯfortandi ex aromatitate. Sic
orō aſcendit in dei memoriā: animā ꝯſolidat
q̄tum ad culpam p̄teritā impetrando mede/
lam: ꝯſtringit q̄tum ad futurā impetrando
cautelā: ꝯfortat q̄tum ad p̄ſentē impetrādo
tutelam. ¶ Vel pōt dici: ꝙ deuota orō p thꝰ
ſignificatur: qa habet ad deū aſcendere. ps.
Dirigaꝛ orō mea ſicut incenſum ⁊c. apocal.
8. Data ſunt ei incēſa multa: ut daret de ora/
tionibus ſcōꝝ ⁊c. ¶ Debent inſup habere ni
torem ꝯſcie: & odorē bone fame: quod ſigni
ficatur p chriſmatis unctionē: quod ꝯficitur
ex oleo & balſamo. Oleū eni eſt nitor ꝯſcie
quā debēt habere purā. gal'. Gloria noſtra
hec eſt teſtimoniū ꝯſcie noſtre. Balſamū eſt
odor bone fame: quam debēt habere clarā:
prima timo. 3. Oportet epm teſtimoniū ha/
bere bonū: & ab his qui foris ſunt ⁊c. ¶ De
bent p̄terea habere munditiā opationis ſan/
cte: quod ſignificatur p pannos albos & mū
dos: quibꝰ altare ueſtitur: Apocal. 3. Veſti/
mentis albis induaris: ut nō appareat ꝯfuſio
nuditatis tue. Bern. Modicū ualet accedenti
ad altare: ſi habet dignitatē ſummā & uitam
infimā. ¶ Secūdo uidendum eſt de eccleſia
qualiter ꝯſecreꝛ: ad quod quattuor concur
runt. ¶ Primo enim eps eccleſiā ter circuit:
& qualibet uice ad ianuam ueniens baculo
pcutit dicens: Tollite portas ⁊c. ¶ Secundo
interius & exterius aqua benedicta eccleſiā
aſpergit. ¶ Tertio in pauimento crucem de
cinere facit ex tranſuerſo angulo orientis uſ
q; ad angulum occidentis & ecōuerſo: & ibi
dem litteris grecis & latinis alphabetum de
ſcribit. ¶ Quarto in parietibus eccleſie. 12.
cruces depingit: ante quas cereos. 12. accen/
dit: & ipſas chriſmate inungit. ¶ Primū er/
go. ſ. triplex circuitus ſignificat triplicē cir
cuitum: quē fecit xp̄s ꝓpter ipſiꝰ eccleſie ſan
ctificationē. Primū quo de celo uenit in mū
dum. Secundū quo de mundo uenit ad lim/
bum. Tertium quo de limbo reſurgens aſcē
dit ad celum. Primum fuit ad ſaluationem
peccatoꝝ. Secundū ad liberationē damnato
rum. Tertium ad glorificationē beatorum.
¶ Vel triplex circuitus fit ad oſtendendum
ꝙ eccleſia ꝯſecratur ad honorem trinitatis.
¶ Vel ſignificat triplicē ſtatum ſaluandorū
qui ſunt uirgines: continentes: & coniugati:
qui etiam deſignantur in diſpoſitione mate/
rialis eccleſie. Nam ſanctuarium ſignificat
uirgines: chorus ꝯtinentes: corpus nubētes
ſtrictius eſt ſanctuarium q̄ chorꝰ: & chorus
q̄ corpꝰ: quia dignior eſt ordo uirginū q̄ cō
tinentum: & ꝯtinentum q̄ ꝯiugatoꝝ: ut di/
cit ricardus. ¶ Secundū. ſ. trina ad hoſtium
percuſſio: ſignificat triplex ius: quod habet
chriſtus in eccleſia. Eſt enim ſua creatione
redemptione & glorificatione: & hoc tripli/
ci iure ei debet aperiri: ut dicit anſelmus.
¶ Tertium. ſ. exclamatio Tollite portas ⁊c.
ſignificat trinam eius potentiam. ſ. in celo: ī
mundo: & ī inferno. ¶ Secūdum. ſ. aque be/
nedicte interius & exteriꝰ aſperſio fit tripli/
ci de cauſa. ¶ Primum propter demonis ex
pulſionem: ut diciꝛ in exorciſmo aque. Fias
aqua exorcizata ad effugandum inimicū ⁊c.
Fit autem hec aqua: ex aqua: uino: ſale: & ci
nere: quia quattuor maxime expellunt dia
bolum. ſ. lachrymarum effuſio: que p aquā
Spiritualis exultatio: que per uinum. Matu
ra diſcretio: que per ſalem. Et profunda hu
miliatio: que per cinerem. ¶ Secūdo ꝓpteꝛ
ipſius eccleſie expiationem. Omia enim ter
rena propter peccatum ſunt corrupta: & iō
locus aſpergitur: ut ab immunditia purgeꝛ
unde in lege omnia pene aqua mundabanꝛ.
¶ Tertio propter remouendam maledictio
nem. Terra enim a principio cum omni fru/
ctu ſuo maledictionem accepit: aqua uero
nulli maledictioni ſubiacuit. Hinc eſt: ꝙ do
minus comedit piſcem: ſed nunq̄ legitur co/
mediſſe carnem niſi agni paſchalis propter
preceptum legis. Tertiū. ſ. alphabeti deſcri
ptio: repreſentat primo ꝯiunctionem utriuſ
q; populi: uidelicet gentilis & hebrei p cru
cem xp̄i factam. Vnde & illa crux ex tranſ/
uerſo ducitur ab angulo orientis uſq; ad an
gulum occidentis: ad ſignificandum: ꝙ po/
pulus dexter factus eſt ſiniſter: & qui erat ī
capite: factus eſt in cauda & ecōuerſo. ¶ Se
cundo repreſētat paginam utriuſq; teſtamē
ti per crucem xp̄i adimpleti: unde moriens
ait cōſumatum eſt. Et crux ex trāſuerſo du/
citur: quia unum teſtamentum in alio conti
netur: quia rota eſt in rota. ¶ Tertio repre/
ſentat articulos fidei: quibꝰ rudes & neophy
ti de utroq; populo erudiuntur: qui ſe cine
rem & puluerem reputare debēt: iuxta illđ
geñ. 18. Loquar ad dñm meū cū ſim puluis
& cinis. ¶ Quartū. ſ. i. 12. locis crucis impſ/
ſio illuminatio & inunctio fit triplici rōne.
Prio ꝓpter demonū terrorē: qui inde expul
ſi ſunt: ut uidentes ſignū crucis: illuc ingre
di non p̄ſumant. ¶ Secundo ꝓpter triūpha/
lem oſtenſionē. Cruces eni ſunt uexilla xp̄i:
ut oſtendaꝛ eni: ꝙ locꝰ ille dñio xp̄i eſt ſub/
iugatus cruces depinguntꝛ: ſicut qñ ciuitas
aliqua ab impatore capiꝛ: impiale uexillū
in ea erigiꝛ. ¶ Tertio ꝓpter apoſtoloꝝ rep
ſentationē. Nā. 12. luminaria ante cruces po
ſita ſignificant. 12. apoſtolos: qui p fidē cru/
cifixi mundū illuminauerunt. Cruces autē
chriſmate unguntꝛ: quoniā apoſtoli fidē paſ
ſionis xp̄i ad cognitionē inflāmauerūt: & ad
amorem unxerunt: uidelicet ad ꝯſcie nitorē

qđ per oleum : & ad bone ſame odorem: qđ per balſamum.¶ Tertio uidendum eſt qualiter & per quos eccleſia prophanetur. Sciẽdum:ꝙ domum dei per tres legim⁹ prophanari.ſ.per hieroboam: per nabuzardan & ꝑ antiochum. Hieroboa3 ſicut legitur.3.ꝝ.12 duos uitulos fecit ponens unum in dan & alterum in bethel:que dicit domus dei.& hoc propter auaritiam fecit:ne.ſ.regnum ad roboam rediret. Nabuzardan ſicut legitur.4.ꝝ.xxv.domum dei combuſſit. Nabuzardan princeps coquorum ſignificat gula3 & laſciuiam:Rex antiochus qui fuit ſuperbiſſimus & ambicioſus domum dei polluit: & contaminauit ſicut habetur primo maccabeoꝝ.i. & ſignificat ipſam ſuperbiam . Ad denotandum ꝙ per hec tria uitia clericorum domus dei.i.eccleſia prophanatur.ſ.per auaritiam gulam & ſuperbiam:primum cõmuniter uiget in religioſis:ſm in clericis: tertium in ꝑlatis.¶ Et ſicut ꝑ tres eccleſia fuit prophanata . Ita & per tres alios extitit dedicata.ſ. per moyſen.Salomonem & iudam maccabeum : per ꝙ inſinuatur ꝙ dedicantes domum dei debent habere humilitatẽ que in moyſe. Sapientiam & diſcretionem que in ſalomone uere fidei confeſſione3 que i iuda maccabeo denotatur.

¶De dedicatiõe eccleſie ſpiritualis.CXXII

inſulā deducti fuiſſent:in qua erat templum idoloꝝ ab incolis ſūma ueneratiōe obſeruatum:ſtatiꝫ ut nauicula applicuit:ſacerdotis tēpli filia arrepta ſpū clamare cepit ſtridēs & rabiens:& ꝑ populos hinc inde diſcurrēs Quā populus detentā ad ſenū nauiculā deduxerunt. Et cū ante pedes eoꝝ ulularet: & ſcōs uiros:cur ad demones loci illius expellēdos ueniſſent:interrogaret:Illi malignum increpantes ſpiritū effugarunt:& puellā ſanam parentibꝰ reddiderunt. Qui una cū inſule populis ꝯuerſi ad xp̄m:& templū antiqſſimū deſtruxerūt:& eccleſiā edificauerūt Quod dū lucio alexādrie nūciatum fuiſſet: timens ne ex ſcōꝝ patꝝ p̄ntia fides xp̄i amplius creſceret:occulte eos ad eremū remitti iubet:ubi macariꝰ ieiuniis & orōnibus iugiter intētus in xp̄o feliciter obdormiuit:cuius corpus alexandrie tumulatum eſt.

¶De ſancto piatone p̄ſb̄ro & m̄re. XXXVI

PIaton p̄ſbr̄ & martyr apud tornacū ciuitatē paſſus ē ſub domitiani imꝑatoris ꝑſecutione. Hic alio noīe piatꝰ dr̄. Qui ex urbe roma oriundꝰ:indeq; egreſſus a beato dionyſio ep̄o apud galliā p̄ſbr̄ ordinatus:& ab eodē ad tornacenſem ciuitatē ad ꝑdicandū directꝰ eſt: ubi multitudinē paganoꝝ euangelizans ad xp̄m ꝯuertit. Ad hunc ꝯprehendendū p̄fectꝰ nūcios deſtinauit:qui ab eiſdem appitoribus detentus & iudici oblatus:dū xp̄m ꝯfiteret:primo quidem fuſtibus cedi: deinde iuſſus eſt capite truncari. Cuiꝰ corpꝰ truncū & exanime caput ꝓpriis manibus acceptū pluſq̄ ꝑ duo miliaria deportauit:uidelicet uſq; ad locū ubi diuinitus ſepulturā elegit:ubi & glorioſe occumbens tumulatus quieſcit. Quo miraculo ultra mille gentilium ꝯuerſi ſunt.

¶De ſcō didymo alexādrino ꝯfeſ. XXXVII

DIdymus alexandrinus ꝯfeſſor & doctor floruit tēpore ualētiniani imꝑatoris. Hic in ꝑua etate lumen oculoꝝ amiſit: adhuc pene prioꝝ elemētoꝝ ignarꝰ: quo nō obſtante tantū ſui miraculū mundo p̄buit: ut dialecticā: arithmeticā: & geometriam: quaꝝ figurales ꝓpoſitiones & pricipia pmaxime uiſu indigent:uſq; ad perfectū didicerit:oīumq; deo docente:in breui diuinaꝝ & humanaꝝ reꝝ eruditionē ac ſciam percepit. Ad tante autē ꝑfectionis apicem deuenit:ut ſchole eccl'iaſtice doctor extiterit:illuſtreſq; uiros auditores habuerit:uidelicet athanaſiū ep̄m:hieronymū p̄ſbyteꝝ:baſiliū ceſarienſem:ceteroſq; plures doctores inſignes in eccleſia dei ſapia admodū ꝓbatos. Sanctitate quoq; uite nō mediocriter effulſit. Qui nunq̄ turbari uiſus fuit: ꝙ corporeū lumen oculoꝝ ꝑdidiſſet. ¶Hic plurima inſignia edidit. Bibliā eni totā interꝑtatus eſt. Cōmentarios dictauit in pſalmos oēs. In euangelio quoq; matthei & ioānis. Scripſit de dogmatibꝰ ꝯtra arrianos libros.2. De ſpūſcō libꝝ: quē hieroꝰ ex greco tranſtulit in latinū. In iſaiam tomos.18. In oſee ſcribēs ad hieronymū ꝯmentarioꝝ libros.3. In zachariaꝫ eiuſdem hieronymi exhortatione li.5. In iob cōmentarios. Multaq; alia:que ipſe idē indicare potuit ſcribētibꝰ. Quieuit in xp̄o.80.āno iam exacto uirtutibus & ſapia pollens:Alexandrieq; tumulatus iacet.

¶De ſancto didymo abbate. XXXVIII

DIdymus ſenex in deſ̄to interiori nitrie claruit. Qui iter cetera ſāctitatis inſignia ſcorpiones & ceraſtes & ſerpentes quoſq;:q in illis locis ꝓ calore ſolis habent acerrimi tāq̄ uermiculos nudis pedibꝰ adeo ꝯculcabat:& ita extinguebat:ut nihil ab eis pateret mali. Hec in uitis patꝝ.

¶De ſancto pione abbate. XXXIX

PIon abbas i thebaidis deſ̄to floruit ſcitate. Qui quotidie ambulans comedebat:ut minorē ſentiret delectationē: ꝑgēs ad eremū fodit puteū:& inueniens aquam amaram:eam orōne in dulcedinē ꝯuertit: q̄ oī poſtmodū tp̄e uſus fuit. Cū autē moyſes abbas & eius monachi fodientes:aquā inuenire nō poſſent. Pion orōne p̄miſſa terram ꝑcuſſit:& aqua inde imediate ſcaturiit:de qua tamē minime guſtare uoluit:ſed eā ad uſuꝫ illoꝝ fratꝝ dimiſit. Hic ſub abbate antonio 30.annis & eo ampliꝰ i ſcō inſtructꝰ eſt ꝓpoſito. Qui de domo parētū egreſſus nūq̄ amplius ab eis uiſus fuit. Requiſitus aūt a ſorore uidua:ut eaꝫ uiſitaret:quē ipſa lāguēs uidere cupiebat:cū duobus ſororis filiis de mādato p̄ris ātonii ad domum illiꝰ acceſſit: clauſiſq; oculis īgreſſus & egreſſus:ſe ab ea uideri ꝑmiſit:eāq; minime reſpiciens: mox ad eremum repediauit. Hec ubi ſupra.

¶De ſancto apelle ꝯfeſſore. XL

APelles ꝯfeſſor egyptius ex fabro ferrario ꝯuerſus eſt. Qui opus hoc exercens die quadā diabolū ſibi in ſpecie mulieris iuuenis & elegātis appentē ferro candente ꝑcuſſit in faciē:qui ſtridens & gemēs euanuit. Ex quo die ſcūs uir ferꝝ candens i manu ſine leſione tenebat. Vadens autē ad eremū cibū nunq̄ ſumpſit:niſi tantū dn̄ica die de manu ſacerdotis euchariſtie ſacr̄m. Ceteris diebus nihil ꝑcipiebat:ſed opibus manuuꝫ inſiſtens cingula iumētoꝝ de palmaꝝ foliis texebat. De quibꝰ egri tactu ſanabant. Naꝫ dum quidā claudus a natiuitate: ut aliquo

portaretur camelo ipoſit⁹:dū pedib⁹ cingu lum quo iumētū cinctū erat: quodq; uir ſan ctus texerat tetigiſſet:ꝯfeſtim deſcēdēs pedi bus ſolidis ambulauit. ¶ Hic etiā ab angelo diuina repletus ſcia: multos ſuis ſmonibus edificabat: & uitia fratrū ac uirtutes latētes p ſpiritū cognoſcebat. Hec in uitis patrū.

¶ De ſcō piamone preſbytero. XLI.

P Iamon pſbyter i eremo de ſcythi floruit. Qui die quadā miſſaꝫ ce lebrās uidit angelū ſtantem ꝯtra altare:monachos pn̄tes i codice ſcribētē: abſētes ſcriptos delētē. Et dū illi ad cōione accederēt: angelus quo rūdam ſcribebat noīa:quorūdā dimittebat. Piamon autē poſt miſſam diſcuſſis illis qui ſcripti nō fuerāt. Inuenit i ſingulis eoꝝ mor tale peccatū. Quib⁹ reuelata narrās: tā diu cū illis fleuit:donec eidē iteꝝ angel⁹ appuit: & eos cū ceteris aſcripſit:hec in uitis patꝝ.

¶ De ſcō beniamin ſene. XLII.

B Eniamin ſenex i eremo fuit. 80. an noꝝ:qui miraculis clarens quoſ cunq; egros ad ſe delatos: oleo ungebat:& ꝯtinuo ſanabant. Ipſe aūt adeo hydropic⁹ effectus ē: ut p ianuā celle ſue niſi remotis aliquib⁹ tabu lis efferri nō poſſet. Qua paſſione p menſes 8. ante ſuum obitū laborauit. Oēs aūt infir mos ad ſe ueniētes ſanabat:cūctoſq; rogabat ut orarēt deū p aīa eius de corpore nil curā tes:eo ꝙ dum eēt ſanus nihil ſibi profuiſſet. Hec ubi ſupra.

¶ De ſcō coprete pſbytero & ꝯfeſſor. XLIII

C Opres preſbyter annoꝝ circiter 80. in eremo thebaidis fuit. Cui⁹ dū gētilis quidā olera furat⁹ eēt: & ea ad coquēdū ꝯpoſuiſſet:neq; coq poterāt:nec calefieri. Quod ille uidēs ablata ſcō rettulit:& ꝯuerſus bap tiſmū ſuſcepit. Eadē nocte frēs ſupuenerūt ad copretē:unde ſcūs duplices honores do mino pſoluit:dū olera reſtituta eiſdē appo ſuit. Qui dū frib⁹ ad ſe ueniētib⁹ pro edifica tione eoꝝ mirabilia quedam narraret: que uix unus ex illis credere poterat: dormitāti ipſi uiſus ē liber aureis litteris ſcript⁹ mani bus copretis:& uox ſenis ueneräda audita ē frēꝫ icrepātis:cur fidē auditis nō adhiberet. Illeq; euigilās ꝯpūct⁹ ē. ¶ Harena uero pe dibus eius attrita:p agros ꝯſperſa terre ſte rilitatē auferebat. ¶ Hic dū quēdam mani cheum populū ſeducētē diſputās excludere nō poſſꝫ:fecit ignē accēdi:eo pacto:ut qſqs eoꝝ flāmas igreſſus iuſt⁹ exiret: ei⁹ fides ap probata eēt. ipeq; primū ignē itrans illeſus exiuit. Dū aūt hereticus intrare nollet a po pulo i flāmas uiolenter iiectus eſt. Dū auteꝫ mori ſe uideret copretis auxiliuꝫ iplorauit.

A quo eductus dū ptinaciter ꝯuerti nollet: ab eodē eiect⁹ & dimiſſus abiit ꝯfuſus. Hec heraclides.

¶ De ſcis ſyro paulo & iſaia ꝯfeſ. XLIIII

S Yrus paulus & iſaias monachi fuerūt in ſcythi. Qui dū ſibi in uicē ad ripā flumis occurriſſent ut fratrē quēdā anub noīe uiſita rent:orationē fuderūt:ne i uia i pedirent. Statimq; nauiculā ſibi appentem aſcendētes ſine remo uel remige: iter tridui una hora ꝯtra ictū fluuii pfecerūt. Cūq; ap plicuiſſent:reuelatū eſt iſaie:ꝙ uir ad quem ibant:eoꝝ ſecreta cordiū nouerat. Paulo ue ro reuelatū ē:predictū anub poſt triduū eē migratuꝝ. Syro aūt ſuelatū ē anub ſibi ma ne occurſuꝝ. Cū autē illa nocte in orationi bus pnoctaſſent:anub mane ad eos ueniens eoꝝ ſecreta eis patefecit. Cū quo manentes tribus diebus ab eo edificati ſūt. illeq; i eoꝝ manib⁹ expirauit:& ab eis ſepult⁹ fuit. Hec in uitis patrum.

¶ De ſcō effrate monacho. XLV.

E Ffrates monachus apd antiochiā claruit:tpe ualentis arriani impa toris contra catholicos ſeuiētis. Quē per plateā ciuitatis ātioche ne ambulātē:uili habitu ꝯtectū: & lōga ſenectute ꝯfectū: impator reſpiciēs: interrogauit quis eēt:& quo iret. Cui ille ſe xpianū monachū & pro ſuo pgere ipio ora tuꝝ rn̄dit. Quē ipator redarguit:eo ꝙ domi more monachi ſtare deberet. Ille aūt pro o uibus xpi liberādis ſe egreſſum dixit. Cubi cularius aūt ceſaris ſcō uiro mortē ꝯminat⁹ eſt:eo ꝙ principi nimis ſupbe loqueret. Et dū inde recedēs imperatori balneū paret:ſu bito mēte alienatus furibūdus i aquā feruen tem ſe iniecit:& ibi extinctus:multis hereti cis ad ueritatē fidei catholice redeundi exē plum dereliquit.

¶ De ſcā ſarra abbatiſſa. XLVI

S Arra abbatiſſa claruit i ſcythi tē por theodoſii ſenioris:q̄. 13. ānis a ſpū fornicatōis ipugnata fortiſ ſime exorabat dn̄ꝫ:nō ut pugna recederet: ſꝫ ut ſibi fortitudo da ret. Cui tādē ſup lectulū iacēti ſpūs imūd⁹ appuit:dicēs ſe ab ea uictū fuiſſe: illa uero nō ſe:ſꝫ xpꝫ illū uiciſſe rn̄dit. Hec ſupra al ueū flumis. 60. ānis hitauit:& nūq̄ iclinata ē ut flumē aſpiceret:ne forte ex tali uiſione de lectationē aſſumeret. Hec i uitis patrū.

¶ De ſcā ſyncletice abbatiſſa. XLVII

S Yncletice abbatiſſa unde fuerit uel ubi i deſerto locū pro ſua ha bitatiōe habuerit nuſq̄ repitur. Putat tn̄ ꝙ in deſerto ſcythi ubi tunc mōachi egypti ut plurimū

habitare ↄſueuerant. Quod autem uite pro
batiſſime fuerit:ex multis dictis eius & au
ctoritatibus:que in uitis patꝝ in exemplum
legunt:ſatis colligi poteſt.

¶De ſancta tabita uirgine. XLVIII

TAbita uirgo una fuit ex ſororibꝰ
degētibꝰ in monaſterio illo gran
di thebaidis : quod helias abbas
ꝑfecit:in quo & trecētas feminas
ↄgregauit : de quo ſupra actum
eſt.3.idus ſeptembris.Hec autē in ipſo ceno
bio deuotiſſima fuit:& in tātū humilis:ꝙ ab
oībus deſpiciebat:& quaſi inſana reputaba
tur:coquineq; opera & alia quoq; uilia offi
cia ei imponebant:que illa fideliter admini
ſtrans:nec cum aliis ad mēſam ſedebat: cui
etiam ſorores multa cōuitia inferebāt:illaq;
omnia patientia munita tolerabat. Angelus
autē domini ſancto piterio abbati in eremo
dudū ↄuerſanti apparuit:eūq; admonuit:ut
ad dictam ſororem uiſitandā accederet : eo
ꝙ ipſa illum meritis excederet. Ille autē ue
niens:dum ſingulas uidiſſet: nec eam quam
querebat cerneret.Interrogat ſorores:an a
lia ſupereſſet:ille uero unam inſanā & amē
tem ſupereſſe dicunt.Qua adducta ſanctus
uir pedibꝰ eius aduolutus ei ac ceteris ꝑ an
gelum reuelata narrauit.Tunc omnes moni
ales ad pedes tabite ꝓcidentes :de illatis in
iuriis ueniam poſtulabant.Pro quibus tam
ipſa uirgo q̄ ſanctꝰ abbas orauerūt.Paucis
poſtmodū elapſis diebus uirgo ex tali facto
inanem gloriam fugiens:cenobium latenter
egreſſa ſolitudinem petiit : & quo fine diem
clauſerit adhuc ignoratur.Hec heraclides ī
paradiſo.

¶De ſancto phyllorrhonio p̄ſbr̄o. XLIX

PHyllorrhonius p̄ſbyter de regi
one galatie impante iuliano ſe
culo renunciauit.A quo ſibi cal
uicie facta duriſſime uerberibꝰ
attritus ac dimiſſus eſt:qui mox
ad eremū ꝓperans:cū fornicatione & inglu
uie maximā primo habuit pugnā:quā tan
dem ſūma abſtinentia & penitētia ſupauit:
Nam per annos.18.in quadam cella ſe clau
ſum ferro onerauit:& nec panē nec coctum
dicto tēpore aliquādo comedit. Sup hec &
32.annis nullo pomoꝝ genere uſus fuit. De
inde poſtq̄ ſpiritualia certamina uicerat:cū
ſpiritibꝰ etiā uiſibiliter & corporaliter per
ānos.40.luctā habuit.Preterea metu mor
tis per annos.6. intra ſepulchra mortuorū
ſe incluſit:ut ſic demonem quē ex mortuoꝝ
memoria metuerat:ex eoꝝ aſpectu cōtinuo
ſuparet.Ipſe de labore manuū ſuaꝝ.250.ſo
lidos elephantioſis ꝑſtitit:& romā:hieroſo
lymam:& alexandriam : ac plura alia loca
ſacra pegrinationis gratia pedeſter uiſitā
uit.In morte proteſtatus eſt:ſe nunq̄ ex ſen
ſibus ſuis a deo fuiſſe ſepatum. Hec heracli
des ubi ſupra.

¶De ſancto gadano ſene. L

GAdanus ſenex circa iordanē ſem
per ſine tecto ſub diuo habita
bat . Contra hunc iudei quidam
emuli uenientes inuidia furibun
di & armati:dum unus illoꝝ eū
ferire uellet:dextera:quam erexerat:ſubito
aruit:& ex eius digitis gladius excidit.Hec
ubi ſupra.

¶De ſancta ſiluia uirgine. LI

SIluia uirgo rufini alexandrie ꝑ
fecti ſoror in eremo thebaidis ꝓ
uincie ſuperiori degebat: que ꝑ
ānos.60.nec ora:nec pedes: nec
aliquam membroꝝ partē exce
ptis digitis aqua lauit.Et dū decumbens lā
guida a medicis ad balneū ſanitatis percipi
ende gratia inſtantius ſuaderetur:nullatenꝰ
acquieuit.Nec aliquādo in lecto:aut lecti
ca iacuit : ſed ſuper nudam humū cubauit.
Hec eloquentiſſima erat: & amore ſacrarū
litterarum noctes in diem uertentendo lege
bat.Hec heraclides.

¶De ſcō ſiſinnio monacho. LII

SIſinnius monachus diſcipulꝰ ab
batis elpidii:de quo ſupra dictū
eſt in eius feſto.4.nō ſeptēbriſ
Poſtq̄ apud eū.6.uel.7.ānis fu
iſſet:intra quoddā ſepulchrū ſe
incluſit:in quo per trienniū ſemper orauit:
& nec die:nec nocte deambulauit:aut ſedit:
aut iacuit.Qui etiā ↄtra demones ſpeciales
gratiam meruit.Adeoq; ſine ullo uitio mē
tis & corporis uixit:ut nullam eſſe generis
diſtantiam inter mares & feminas compro
baret.Tandem egreſſus ad cappadociam pa
triam ſuam:& preſbyter eſſectus. fratres &
ſorores in unum cenobium collegit : ubi &
in pace quieuit.

¶De ſancto diocle ↄfeſſore. LIII

DIocles olim philoſophus ſecula
ris ad celeſtis philoſophie ſtudi
um animatus eſt: Qui ad eremū
ſuperiorem thebaidis acceſſit :
& in artiſſima ſpelūca ānos mul
tos exegit.Ad ſe autē uenientes admonebat
ut ſui exemplo eorum deſiderio animū ſem
per cū deo eſſe ſtuderent.in ipſo quoq; ſpe
leo uite terminū dedit.Hec ubi ſupra.

¶De ſancto capithone ↄfeſſore. LIIII

CApithon iuuenis prius latro fu
erat.Poſtmodum autem ad ere
mum tranſiens quinquaginta an
nis in antro quodam habitauit.
Nec extunc uſq; ad tertiū urbis
alexandrie lapidem:nec uſq; ad flumen nili

aliquando accedere uoluit:dicens ꝙ ſi ſe cō/
uerſationi hominū adhuc ingereret: inimic⁹
quem nondū uicerat ei fortius repugnaret:
hec ille.

¶De ſcā amata uirgine. LV

AMata uirgo ſenex annorum .80.
abbatiſſa in monaſterio quodam
thebaidis fuit:habens ſub ſui cu
ra.60.uirgines in abſtinentie pu
ritate eius exemplo & doctrina
uiuentes.Inter quas erat uirgo quedā nomi
ne tora annorum circiter .30. pulchra facie
& decora:ſed animi puritate & caſtitate for/
moſior:que nūq̄ noua tunica uel melote aut
nouis calciamētis uti uoluit.Omnibus autē
ſororibus die dñico cenobium egrediētibus
& ad eccleſiaʒ procedentibus: illa ſola cum
abbatiſſa domi manebat.Nam amata per an
nos.40.quibus monacha fuit nunq̄ limē ce/
nobii tranſiuit. Cui ſanctus martyr colona/
tus apparuit : eamq; proxima dñica futura
in ſua eccleſia ad prandiuʒ ſecum inuitauit.
Tunc illa primū poſt annos.40. ad eccleſiā
martyris uenit:panem & olera ſecuʒ ferens:
ubi ſumpto cibo & facta oratione ad mona/
ſterium rediit:filiabuſq; uiſa expoſuit : ſeq;
cito migraturam predixit.Et poſt duos dies
nulla egritudine corporis aut dolore capi/
tis uexata:ſe ut erat ſepelienda componens:
emiſit ſpiritū.

¶De ſcō puniſico abbate. LVI

PVnificus abbas cū eēt preſbyter
& maximi cenobii in egypto pa/
ter:cunctis honorabilis:fugiens
honorem ſeculi humilitatis grā
iam ſenex de cenobio latenter fu
git:& habitu ſeculari aſſūpto ſolus acceſſit
ad monaſteriū tabenneſiotaꝝ: qđ in ultimis
thebaide partibus arctoriſ uite eſſe cognoue
rat.Ibiq; diutiſſime preforibus pſeuerans ſe
in monachum ſuſcipi poſtulabat. Queʒ illi
recipere recuſabant:eo ꝙ non deuotiōis cā:
ſed uel alende ſenectutis: uel famis reprimē
de:ipm iam prouectum ad monaſteriū acce
dere uelle putabant tandem ſūma importu/
nitate ab abbate ſuſceptus:iuniori cuidā cō
mendatus eſt.Cui adeo obedienſ fuit:ut etiā
indigna & aſpera officia:etiam ſibi non ipoſi
ta exerceret:nunq̄ attendēs ꝙ preſbyter aut
pater maioris cenobii fuiſſet . Nocte etiam
conſurgens quedam neceſſaria furtim adim/
plebat:ut auctorem operis nemo deprehen/
deret . Cūq; per biēnium icognitus ibi man
ſiſſet:requirentibus illum ubiq; frībus ſuis
tandem a quodam dum terram ſarculo fode
ret:& ſtercora geſtaret uix cognitus ē. Qui
abbatem & fratres loci uocauit:& quis eſſet
punificus uel qualis fuerat eis innotuit . Illi
autem ueniam poſtulabant:eō ꝙ ſancto pre
ſbytero & patri monachoruʒ ignorantes: ui
lia impoſuerant. Qui inuitus & flens ad pri
orem cenobium gubernandum rediit : ubi
& poſt modicum tempus feliciter i pace qe/
uit.Hec heraclides.

¶De ſcō theremone abbate. LVII

THeremon abbas in eremo de ſcy/
thi claruit. Qui ibidē centenari⁹
deceſſit . Hic eni adeo dorſum ſu
um tam temporis uetuſtate quā
orationum iugitate curuauerat:
ut quaſi in primeuam infantiam ſumiſſis ma
nibus in terram traheretur. Hec qui ſupra.

¶De ſcō artebio epiſcopo. LVIII.

ARtebius epiſcopus pamphilien
ſis ex anachoritica uita ad epiſco
palem iam dictam ſedem inuite
& renitenter aſſumptus eſt.Qui
tamen in epiſcopatu degens ere/
mi uitam non deſeruit : quinimo ieiuniis &
orationibus iugiter intentus curam paſtora
lem ſedule adminiſtrabat : & ad eremum ſi/
bi dilectam ſepius accedens ſanctos anacho
ritas & patres frequentius perſona & bene/
dictionibus uiſitabat . Hic apud pamphiliā
in pace quieſcens ibidem ſepultus iacet.

¶De ſancto habetdeum epiſcopo & marty/
re. LIX.

HAbetdeū epiſcopus lunenſis &
martyr tempore uandalice perſe
cutionis in italiam martyrium
paſſus eſt . Qui dum arriane ꝓ/
feſſioni reſiſteret : primo in exi/
lium relegatus eſt . Deinde ipſum uandali
reuocātes:obturato eidem ore:ipſum aqua
more arrianorum rebaptizarunt : putantes
ex hoc eius conſcientiam uiolare. Sed dum
adhuc illis fortius obſiſteret ab eiſdem capi
te ceſus eſt.

¶De ſcō caſiodore confeſſore. LX.

CAſiodorus confeſſor ex ſenatore
monach⁹ quōdam theodorici re
gis italie cancellarius: natione a
pulus : floruit tempore childe/
berti regis francorum. Hic uite
ſanctitate admodum effulgens diuina & hu/
mana litteratura pollens : non nulla peruti
lia eccleſie dei digeſſit. Scripſit nempe libꝝ
De trinitate.De anima.De amicitia.Familia
riū epłaꝝ. De orthographia.Sup pſalterio
centum & quinquaginta tractatus ſuper cē/
tum & quinquaginta pſalmos . Scripſit etiā
hiſtoriam tripartitam . Et iuſtiniani primi
temporibus humanitatis debitum ſoluit.Se
pultus in miraculis uiuit.

¶De ſcō geremaro abbate. LXI

GEremarus abbas ort⁹ uilla guatandra ex confinio beluacenſi ſuper flumen : patre rigoberto & genitrice aga:ex nobili francoꝝ progenie orta unicis parētibus poſt eorum obitū omnibus pro chriſto pauperib⁹ erogatis:monachalem habitum a ſancto andoeuo epiſcopo ſuſcepit : & in monaſterio pentuli multorum monachorum abbas conſtitutus eſt.Cuius dum monachi duras correctiones non ferrent:cultellum ſub lectulo ponentes:manubrium ſolo heſerūt: acumen uero nudum erecta cuſpide ſupra lectum in aerem dimiſerunt:ut rediēs a matutino:ſe ſuper telum cum impetu ſternens ſemetipſum tranſfoderet. Ille autem rediens ab eccleſia finitis matutinis:dum lectuꝫ uellet aſcendere:diuino inſtinctu preter moreꝫ manum circūducens ferrum repperit: & ad eccleſiam reuerſus in oratione pernoctauit. Mane autem facto nemini aliquid indicans: in capitulo coram fratribus abbatie renunciauit:& ad ſanctum andoeuum pergens locum ſolitarium ſibi ab eo conſignādum popoſcit. Quibus ambobus per uiſum nocte angelus locum oſtendit. Qui mane ad locū pergentes:dum nebula totum circuitum:ubi erat conſtruendum cenobium operuiſſet Vox de celo ſonuit:ꝙ ante annos quadraginta deus locum illum fideli ſuo geremaro ꝓuidit.Nebulaq; ſublata:locus totus rore ꝑfuſus:quaſi ſi uirga per circuitum fuiſſet deſignatus apparuit.Vbi edificato monaſterio ſanctus geremarus cum quibuſdam electis diſcipulis uſq; ad obitum ſuum deo fideliter deſeruiuit:ibiq; ſepult⁹ in pace requeſcit.

¶De ſancto rhemachlo epiſcopo. LXII

RHemachlus epiſcopus traiectenſis claruit tempore imperatoris conſtantini iunioris:ut dicit ſigibertus.Qui poſtq̄ ꝯmiſſam ſibi eccleſiaꝫ aliquo tempore uerbis atq; exemplis feliciter gubernaſſet:tādē ꝑteſus ſeculariū tumultuū:ep̄atui r̄ſignauit:& monachalis uite hitū aſſumēs:xp̄o deinceps iugiter militauit.Et ſub monachali obediētia de mgr̄o effect⁹ diſcipul⁹ in pace ꝗeuit.

¶De ſcō landelmo ꝯfeſſore. LXIII

LAndelmus confeſſor: qui & moroſus a ſancto auſberto epiſcopo cameracēſi ex ꝑdone ad xp̄m conuerſus & monachus effectus a beato martino epiſcopo turonenſi ad predicandum deſtinatus : fundator fuit duorum cenobiorum:uidelicet lolobienſis aluei uaſſaris atq; criſpinenſis: in quo ſecundo corpore quieſcit.In ipſo igitur monaſterio criſpinenſi cum duobus diſcipulis ſuis aldeleno & domitiano claruit : ibiq; chriſto ſeruiens in pace quieuit . Quo tempore claruit giſlenus cellenſis abbas:maldegari⁹ dux:qui & uicentius altimotenſis & ſeczenſis eiuſq; coniunx ualdetrudis caſtrilotenſis ſororq; ualdetrudis aldegundis melbodienſis.Trudo etiam albanienſis:& alii multi de anglia & ſcotia : qui ubiq; uerbum domini ſeminabant.Tunc temporis cenobium floriacenſe a leodoboldo abbate fundatur:ubi & poſt annorum decurſum corpus ſancti benedicti tranſlatum eſt:ut dictū eſt ſupra in ei⁹ tranſlatione.5.idus iulii.

¶De ſancto bernone abbate. LXIIII

BErno primus abbas monaſterii cluniacenſis & fundator ipſi⁹ ordinis claruit tēpore conradi primi imperatoris.Cuius anno primo ordo incepit predictus : anno uidelicet domini.912. Hic autem multa uite ſanctitate polluit: quod ex ipſius ordinis inſtitutione ſatis patere poteſt.Quia ſanctus uir nunq̄ potuiſſet aliter docere:q̄ uixerit.Qui dum morti appropinquaret : Odonem monachum ſuū olim muſicū ſibi conſtituit ſucceſſorem : ea conditione: ut eccleſia cluniacenſis annuatim ſolueret eccleſie gigniacenſi cenſum duodecim denariorum : quod uſq; hodie ſeruatur.Tādem berno abbas exitiali langore detentus:uicinos epiſcopos accerſiuit:& ſe reum tāto miniſterio iudicans:& ab ordine ſeipſum deponens:odonem ordinat abbatem.Qui dum pro uirib⁹ reniteret:ui fratrum adductus & epiſcoporum mandato ſub anathematis pena ſuperatus acquieuit.De quo ſupra in eius geſtis dictum eſt.15.calendas decembris.Sanctus autē berno poſt dies modicos in pace requeuit.

¶De ſancto edgaro rege & ꝯfeſſore. LXV

EDgarus rex anglorum inſignis frater edini: cepit regnare anno othonis imperatoris uigeſimoſecundo:dum adhuc eſſet iuuenculus annoꝝ ſedecim: quo naſcente dunſtanus archiepiſcopus cantuarienſis audiuit uocem de celo anglice dicētem.Pax anglie quādiu puer iſte regnabit: & dunſtanus noſter uixerit.Regnauit autem ānis.16. & quolibet anno nouum monaſterium fundauit:totamq; inſulam in ſūma pace & iuſtitia gubernauit.Nā regem ſcotoꝝ cinandum cambioꝝ malcolinū:archipyratā maſcoſiū omneſq; reges uualenſiū numero.5.ad curiā coactos perpetuo ſacramēto ſibi obligauit. Quos apud legionū ſibi occurrentes:& pōpam triūphi per fluuium deduxit una naui impoſitos:quā illi remigabāt: & ipſe in ꝓra ſedebat.Compatriotas ſuos a nimia potatione timore & induſtria refrenauit . Et adeo ſeuerus fuit : ꝙ ibi nullus fuit priuatus la-

tro nullus popularis predo : niſi qui uellet
amittere uitaʒ: quinetiā omnis generis feras
ſanguinis auidas ex regno extermiauit. Gui
dualo regi gualdenſiū indixit : ut ſibi omni
āno tributū.300.lupoꝝ ſolueret. Quod dū
ille plurib⁹ annis feciſſet:nullū ſe amplius i
uenire ꝑfeſſus ē. Omni eſtate p⁹ paſcha na/
ues ꝑ omnia littora adunari precipiebat : &
aſcēdens ipēmet:mare circuibat: ut pyratas
arceret: hyeme uero ꝑ prouincias equitabat
ut predones deleret:iudicia potētioꝝ exqui/
rens ne ius uiolarēt. ¶ Quodā tēpore uena
tum prexerat:dunſtanū qui ſecū erat rogās
miſſam differre.qa dies dñicus erat. Appro/
pinquāte hora tertia eps̄ ſactis idutus ſuper
altare regē expectabat:ſubitoq; ſopore leui
depreſſus: raptus i celum audiuit cātus an/
geloꝝ cantātes kirieleiſon.9.uicib⁹. Excita
tus poſt modicū adhuc expectās rapitur: &
audiuit alta uoce dici. Ite miſſa ē & rñderi:
deo grās. Tunc accurētes eius clerici regem
adeſſe dixerunt: quib⁹ rñdit ꝙ miſſam audi
uerat:nec eſſe opus ꝙ ea die ampli⁹ celebra
ret. Interrogatus a rege cur hec diceret:& q̄
re celebrare nollet uiſionē apit. Et hoc ſum
pta occaſione regi prohibēs:ne die dñico ul
terius uenatum pergeret. Quā correptionē
ſcūs rex benigne ſuſcepit & de cetero obſer/
uauit. Qui gubernato regno poſt annos.xvi
anno etatis ſue.33.i pace quieuit:& miracu/
lis poſt obitum claruit.

¶ De ſcō deodorico epiſcopo. LXVI

DEodoricus metenſis epus impe/
ratori othoni primo ſanguine &
dilectione ꝯiunctus fuit. Qui dū
i italica expeditione militaret:&
ſcūs eps̄ cū eo ꝑ triēnium i ipſis
ptibus extitiſſet:ipē uti deuotiſſim⁹ ex diuer
ſis locis & ciuitatib⁹ plurima corpora & re
liquias ſcōꝝ collegit: que ipē ſecū i partib⁹
ſuiſ aſportauit. Primū a marſia corp⁹ elpidii
ꝯfeſſoris ſubſtulit. Cuius ſocii cadauer:uide
licet eutychii iaʒ ipē imperator ſubſtulerat.
Ab amiternis eutychen mr̄em cum reliquiis
maronis & uictorini ſocioꝝ illi⁹. A fulginio
felicianū epm̄ & martyrem:a puſio aſclepio
dorū mr̄em:a ſpoleto ſerenū mr̄eʒ cum gre
gorio mr̄e ſpoletañ.a cordinio pignora uin
centii mr̄is olim ab hiſpaniis ꝑ duos mona/
chos capuā:& inde cordiniū delata. A menā
nia alteꝝ uincētiū epm̄ & mr̄em:a uincentia
leontium epiſcopum & martyrē : a florētia
minyatē mr̄eʒ:ab urbe tudertina ſortunatū
epm̄. A ſabinis partes corporuʒ proti & hia
cyinthi mr̄ʒ:& alia plurima que i eccleſia ſā
cti uincētii mr̄is a ſe i ſaltuuallis ꝯſtructa lo
cauit:cum pte catene ſci petri apoſtoli:& ca
pillis ei⁹:& ſanguine ſci ſtephani protomar
tyris:& pte craticule ſci laurētii:a ioāne pa
pa ſibi donatis. Hec omnia prefatus ſanctus
eps̄ in dicta eccleſia deuote repoſuit:ubi p⁹
modū eccleſia ſua feliciter gubernata i xp̄o
quieſcens tumulatus iacet : & miraculis ui/
uit. Hec ſigibertus.

¶ De ſcā eteldrita regina & uirgie. LXVII

ETeldrita regina & uirgo i anglia
claruit:ut ait beda. Que duobuſ
nupta uiris uirgo ꝑmāſit: uiros
ad caſtitatis obſuantiam ſuis ex
hortationibus inducēs: & ſemet/
ipam illibatam cuſtodiēs. Huius pater fuit
anna rex orientalium angloꝝ qui habuit ali
as duas filias: etelburgā & ſexburgā. Qua
rum prima in monaſterio gallie: quod dicit
brigis:ſcimonialis primū:p⁹ abbatiſſa fuit:
& ſemper incorrupta permanſit. Altera he/
recoberto regi cūmarioꝝ uxor data eſt. Ex
quo genuit duas filias excotongam : de qua
beda multa ſcripſit:& hermenildā:que uul/
ſio regi mencioꝝ data eſt in coniugē. Exquo
habuit filiā uemburgā uirginē. Mater apud
beluium poſt ſexburgaʒ abbatiſſa fuit: filia
uero apud legionū ciuitatem quieſcit. Que
maxime orationes feminaꝝ & puerorū exau
dire creditur.

¶ De ſanctis nuldruta & nulburga uirgini
bus. LXVIII.

NVldruta & nulburga uirgines
ſorores carnales i anglia clarue
rūt. De quib⁹ beda ſcribit:ꝙ fue
runt filie mēguardi ffis guelſerii
regis : ex uxore memburga filia
hermerendi fratris hercoberti:quarum pri/
ma in cenobio ſancti auguſtini cantuarie:ſe
cunda apud uēneloch ambe ſignis radiantes
quieſcunt.

¶ De ſcā edburga uirgine. LXIX

EDburga filia eduardi regiſ ſenio
ris in anglia claruit. Hec ex uxo
re regis edelſpita progenita uir/
go ſāctiſſima fuit. Que adhuc tri
ma ſic a patre probatur. Poſue/
rat ille in triclinio diuerſa ornamenta mulie
rum naturaliter allectiua:& ſeorſum crucē
& euangelium:iuſſaq; ut qđ uellet horum e
ligeret toruo aſpectu ſecularia deſpiciens:
manibus iunctis crucem & euangelium ado
rauit:ipſaq; poſtmodum in manib⁹ ſumpſit
& oſculata eſt. Quod pater conſiderans &
uirginis puellule auſpicium notans : eam
adhuc infantem in monaſterio uirginum in
urbe uinconia dedicauit:ubi ipſa proceden
te etate laudabiliter uixit:& humilitatem ni
miam in omnibus exhibuit. Nā ſaccos puel
larum ſociarum furtim nocte ſurripiens:&
diligenter lauans lectis earum rurſus appo
nebat. in ipſoq; cenobio in pace dormiuit:&
ſignis effulgens ibidē corpore qeſcit.

¶De ſancta eggytha uirgine. LXX

EGgytha filia regis edgari anglorum uirgo ſcā in uiltimēſi cenobio iacet:& miracula oñdit. Dū ſanct⁹ dūſtan⁹ ꝯſecraret eccleſiā dionyſii:quā edificauerat:rex uidit hanc puellā pollice dextro frequenter ſignū crucis fronti īprimere:& ait: Nunq̄ putreſcat ille digit⁹:& ꝯtinuo flens floridā illā roſam cito marcentē futurā ꝑdixit : auemq; deo dilectā euoluturā. Quod poſt modicū ꝯtigit:puella de ſeculo iſto ſubtracta.De q̄ ſanct⁹dunſtan⁹ ꝑ uiſionē uidit:ꝙ ſanct⁹ dionyſius illā ꝑ manū tenebat:& dūſtanū amonebat : ut ipſa uirgo a famulis xp̄i ſic honoraret in terris: ſicut a ſponſo honorabat in celis.Hec inꝓfeſſione ſcimonialis aureis ueſtibus utebat.Cuius corp⁹ uirgineū i terra ſepultum:dū poſt aliquot mēſes altius leuaretur:totum in cinerē ſolutum inuentum ē: ꝑter dextꝝ pollicem:de quo dunſtanus ꝑdixerat:ꝙ nunq̄ marceret:& aluum atq; aluo ſubiecta:que integra repta ſunt.De quo dū omnes admirarent:uirgo ſancta cuidā dormienti apparens dixit:nō eſſe mirandū:ſi uēter ille nō putruerat:quē ulla libido non tetigerat. Quieſcit in prefata eccleſia ſci dionyſii:ubi miraculis fulget.

¶De ſancto hildeberto epo. LXXI

HIldebertus cenomanēſis eps:poſtea turonēſis archieps fuit. Hic berengarii turonēſis diſcipulus Verſificator & dictator egregi⁹ libꝝ elegantē de ꝯtēptu hui⁹ uite partim metrice:ptimꝓſaice dictatū cōpoſuit:qui etiā ut ipſe de ſe i quadā ſua epiſtola refert:multas tribulationes & uincula ꝓ xp̄o ꝑpeſſus ē ab emulis: uidelicet rotrocli comitis cenomanēſis:q illū de comitatu eiecerat:& comitatū ei⁹ uſurpauerat.Qui ſcūs eps a ꝑdictis hoſtib⁹ detētus ē iniuſte : eo ꝙ comitē exiſtentē in carcere uiſitaſſet:& teſtamentū ipſi⁹ſua manu ꝯſcriptū matri detuliſſet.In ipſa ergo cuſtodia multas paſſus afflictiōes:epiſtolas plures ſcripſit.Tādem eiect⁹de carcere turoni archieps ordinat⁹:uirtutib⁹& ſcitate refulſit:& apud eādē citatē i pace dormiuit:ibiq; iacēs i miraculis uiuit.

¶De ſancto didacho epo. LXXII

DIdachus eps exomēſis magiſter fuit ſancti dominici ordinis ꝑdicatoꝝ fundatoris:cui⁹ & ille fuit canonicus regularis:& exinde ſupprior canonice ipſi⁹. Hic cū 12.abbatibus ordis ciſtertienſis & cluniacēſis:& cū quodam apoſtolice ſedis legato ad terrā albigēſem miſſus eſt ad ꝑdicādū ꝯtra hereticos albigenſes:qui tale ꝯſiliū collegis in officio ꝓbuit:ut qa xp̄m paupem ibāt ꝑdicare:eiuſdē ſe uite oſtenderent ōpib⁹ ꝯformare:ut ex hoc aīas facili⁹ lucraret ad xp̄m Et ſic ꝯſilio didachi:equitaturas & pōpoſā ſupellectilē dimittētes:in hitu humilitatis& geſtu pauptatis incedentes officiū ꝑdicationis ꝓſecuti ſunt : in quo officio ꝑdict⁹ pater cū ſancto dominico eius canonice ſupprior ſibi aſſiſtēte laudabiliter ſe geſſit:& multos ad xp̄m ꝯuertit.Poſt bienniū autē ad eccleſiā ſuā redire diſponens: loco ſui beatū domicum uicarium dereliquit.Dūq; poſt multos labores exomam perueniſſet:pedes trāſiens per caſtellam : ad extremum uite ſue perductus eſt. Qui poſt obitum miraculis claruit.

¶De ſancto bene abbate. LXXIII

BEne abbas fuit in deſerto thebaidis:de quo hieronymus dicit: ꝙ nunq̄ uiſus eſt iurere: neq; mentiri:neq; iraſci:neq; ocioſum uerbum ꝓferre : ſed uita eius erat in ſummo ſilentio:mores tranquilli:ut per oīa q̄ſi āgelici ordis uideret. Humilitas quoq; immēſa:ꝓ nihilo in oib⁹ ſemetipm ducens. Hic dū beſtia quedā noie hippotaur⁹ regionē ſibi ꝓximā uaſtaret:rogatus ab agricolis uenit ad locū:& beſtie i noie ieſu ꝑcepit: ne amplius terrā illā uaſtaret. Beſtiaq; ſtatim recedens nuſq̄ ꝯparuit.Simili modo crocodilum ab eo alio tempore fugatum perhibebant.Hec in uitis patrum.

¶De ſancto pitrione abbate. LXXIIII

PItrion abbas fuit in thebaide in monte quodā ꝑrupto fluuio imminente:in quo erant ꝑ ipſa ꝑcipitia ſpelunce difficiles acceſſu: in his monachoꝝ plurimi ꝯmanebāt:quoꝝ pater erat pitrion. Hic diſcipulus ſancti antonii fuit:& poſt eius obitū cū amone habitauit : & poſt hui⁹ abſceſſum in ꝑdicto ſe monte ꝯſtituit.Qui gr̄a ſanitatum & fugandoꝝ ſpirituū miro modo clarebat: & immundoꝝ demonū notitiā maximā habebat.Dicebat aūt neminem poſſe demones eiicere:niſi prius a ſeipſo uitia eieciſſet. Et quicūq; ſupaſſet uitia ꝓpria:poſſet de facili demones ſuperare.Hic ſecundo in ſeptimana reſiciebatur pulmentula ex farre ſumens nec aliam iam poterat eſcam recipere : neq; etate:neq; manſuetudine permittente. Hec ubi ſupra.

¶De ſancto heronio ſene. LXXV

HEronius ſenex annorum.iio.diſcipulus fuit beati antonii.Qui i deſerto nitrie in eremo habitauit poſt mortē magiſtri ſumme humilitatis gratia refertus.Et in eadem ſolitudine plenus ſanctitate quieuit. Hec in uitis patrum.

❡De ſcō diogene monacho. LXXVI.

Diogenes anachorita aliꝰ beati antonii diſcipulus fuit. Hic erat uir ſūme prudētie i eodē nitrie deſerto degēs. Cuius ſ̄mo & narratio oēs ad ſe uenientes edificabat potiſſime cū de magr̄i ſui uirtutibꝰ loqueret̄. Et hic etiā i eadē eremo dormiuit i pace. hec ubi ſupra.

❡De ſcō iulio aphricano. LXXVII

Iulius aphricanus inter hiſtoriographos precipuus ut ſcribit euſebius. Alexādri & maximini ac gordiani impatoꝝ fulſit temporibꝰ: qui ſcītate & ſapiētia inſignis fuit: ſcripſit eni ad ariſtidē de euāgelioꝝ: ꝗ̄ uidet̄ diſſonātia & de genealogiis que a mattheo & luca diuerſe referunt̄ ꝯpoſuit librū. In quo ceteroꝝ opiniones a ueritate diſcordes coarguit: & ueriſſimā utriuſq; ꝯſonātiā eſſe demonſtrat. Chronicoꝝ de tēporibꝰ edidit libros: i quinq; uoluminibꝰ diligenter ad modū & ſtudioſe ꝯpoſitis. Ad origenē ſcripſit ep̄lam de eo qd̄ i daniele legit̄ de ſuſanna ꝗ̄ſi in hebreis nō hēatur codicibꝰ: ad quā origenes elegātiſſime rn̄dens ait: nequaꝗ̄ iudeoꝝ adherēdū fraudibꝰ: ſed ſolū: ꝙ ſeptuaginta iterpreteſ ſcribūt pro ueritate tenēdū. Hic ſub antonino auguſto dormiuit in dn̄o. Hec hieronymꝰ de uiris illuſtribꝰ.

❡De ſcō archiloco epiſcopo. LXXVIII.

Archilocus ſiue archelaus meſopotamie ep̄s tēpore ꝓbi ipatoris floruit. Qui uita fuit clarꝰ & doctrina ꝯſpicuꝰ. Librū eni diſputat oriū aduerſus manicheū ſcripſit: in quo diſputationē ad ſenſuꝫ cū quodā ex hereſi illa ſecū habitā ſyro ſ̄mōe explicauit. Qui in grecū trāſlatꝰ a multis habetur. Hic quoq; i eccleſia ſua ꝯditus i pace requieſcit: hec ubi ſupra.

❡De ſcō agrippa ꝯfeſſore. LXXIX.

Agrippa cognomēto caſtoriꝰ cōfeſſor ſcūs floruit alexādrie tempore hadriani ipatoris. Qui uir doctus & ſapiētia iſignis aduerſus. 424. baſilidis heretici uolumina que i euāgeliis ꝯfecerat: & fidei nr̄e ueritati repugnabāt: fortiſſime & elegāti ſ̄mone diſſ̄uit grādi libro catholicā credulitatē defēdēs. Hic apud alexādriā nō minoris uite ſcītate ꝗ̄ doctrine ueritate radiās diē clauſit extremū tēporibꝰ hadriani ipatoris: hec hieronymus libro de illuſtribꝰ.

❡De ſcō attico ep̄o. LXXX.

Atticus ꝯſtantinopolitanꝰ ep̄s tēpore archadii ipatoris apd̄ ipaꝫ urbē regiā clarus uerbis & operibus fulſit. Qui ad eiuſdē principis filias de fide & uirginitate egregiū ſcripſit uolumē. In quo neſtoriana dogmata repugnauit. Et apud eandē ciuitatē i xp̄o quieſcit: hec gēnadius.

❡De ſcō bacchilo epiſcopo. LXXXI.

Bacchilus corinthioꝝ ep̄s: de quo euſebius eccleſiaſtice hiſtorie libro. v. cap. 22. mētionē facit apd̄ ipam corinthioꝝ ciuitatē claruit tpe ſeueri ipatoris. Qui uir ſciſſimus & ſapiētia ꝑfulgens iſigniter inter cetera doctrie ſue opa: librū elegātē de paſcha ex ꝑſonis oium epoꝝ: qui i achaia erāt: ꝯpoſuit: & apud ipm oppidū tumulatus in dn̄o quieuit. Hec hieronymus.

❡De ſcō pholcate epiſcopo. LXXXII

Pholcas ep̄s & mr̄ apd̄ egyptum paſſus ē ſub ꝑſecutiōe maxiani iperatoris. Hic egyptius natione de ciuitate tāpnis: uir genere nobilis & opū nō modicaꝝ: eiuſdē ciuitatiſ ep̄atū humiliter ſuſcepit. Qui ſapiētia illuſtris uolumē elegantiſſimū de martyrū laude ꝯpoſuit: de ſemetipo i eoꝝ numero futuro diuinitꝰ uaticinās. Nam cū ebulliēte maximiani perſecutione ab iſidelibꝰ tentus idolis imolare renuiſſet: pro xp̄i ꝯfeſſione capite trūcatus & apud eandē urbeꝫ a xp̄ianis conditus eſt.

❡De ſcō fetitio epiſcopo. LXXXIII.

Fetitiꝰ eduēſis ep̄s apud ipam floruit ciuitatē. Hic uita puriſſima & doctrina fulgida: ſame i gallia celebris i canticis canticoꝝ ꝯmētarios edidit inſignes: aduerſus quoq; nouatianum grāde ꝯpilauit uolumē: cōſtantiniq; magni tēporibus in ipa ciuitate fatis terminum ponēs tumulatus iacet. Hec ubi ſupra.

❡De ſcō gennadio epiſcopo. LXXXIIII

Gennadius ep̄s apud ꝯſtātinopoli floruit: & ipiꝰ ciuitatis regie paſtor extitit. Qui uir ſcītate ꝯſpicuus atq; ſapiētia & doctrina uenerabilis fuit. Acris eni erat igenii & lingua diſ̄tus. Hic danielē ꝓphetā ex integro ad uerbū expoſuit. Homelias etiam plurimas edidit: leonis ipatoris prioris tempore uite mortali cedēs: eternā adeptus ē: & corpore tumulatꝰ in ipa urbe quieſcit. Hec gennadius ubi ſupra.

❡De ſcō gulphila epiſcopo. LXXXV

Gulphilas natiōe gothus gothorum primus epiſcopꝰ fuit. Qui tempore ualentiniani primi & ualentis auguſtorum uite ſanctitate & ſapiētia clarēs: a papa damaſo ad ipas gētes delegatus: maximam eorum ꝑtem ꝯuertit ad chriſtū: miraculoꝝ

quoq; gloria claruit.Nam & cecos plures il
luminauit:& demones ab obſeſſis nõ nullis
effugauit. Egros quoq; a diuerſis infirmita
tib⁹ curauit. Hic ad gentis ſue inſtructionẽ
gothicas litteras repperit. Cum ante eũ ru/
ſtico more ſine litteris:que nouerant memo
rie cõmendabant. Deinde teſtamentũ uetus
ac nouum in linguam tranſtulit ꝓpriam. Et
ſenio longo ꝯfectus in pace quieuit. Sepult⁹
apud gentẽ ſuã:ubi miraculis pollet.

¶De ſancto gemino epo. LXXXVI

GEmin⁹ eps niſibenſis floruit tpe
alexandri imparoris. Hic primũ
antiochene eccleſie pſbr̃ mox ni/
ſibene urbis ſue pontifex effect⁹
uita & doctrina egregius:qa mo
dico tpe in corpe uixit:lõq; pauca igenii ſui
monimenta dereliquit. Apud niſibenſe op/
pidũ iacens uirtutibus effulget. Eodem tem
pore heraclas hui⁹ in ſcholis ꝯſocius:alexã
drine eccleſie ordinatus eſt pſul. Hec hiero
nymus libro de uiris illuſtrib⁹.

¶De ſancto heraclide ꝯfeſſore. LXXXVII

HEraclides ꝯfeſſor claruit in egy/
pto tẽpore ualentiniani auguſti:
qui alexandria ortus:duꝫ cultu/
ram eremi deſideraret:iſidorum
abbatẽ apud alexandriã degen/
tem petiit:eiq; optatum ſuũ expoſuit.Iſido/
rus uero illum ad abbatẽ dorotheum in the
baidis deſerto habitantẽ:& ꝯtemplationi ua
cantem adduxit.Sub cuius diſciplina & eru
ditione heraclides annos plures exegit. Die
quadã miſſus ab abbate ad puteum:ut aqua
cacubum impleret:dũ ille aquam hauriret:
hauſit ſimul cũ aqua ſerpentẽ. Et expauens
ad abbatẽ acceſſit:eiq; factuꝫ narrauit.Qui
eidem reſpondit:ꝙ ſi quãdocunq; diabolus
ſerpentis formam ſibi dilectã aſſumens lym
pham intraret:monachi potum recuſarent:
forſitan uel nunq̃ aquam biberent: ſicq; ſiti
perirent.Et uadens ad cacubum ſignuꝫ cru
cis edidit:& continuo colubꝝ occidit:ipſeq;
prior de hauſta aqua bibit: & deinde diſci/
pulus ſecut⁹ potauit.Et extunc heraclides:
dum ſerpẽtẽ uidebat:exemplo magiſtri cru
cis ſignum faciebat:& ſerpens protinus inte
ribat. ¶Verum defuncto dorotheo abbate
heraclides ſolus eius antrum hereditario iu
re poſſedit:ibiq; multo tẽpore perſeuerauit.
Hic cellas & tuguria monachoꝝ & anacho/
ritarum omniũ per omnes regiones deſerti
multo tẽpore circuiens:uidelicet deſertum
ſcythi:thebaidis:& nitrie inferioris ac ſupe/
rioris.Vitas & geſta ſanctoꝝ patꝝ ſingulo/
rum exquirens:& mẽte recondens. Librum
poſtmodũ de uita anachoritica ꝯpilauit : in
quo que uiderat:& audierat acta deſcripſit
quẽ & paradiſum intitulauit.Et hic ſãctita/
te ꝯſumatus in thebaide in pace dormiuit.

¶De ſancto lucifero epo. LXXXVIII

LVcifer calaritanus eps apud ean
dem ciuitatẽ:que in inſula ſardi
nie ſita eſt:claruit tempore con/
ſtantii impatoris.Hic cum arria
na hereſis pullularet:ipſeq; a li/
berio papa heretico requiſitus : cum nollet
niceni cõcilii damnare fidem:a ꝯſtantio pre
fato impatore arriano apud paleſtinã in exi
lium dudũ actus eſt. Vbi ꝯtra fidem eiuſdẽ
imperatoris librũ elegantẽ ꝯpilauit:quẽ ad
eundem miſit.Vnde & ꝯſtantius indignatꝰ
acrius eidem mortẽ cõminatus eſt. Sed pau
lo poſt ꝯſtantio defuncto:uir ſanct⁹ ſub iu/
liano reuerſus calaris reliquũ uite cũ pace
tranſegit.Et ſub ualentiniano imperatore ſa
ti munus impleuit. Hec hieronymus libro
de uiris illuſtribus.

¶De ſancto latrociniano marty. LXXXIX

LAtrocinianus martyr apud gal/
liam paſſus eſt.Hic natiõe hiſpa
nus:uir per omĩa eruditus:& in
metricis ut fert uerſibus cõpa/
rãdus opuſcula diuerſis metris
edita fidem noſtrã redolentia ſcripſiſſe tra/
ditur:que uſq; ad hieronymi tẽpora extare
adhuc dicebant.Deniq; ſub quodã maximi
ano tyrãno:qui imperante primo theodoſio
gallias occupauerat: factione quorundã ꝑ
ueritate & defenſione catholice fidei apud
treuerim ceſus eſt cum priſcilliano bapille
epo & amborum corpora apud eccleſiã tre
uerenſis ciuitatis condita ſunt. Hec hiero/
nymus ubi ſupra.

¶De ſancto malchione pſbro. XC

MAlchion antiochene eccleſie pre/
ſbyter diſertiſſimus floruit apud
ipſam ciuitatem temporib⁹ clau
dii & aureliani imperatorũ. Hic
uita ſanctus & ſermone luculen/
tus in eadem urbe rethoricam florentiſſime
docuit.Qui aduerſus paulũ ſamoſatenũ p/
ſate ciuitatis epm prauũ ebionii dogma re/
ſtaurantẽ fortiſſime diſputauit.Cuius diſpu
tatiõis ſcribis excipiẽtib⁹ dialog⁹ extat.Sed
& alia opuſcula ex pſona ſynodi ab eo ſunt
edita ad dionyſiũ & maximũ romane & ale/
xandrine urbis epos directa.Hic apud eadẽ
antiochiã ſcitate & doctrina pclar⁹ btõ fine
quieuit:ibidẽ tumulatus.Hec ubi ſupra.

¶De ſancto ſophronio ꝯfeſſore. XCI

SOphronius ꝯfeſſor natione gre
cus claruit tempore leonis ſecũ
di imperatoris.Hic uir p omnia
eruditiſſim⁹ grece & latine ligue
perit⁹ adhuc puer bethleemitice
ciuitatis laudes deſcripſit.Et poſtea de eius
ſubuerſione librũ compoſuit.Ipe libruꝫ de

uirginitate ad euſtochiū & hilarionis mona
chi uitā que btūs hieronym⁹ romana lingua
ꝯpilauerat:opuſcula:ex latino uertit in gre
cum. Pſalteriū quoqȝ & ꝓphetas que hiero/
nymus ex hebreo i latinum trāſtulerat: hic
idē ꝯuertit i grecū. Et poſtmodū ad eremū
trāſiēs & uitā anachoriticā ducens ꝯtempla
tioni iugiter uacās q̄euit in dn̄o.

¶ De ſanctis philippo & philippo impera/
toribus martyribus. XCII.

PHilippus imperator & philipp⁹
ceſar eius filius ambo martyres
anno dn̄i.239. ab urbe uero con
dita anno.997. Gordiano augu/
ſto in imperiū ſucceſſerunt. Cuȝ
enim gordianus impator obtenta uictoria i
bello parthico: rediens circa fluuiū euphra
tem fraude ſuorum fuiſſet iterfect⁹ philipp⁹
ibidem imperator a romana militia creat⁹.
Philippum filiū ſuū ꝯſortē regni fecit exer/
citūqȝ ex ſyria icolumē ad italiā reduxit: Im
perauitqȝ ānos.7. Hic prim⁹ impator oium
xp̄ianus fuit:quē btūs pōtius ep̄s & mr̄:una
cū filio ad fidē xp̄i ꝯuertit:& i nicea citate ꝓ
uincie baptizauit:ut dictū ē ſupra in paſſiōe
pontii ep̄i & mr̄is pridie id⁹maii. Poſt tertiū
uero ei⁹ ipii annū milleſim⁹a ꝯditione rome
ānus explet⁹ ē:ut auguſtiſſimus oium pteri
toꝝ. Hic natalis ānus xp̄o potiuſq̄ idolis de/
dicaret. Qui qdē annus fuit a romanis cū in
genti ludorum & ſpectaculorum apparatu
celebratus. Nec dubiū eſt qn philippus im/
perator xp̄ian⁹ hui⁹ tante deuotiōis glr̄iaȝ &
honorē ad xp̄m & eccleſiā reportaret:qn ipȝ
uel aſcēſum in capitoliū imolataſqȝ ex more
hoſtias nullus auctor oñdit. Eodē aūt tēpo/
re philippus ipator deciū militarē uiꝝ & in
rebus bellicis ſtrenuū ceſarē fecit. Cuius ꝑ/
cepto dū corpora apoſtoloꝝ petri & pauli
de catacūbis a cornelio papa trāſferri debe/
rent:toti⁹ ſenatuſcōſultū:ꝯceſſuȝ ē romano
pontifici ceteriſqȝ xp̄ianis libere ad ſepultu/
ras apoſtoloꝝ fiendas iſudare:& ad id facien
dum data ſunt eis de fiſco reipublice adiuto
ria. Hoc autē decius cum eēt paganiſſim⁹ ſi/
mulate fecit:ut dn̄is ſuis xp̄ianis ꝯplaceret:
& ſic ab eis magis honoratus occaſionē mor
tis illoꝝ ꝯfidētius ptractaret. ¶Cū aūt ipa/
tores deciū ad gallias ſubiugādas: que nup
rebellauerāt miſiſſent. Iſqȝ proſpē cūcta geſ
ſiſſet:& ad libitū potit⁹ uictoria romā redi/
ret. Impator philippus eū honorare cupiēs
eidē a roma uſqȝ ueronā obuius iuit. Decius
aūt iā cū quibuſdā ex principalioribus mili
tie ſue de morte ipatoꝝ ꝯſpirauerat:& ne ꝓ/
ditor dn̄oꝝ ſuoꝝ notaret: occaſionē xp̄iani/
tatis aſſūpſat:ſuadēs ꝙ nō eēt decēs ſup ro/
manā militiā impare:hōies q deoꝝ cultū de
ſeruiſſent:& a romanis antiqs legibus diſce
dentes:noue ignoti & reprobati dei culture
adheſiſſent. Sicqȝ de cōſenſu illoꝝ Impatorē
i ſtratu ſuo quieſcētē & xp̄m ꝯfitētem latēter
occidit:& cū exercitu muneribus & precib⁹
ſubducto romā uenit:ac ſenatui cur dn̄m ſu
um occidiſſet expoſuit. Sȝ dū necē philippi
maioris ſenat⁹ ratā habuiſſet: philippus iu/
nior rome degēs:hoc audiēs timuit: theſau/
roſqȝ paternos ac ſuos: btō ſixto ſc̄o tunc ro/
me pōtifici:eccleſie & paupib⁹ diſpēſanduȝ
tribuit:& ſe a facie decii occultauit. Decius
aūt ad ꝑditiōnē ſuā palliandā xp̄ianos cepit
crudeliſſime pſequi:mandans illos ſine ulla
miſericordia trucidari. In qua pſecutiōe mł̄
ta milia martyꝝ paſſi ſūt. Inter quos & phi/
lippus ipator iunior ab eo tent⁹ & i xp̄i con
feſſiōe iugulat⁹ ē. Sicqȝ ambo ipi pater.ſ. &
fili⁹ mr̄es xp̄o ꝯſecrati ſūt. ¶ Iſte philippus
ſenior adeo i fide xp̄i profecerat:ut prompte
peccata ſua ꝯfitēs:in feſto paſche a btō ſixto
papa corā omni multitudine cōioneȝ eucha
riſtie ſumeret. Philippus uero iunior i tantū
ſeueri animi fuit: ut nulli⁹ cuiuſq̄ cōmento
ad riſum ſolui potuerit:patrēqȝ ludis ſcurri/
b⁹aliqñ ꝯcinātē:uultu ānotauerit auerſato.

¶De ſc̄o theodoſio magno ipatore. XCIII.

THeodoſius imperator ſenior im/
perium accepit circa annum do/
mini.422.& ipauit ānos.x.men/
ſeȝ unū ſol⁹. Nā primū cū frīb⁹:
ſe natu maiorib⁹ipauerat p ānos
v. Hic in catalogo ſcōꝝ a grecis cōſcribitur
& ꝯfeſſoris ſciſſimi noie uenerat. Nā xp̄iani
ſim⁹ & ſciſſim⁹ uita fuit. Oia antiqua phana
& tēpla idoloꝝ deſtruxit:& p totū orbē ro/
manū deſtrui mādauit:cultumqȝ xp̄i & fidei
mirabiliter auxit: hoſtes aūt ipii nō tā ferro
uel multitudie q̄ ieiuniis & oratiōib⁹ ꝯfiſus
proſtrauit. ¶Fuit aūt reipublice ꝓpagator
morib⁹ & corpe & aio ſimul clemēs: miſeri
cordie opib⁹ iugiter itent⁹:cōis apd̄ cūctos:
ſolo habitū ſe differre a ceteris putans i oēs
hoies honorific⁹:ueꝝ effuſus i bonis ſimpli/
cia igenia diligere:erudita mirari oñdebat:
largiri magno ac diligēti aio magna: amare
ciues etiā priuatos ꝯtubernio: eoſqȝ potiſſi/
me dignos pecūia beneficiiſqȝ ceteris mune/
rari:uiolentiā & cupiditatē deteſtatus ē. Bel
la nō mouit ſed iuenit:que & pro poſſe ſeda
uit. Miniſteria laſciuia ſaltariaſqȝ ꝯmeſatiō/
nes lege prohibuit: ꝯſobrinaꝝ nuptias tanq̄
prophanum interdixit: litteris mediocriter
doctus ſagax multū diligens ad noſcēda ge
ſta maiorum. Execrabatur cum legiſſet ge/
ſta dominantiū ſuperba. Ira rebus indignis:
ſed ſubito flecti emolliebatur. Inerat eni ei
cura eximie pietatis. Interdum autem ſeue/
ra precipiēs a nature munere:magiſq̄ a deli/
berāte rōne. Hic etiā pp uirtutū pfectionem

ab ipſis barbaris ſumme diligebatur:unde multe gentes ad ipſius inductum relictis erroribus & idolis ad chriſtum conuerſi ſũt. In bellis cunctis que ad fidei chriſtiane augmentũ & paganoruз exterminiũ potiſſime geſſit:ſemp triumphũ obtinuit:unde ob ei⁹ inſignes uictorias poeta quidã eximius ſed infidelis:his uerſib⁹ in eius laudem cecinit. O nimium dilecte deo tibi militat ether:Et ꝯiurati ueniunt ad claſſica uẽti. ¶Hui⁹ prima ſuaſione & hortatu papa damaſus officiũ in eccleſia dei p beatũ hieronymũ mandauit ordinari decantandũ:cũ uſq; ad temp⁹ illud nullũ eẽt in eccleſia officiũ ordinatũ. Quanta aũt in eo apud hoies mãſuetudo: & apud deũ extiterit deuotio:patet in illo exemplo: de quo dictũ eſt ſupra i uita ambroſii epi & doctoris.7.id⁹ decẽbris. Cũ eni apud mediolanum miſſaꝝ interſutur⁹ ſolẽniis uoluiſſet intrare eccleſiã:beatũ ambroſiũ p quodã facinore introitum ſibi ꝓhibentẽ:niſi publice peniteret:humiliter tulit:& ſatiſſactioneз nõ erubeſcens:nec publicã facere penitentiã ꝯſuſus indictũ a ſcõ epo modũ deuotus excepit:atq; pontificẽ de iuſtitia & magnanimitate animi ꝯmendauit. Hic ex flaccilla ꝯiuge archadium & honoriũ xp̃ianos & iuſtos filios impio ſublimandos genuit. Qua defuncta gallam ualẽtiniani iunioris ſororem in matrimoniũ duxit:que ei placidã ꝓcreauit: qui poſtea de matris noie galle cognomẽtũ acceſſit. Hic orientis & occidentis ptes pacifice poſſidens:qnquageſimũ etatis ſue annũ agens anno ſui impii.xi. apud mediolanum in pace quieuit:cui⁹ corp⁹ eodẽ ãno ꝯſtãtinopolim tranſlatũ eſt:ubi & miraculis uiuit.

¶De ſcõ carolo magno impatore. XCIIII.

Carolus magnus impator huius nomis primus apud francigenas intra ſanctoꝝ numeꝝ ſcribiť: & coliť:& ꝓpter ei⁹ ſanctiſſima geſta:ꝙ ſci noie uenereť ab eccleſia toleratur. Nam & uiuens miraculis claruit: & poſt mortẽ ſignis uirtutũ effulſit. Hic primus francoꝝ rex pipini filius: multa felicia bella geſſit. Nam aquitaniã & uaſconiã ſubegit. Saracenos in hiſpania xp̃ianos depopulantes uſq; ad ibeꝝ amnem uincens fugauit. Terras eoꝝ plurimas acquiſiuit: & uictorias plures ꝯtra ipſos obtinuit:De quibus ſupra actũ eſt in geſtis ſcõꝝ rothlandi & ſociorum.16.calẽ.iulii. Vbi inter aliud memorabile illud de carolo miraculũ legiť:ꝙ dum corpora ſcõꝝ militum a ſaracenis occiſorũ requireret apud runciaualle͂:& ſol ad occaſum tenderet:ad eius orationẽ & mandatum ſol in celo ſtetit:& ſpatio quaſi horaꝝ trium in nullo ſe mouit:donec ſanct⁹ rex oẽs ſuos interfectos recollegit. Hic etiã ſaxones infideles adhuc:& xp̃ianis infeſtos prius ſepius requiſitos:ut ad fidem xp̃i redirent:aut ſaltẽ xp̃ianos in pace dimitterent:dũ in ſua pertinatia eẽnt obſtinati:triplici bello deuicit: & regno ſuo ſubmiſit:& tandẽ coactos ad fidem xp̃i reduxit. ¶Tempore uero hadriani pape primi requiſitus ab eo: ut contra deſiderium regem longobardorum: ſibi & eccleſie dei ſubueniret: dimiſit bellum: quod ꝯtra ſaxones iam incepat:& cũ multo exercitu francoꝝ & finitimaꝝ nationũ ueniens i adiutorium eccleſie dei:ſupato alpiũ iugo: Deſideriũ regem fruſtra ſibi reſiſtere conantem:cõmiſſo bello uicit & fugauit: ticenoq; incluſum obſedit:dimiſſoq; ibideз exercitu romã uoti grã ꝓficiſciť. Et ueniẽs ad montẽ gaudii:uſq; ad ſci petri eccleſiã pedeſter ꝓperauit. Et eundo p urbẽ oẽs eccleſiaꝝ poſtes humiliter oſculatus eſt: qui ab hadriano papa honorifice ſuſcept⁹: a populo quoq; & clero urbis ultra modũ honoratus: & ab eiſdem patriciatus honore ſublimat⁹: eccleſie bti petri & aliis i urbe eccleſiis & monaſteriis multa copioſe largiens:tandem ad exercitũ reuerſus:papiã dudũ obſeſſam ad deditionẽ ꝯpulit. Ceteras deide lombardie ciuitates ſubiiciens:Deſideriũq; regẽ captiuum ducens:& eccleſie dei cuncta ipſi a longobardis ablata reſtituens: in galliã reuerſus eſt. Indeq; ſaxonicum bellum ꝓſequẽs: eos tãdẽ:ut dictũ eſt:indomitos domuit: & inuincibiles ſupauit:atq; ad fidẽ xp̃i uel coacte reduxit. ¶Hic terrã ſanctã occupatam a ſaracenis legatis p̃triarche hieroſolymitani & ꝯſtãtini impatoris ꝯſtantinopolitani receptis audiens:& terre ſcẽ ꝯpatiẽs:cum magno exercitu illuc uſq; ꝑuenit: & recupata terra ſcã cũ p ꝯſtãtinopolim rediret:auꝝ & argentũ p̃cioſaſq; gẽmas a ꝯſtantino impatore exhibitas:cũ nollet recipe:ſolas xp̃i reliquias & ſanctoꝝ poſtulauit:p̃miſſoq; ieiunio & orone:recepit de corona dñi ptẽ: que ipſo uidente floruit: & clauũ unum paſſiõis dñi:& ptẽ crucis dñice cũ aliis ſacroſanctis reliquiis:que omnia comitantib⁹ miraculis ſecum detulit: & aquiſgrani i baſilica ſãcte marie:quã ꝯſtruxerat:recõdidit: ut dictũ ẽ ſupra in hiſtoria tranſlatiõis corone dñi.5. id⁹ auguſti. ¶Ad numeꝝ etiã elementoꝝ.i. lr̃aꝝ in alphabeto cenobia fundauit. Et in uno quoq; p ordinẽ unã litterã de auro fabricatam pluſq̃ centũ libre turonenſiũ ualentẽ reliquit:ut ex ordine litteraꝝ tẽp⁹ fundationis cuiuſq; monaſterii cognoſceretur. Que littere adhuc in pleriſq; monaſteriis reperiuntur. Hic etiã quattuor archiep̃atus:uidelicet treuerenſẽ:colonienſem:magũtinenſem: ſalczburgenſẽ diuitiis & honorib⁹ ãpliauit. ¶Mortuo uero hadriano papa:& leone ter

tio in pōtificiū ſublimatū : dū die quodam ad letaniā procedens de laterano ꝑgeret a romanis captus & erutis oculis : lingua quoq; amputata:nudus ac ſemiuiuus.i monaſteriū miſſus eſt. Sed deus oīpotēs miraculoſe ei loquelam ac uiſuꝫ reſtituit:de quo ſupra dictū ē in ei⁹ geſtis.4.cal.iulii. Qui deinde ad regem carolū pergēs:ab eodeꝫ ualde honorifice:ut beati petri uicariuſ exceptus eſt. & cum ei omnia que facta fuerant itimaſſet. Rex pre nimio dolore fleuit. Et cū papa romā adiit:& cū honore ipm in locū ſuuꝫ reſtituit:ubi & papa coram rege de qbuſdā ſibi obiectis criminib⁹ ſe purgauit.Sed cum die natalis dñi ad miſſaꝝ ſolennia in beati petri baſilica aſſiſteret.Leo papa carolum i romanoꝝ imperiū coronauit: cuncto populo romano laudes ei impiales acclamāte.¶ Poſtmodum aūt carolus impator factus:eos qui in ſūmum pontificē manus iiecerāt de crimine cōuictos capitali dānauit ſnia. Sed leone pontifice pio affectu pro eis iteruenientе : in exilium ꝑpetuo ſunt dānati:uitaq; eis de miſericordia ꝯceſſa.Sicq; omnib⁹ recte pacatis carol⁹ in imperiū ſublimatus:in galliā reuerſus eſt.Ex quo tēpore impiū ꝯſtantinopolitanum i galliā trāſlatum dignoſcit.¶ Poſt hec carolus reuerſus ꝯtra mauros claſſem in corſicā miſit:quā & ab eis liberauit.Hic edificauit baſilicā dei genitricis marie aqſgrani ope mirabili:Apud maguntiam quoq; in rheno flumine pōtem ducentorum paſſuum longitudinis fecit. Nam tāta eſt ibi fluminis latitudo . Totius quoq; occidentis omnes pene regiones ſibi ſubegit.Auxitq; mirabiliter gloriam regni ſui:quibuſdaꝫ regibus ac gentib⁹ per amicitiā ſibi ꝯciliatis.Adeo nāq; alfontium regē galitie regeſq; ſcotoꝝ ſic habuit apud ſuā uoluntatē ꝑ munificentiā iclinatos:ut eū nunq̄ aliter niſi dñm:ſeq; ſeruos & ſubditos eius pronūciarēt. Cum aaron rege perſaꝝ : qui excepta india totū pene tenebat orientem:talē habuit i amicitia ꝯcordiam : ut per legatos ſuos inter ueſtes & aromata & ceteras oriētaliū terraꝝ opes : ingentia illi dona direxerit:& ſacratiſſimū locū in quo ē ſaluatoris nři ſepulchrū:ut ipius imperatoris aſcriberet poteſtati cōceſſit. Nam ipe Impator ad eundē locum ꝑ ſingulos annos plurima donaria mittebat.Imperatores quoq; ꝯſtantinopolitani nicephor⁹:michael & leo ultro amicitiā ei⁹ expetētes:multoties cum muneribus ad eum ſuos miſerunt legatos.Erat eni in amicitiis optie tēperatus: ut eas & facile admitteret:& ꝯſtantiſſime retineret . Tanto oium amore & fauore omni uite ſue tēpore ꝯuerſat⁹ ē:ut nunq̄ ei uel minime ſeueritatis quicq̄ fuiſſet obiectū religionem xpianam:quā ab infantia imbuit : ſciſſime & cum ſūma pietate coluit.Eccleſiam mane & ueſpe:iteq; nocturni & ſacrificii tēpore:duꝫ eum ualitudo ꝑmitteret quotidie frequentabat.Curabatq; ut oīa que in eccleſia gerebātur magna fierēt honeſtate.Amabat peregrinos:& i eis ſuſcipiendis ſūmā curā habebat: ueſtitu patrio utebatur:peregrina quoq; indumēta nunq̄ ueſtire patiebatur.In feſtiuitatibus quidē precipuis:ueſtib⁹ auro gēmiſq; ꝯtextis:diademate quoq; precioſo ornatus icedebat.Aliis uero dieb⁹ habitus ei⁹ paruꝫ a cōi ac plebeio diſtabat.In cibo tēperatus: in potu tēperatior erat. Inter cenāduꝫ nunq̄ hiſtriones ſed aut ſapientes:aut lectorem audiebat.Legebant ei hiſtorie & antiquoꝝ res geſte:ac libri precipue ſci auguſtini:in quibus maxie delectabat. Erat enim eloquētia copioſus & artibus liberalib⁹ ſolerter imbutus : litterarumq; ſapientes ueneratus magnis ditabat honorib⁹.Circa paupes ſubſtētandos gratuitam liberalitatē habuit : adeo ut nō ſolū in patria & in regno ſuo largiſſuas elemoſynas facere curauerit:ueꝝ in tranſmarina in ſyria egypto & aphrica hieroſolymis alexādrie atq; carthagini:ubicūq; xpianos in pauptate uiuere ꝯpiſſet: penurie eoꝝ ꝯpatiens pecunias trāſmittebat . Sacerdotes honorabat : ſacra ac uenerabilia loca colebat:& precipue romanā eccleſiā i cuius donaria magna uis pecunie in auro argento ac gēmis ab illo ꝯgeſta ē.Cui⁹ & pontificibus multa largit⁹ ē. In omnib⁹ aūt quib⁹ regnauit ānis: quater uoti cā tantū romā profect⁹ eſt.Filios ſuos q̄ cito etas patiebat :faciebat equitare:& armis intendere: filias uero lanificio coloq; ac fuſo aſſueſcere:ne ocio torpeſcerēt.Miraculoꝝ gloria claruit. Nam & leproſos tactu & oratione ferunt ab eo fuiſſe mūdatos:& cecos duos illuminatos. Poſtq̄ aūt regnū francoꝝ atq; impium:quod regēdum ſuſcepat feliciter ampliaſſet.dū ad mortem langueret uocatis eccleſiaꝝ p̄latis quos habere potuit : oēs theſauros eis tradidit ꝑ eccleſias & paupes diſtribuendos . Et ſic in omni ſcitate ꝑfectus i pace migrauit:anno etatis ſue.81. regni autē.47. Subacteq; italie 42.ex quo uero impator & auguſtus appellatus eſt:āno.14.in cuius tranſitu audita eſt ꝯcinēs angelica melodia.Sepultuſq; ē honorifice aquiſgrani i eccleſia ſancte marie. quā ipe ꝯſtruxerat. Ad cuius tumulū diuerſarū egritudinū ſanabantur infirmi.

¶De ſcō libertino abbate. LXXXXV.

Libertinus abbas monaſterii fundenſis: qd eſt i prouincia ſamnii ꝯſtructum:diſcipuluſ fuit ſci honorati abbatis: & fūdatoris ipi⁹ loci:de quo ſupra dictuꝫ eſt.17. cal.februarii . Claruit autē tempore totille

regis gothoꝝ:& miraculis effulſit.Nā cū eēt monach⁹ ex abbatis iuſſu:qui honorato ſuc ceſſerat:quodā tēpore rauennā ꝑgebat.Pro amore uero honorati olim ei⁹ magiſtri quo cūq; libertinus ibat caligulā illi⁹ in ſinū de ferebat.Dū ergo ꝑgeret: accidit: ut mulier extincti filii corpuſculū fleret:que ſuū dei intuita:iumentū illius p frenū tenuit:atq; iu rando aſſeruit:ꝗ illū inde abire non ꝑmitte ret:niſi filium ei⁹ ſuſcitaret.Ille uero inuſita tum miraculū expauit:& declinare mulierē uoluit:ſed oīno nequiuit.In ei⁹ quoq; pecto re pugnabant inuicē humilitas ꝯuerſatiōis: & pietas matris:timor ne inuſitata ꝓſumeret dolor ne orbate nō ſubueniret. Vicit tñ ī ei⁹ corde pietas:que quia uicit:affuit & humili tas:deſcendit:orauit:caligulam de ſinu ꝑtu lit:eāq; ſupra corpus extincti pueri poſuit. Moxq; defunct⁹ ſurrexit:quē flenti matri ui uum reddidit:& iter inceptū ꝑegit. ❡Qua dam die ꝓfatus ei⁹ abbas qui honorato ſuc ceſſerat:ꝯtra uiꝝ dei in grauē iracūdiā exar ſit.Et quia uirgā:qua eū ferire poſſet:ī pro ptu nō habuit.Cōprehenſo ſcabello ſuppe daneo ei caput ac faciem tutudit: uultumq; eius tumentē ac liuidū reddidit.Die uero al tera cū libertinus ad cām ſibi monaſterii cō ſtitutaꝫ ire deberet:expletis matutinis ad le ctum abbatis uenit:& licentiā ab eo humili ter petiit.Ille uero ſciens q̄tum a cunctis di lect⁹ eēt:pro iniuria quā in eum tulerat:rece dere eū de monaſterio uelle putabat:eumq; quo uellet ire interrogabat.Ille autē ei cām cenobii heſterno ꝯſtitutā ait:quam dimitte re nō ualebat:qa ſe ad eam ꝓfectuꝝ ꝓmiſat. Tunc ille a fundo cordis ꝯſiderans duritiam ſui:& patientiam libertini:ex lecto ꝓſiliit:& ad pedes eius ꝓcidens: de illatis in eū ueniā ſupplicauit.Et ꝯtra libertinus ſe in terrā ꝓ ſternens ſue culpe nō illius ſeuitie fuiſſe re ferebat:quod ipſe iuſte pertulerat. Sicq; ad māſuetudinē adduct⁹ eſt abbas: humilitaſq; diſcipuli facta eſt magiſtra magiſtri. Cū āt libertinus egreſſus a multis eū uenerantib⁹ nobilib⁹ & notis iterrogaꝛ:quidnā hoc eēt: ꝗ liuidā & tumentē faciem ſic haberet.Qui heſterno in ſero ſe in ſcabello ſuppedaneo īpegiſſe peccatis ſuis exigentib⁹ rñdit.Sicq; nec abbatis prodidit uitium:nec falſitatis in currit peccatū. ❡ Poſtq̄ autē abbas ille de ceſſit:libertin⁹ eidē ī regimīe abbatie ſucceſ ſit.Qui dū die q̄daꝫ pro utilitate monaſterii iter ageret:eidem quidā clarida gothoꝝ co mes obuiauit. At dei ſeruus ex caballo ſuo ab hoībus illius deiect⁹:iumēti damnū libē ter ferens:etiā flagellum:quod tenebat: ra ptoribus obtulit:& ſtatim ſe in orationē de dit.Curſu autē rapido predicti ducis exer citus ad fluuium uulturnum deuenit: ibiq;

dum ſinguli equos ſuos haſtis tundētes: cal caribus cruētantes nullo modo obtinere po terant:ut equi moueri poſſent:ſed aquā flu minis tangere quaſi mortis ꝓcipitium perti meſcebant: donec uno ipſoꝝ ceteros infor mante cognouerunt:quia ex culpa: quā dei ſeruo in uia tulerant:taliā ſui diſpendia tole rabant.Qui ſtatim reuerſi libertinū orantē inuenerunt:eiq; equum eius obtulerunt. Il le uero caballo opus non habere rñdebat. At illi deſcendentes eum in equo eius quaſi inuitum repoſuerunt:&dum retroceſſiſſent: equi illoꝝ alueum fluminis uelociſſime trā ſierunt. ❡Eodem tempore in partibus cam panie quidam bucylinus cum francis uenit: Sed duꝫ rumor de cenobio libertini exiſſet: ꝗ abbas pecunias multas haberet. Ingreſſi franci oratorium ſeuientes libertinum que rebant:ubi ille orans proſtratus iacebat: in ipſum quoq; ingredientes impingebant:euꝫ q; preſentē uidere nequibant. Sicq; ſua ceci tate fruſtrati a monaſterio uacui ſunt reuer ſi. Sanctus autē uir poſt uitam laudabilem quieuit in xp̄o.Hec gregori⁹ primo dialog. capitulo ſecundo.

❡De ſancto equitio abbate. XCVI

EQuitius abbas in ualerie ciuita tis partibus claruit:qui multoꝝ monaſterioꝝ pater fuit.Qui etiā dū adhuc iuuenis acri certamine carnis tentareꝛ: & ī hac re ab om potenti deo remediū continuis ꝓcibus que reret.Nocte quadam aſſiſtente angelo eunu chizari ſe uidit:eiuſq; uiſioni appuit:ꝗ oēm motum ex genitalibus eius abſcideret. Atq; eo tēpore ita alienus extitit a tentatione: ac ſi ſexū non haberet in corpore.Et extunc ſi cut antea uiris ſic cepit & feminis ꝓeſſe: nec tamē diſcipulos admonere ceſſabat:ne ſe ip ſius exemplo in hac re facile crederent:& ca ſuri tentarent donum:quod non accepiſſent ❡Quodam uero tempore quidam baſilius magus a roma fugiens in habitu monachi: ualeriam petiit:& pergens ad caſtoriū ep̄m amiternine ciuitatis:ab eo obtinuit: ut ip̄m equitio abbati cōmitteret:ac ſociandū mo naſterio illius cōmendaret.Equitius autem ep̄o pro hoc inſtante reſpondebat: ꝗ illum quem ipſe ſibi cōmendabat nō monachum ſed diabolum eſſe uidebat. Cum autem ep̄s diceret:ꝗ abbas occaſionē quereret: ne ſibi petita preſtaret. Vir domini iterum prote ſtatur:ꝗ qualem illum dixerat:talem agno ſcebat.Sed ne ſe uelle obedire ep̄s exiſtima ret:iuſſa ipſius facere paratus eēt. Suſcept⁹ itaq; ille ī monaſterio ē. Sed non poſt mul tos dies diſcedente abbate longius:contigit ut in monaſterio uirginum:cui equitius ꝓ erat:quedam illarum ſpecioſiſſima febrib⁹

arrepta clamaret ſe continuo morituraꝫ niſi baſilius monachus ueniret: & per eius cura tionis remediū ſalutē ſibi redderet. Sed cum in abſentia abbatis nullus ad cōgregationē uirginū auderet accedere: miſſum repente ē & dei famulo nunciatū. Quo audito uir domini dedignatus dicebat: ꝙ utiq; illū nō monachum ſed diabolū eſſe predixerat. Mandauitq; ipm̄ de cella fratrū expelli. De ancilla uero dei predixit nūciis: ꝙ ex illa hora neq; eſſet de cetero febrib⁹ laboratura: neq; baſilium queſitura. Regreſſi aūt monachi eadeꝫ ꝗ hora ſalutē uirgini reſtitutā: qua ſcūs dixerat cognouerūt: & baſilium de mōaſterio continuo reppulerunt. Qui repulſus dixit: frequenter cellulā equitii magicis artibus i aere ſuſpendiſſe: nec tn̄ eoꝝ quēpiam ledere potuiſſe. Qui & poſtmodū in urbe roma zelo fidei a xp̄ianis igne crematus eſt. ¶ Quedam monialis monaſterii prefati hortum ingreſſa latucam ꝯſpiciēs cōcupiuit: eamq; ſigno crucis oblita benedicere auide momordit: ſed protinus a diabolo arrepta & uexata cecidit. Quod dū equitio nūciatū eēt: ille concitus uenit: & ut ab ea demon abſcederet cū indignatione precepit. Qui continuo ab ea exiuit: nec eam ultra ꝯtingere preualuit. ¶ Cū autem die quadaꝫ felix abbas cenobii caſtorii: qd̄ intra menia urbis ſituꝫ ē familiariter quodāmodo quaſi redargueret: eo ꝙ ſacrum ordinē non hn̄s nulla licentia a ſūmo pontifice obtenta: ubiq; predicando diſcurreret: ꝯpulſus uir ſcūs qualiter licentiam acce piſſet eidem indicauit: dicens ſeipm̄ etiam ſecū predicta aliqn̄ tractaſſe. Sed nocte quadam ſpecioſus iuuenis ad eū acceſſerat: atq; medicinale ferramentū in os eius poſuerat: & ut ad predicandū egrederet: deinceps ex parte dei mandauerat. Et ex illo die etiam ſi uoluiſſet tacere nō potuiſſet. Hic in ueſtibus uilis atq; deſpect⁹ apparere ſtudebat: & quoties ad alia loca tēdebat iumento uiliori oībus: qd̄ i cella repiri poſſet: īſidebat. In quo etiam capiſtro pro freno & ueruecū pellib⁹ pro ſella utebatur. Sacros codiceſ i ſacculis pelliceiſ dextro leuoq; latere ſecū portabat: & quocūq; perueniſſꝫ ſcripturaꝝ fontē apie bat. ¶ Cū autem fama predicationis illi⁹ undiq; diſcurreret: clerici quidā romani ſūmo pontifici ſunt ꝯqueſti: ꝙ quidā uir ruſticus auctoritatem ſibi predicandi arripuiſſet: & officium ap̄lici indoctus ſibi uſurpare preſumeret. Ad quoꝝ ſuggeſtionē iulianuꝫ quēdam defenſorem miſit: ut equitius ad romanam urbem duceretur: & qua ratiōe p̄miſſa attētaret cognoſceretur: mādauit tamen: ut honore ei exhibito nullaꝫ prorſus iniuriam pateretur. Qui feſtine ad monaſteriū ueniēs eodem abſente fratres ſcribentes repperit: & ubi abbas eſſet inquiſiuit. Illiq; rn̄derunt: ꝙ in ualle cenobio ſubiacente fenū ſecabat. Miſitq; ad eum iulianus pueꝝ ſuum contumacem & ſuperbum: cui uix ipſe poterat dn̄ari ut abbatem ad ſe celeritate perduceret. Perrexit puer & quis eſſet abbas ab aliis queſiuit. Moxq; ut audiuit quis eſſet: adhuc lōge poſitus ad eum uadēs: imenſo timore correptus cepit laceſſere. Ita ut greſſus uix eum poſſent portare: ueniensq; ad uiꝝ dei: ad genua illius procidit: ſuumq; dn̄m ipſi occurriſſe nūciauit. Abbas uero illi mādauit: ut ſenum ſectum leuaret: & pabulū iumentis: in quibus uenerāt deferret: ipſeq; imediate poſt eum opere ꝯpleto ueniret. Quod dum puer feciſſet: & iulianus pueꝝ cum ſeno uenientes ꝯſpexiſſet. Iratus eum icrepauit: ꝙ miſerat illum hominē ducere non ſenum baiulare. Sed dum puer equitium poſt ſe uenientem domino ſuo oñdiſſet: uidens eum iulian⁹ ex habitu deſpexit: & qualiter illum proteruis uerbis alloqui deberet: cogitare cepit: ut autem ſeruus dei cominus affuit intolerabilis pauor iuliani animum inuaſit: & humiliat⁹ ad pedes eius procidit: & quia apoſtolicus ipſum uidere uellet: uix manſueta lingua expoſuit. Quod audiens equiti⁹ gr̄as deo egit: ꝙ ſe per ſūmum pontificē ſuperna gratia uiſitaſſet: ſtatimq; mandauit iumēta ad iter arripiendum pari. Cūq; iulianus ſe illo die nō poſſe exire ex laſſitudine diceret: Abbas ſe i hoc ꝯtriſtari rn̄dit: predicens quia ſi die ipa non exirent: nec in craſtinum ire poſſent. Sic ꝙ eadem nocte iulian⁹ ex laſſitudine in monaſterio quieuit. Factoq; lucis crepuſculo equo in curſu admodum fatigato puer ad iulianum cū epiſtola uenit: i qua papa ſibi mādauit: ne ſeruum dei de monaſterio mouere uel exire ullatenus faceret. Cū autem ille requireret: cur ſnia eſſet mutata: cognouit qa nocte eadeꝫ qua ipſe illuc miſſus fuerat per uiſum pontifex extitit uehemēter exterrit⁹: cur ad exhibendum uiꝝ dei mittere preſumpſiſſet. Tunc iulianus ſurrexit: & ſe abbatis orationibus cōmendauit: atq; ne de cetero fatigaretur ex parte pape precepit. Quod audiens ille ꝯtriſtatus eſt: & que predixerat uera nunc contigiſſe probauit: quia ſi die precedente non ſtatim pergerent iaꝫ pergere minime liceret. Et executorem ſuum cū ſūma charitate aliquantulū ſecū detinuit: ipmq; plurimū honoratum ad ſūmum pontificem remiſit. Qui & plenus ſcitate i pace quieuit. ¶ Ruſticus quidam ſuper ſepulchruꝫ eius arcam cum frumento poſuerat: nec qualis uir ibidē iaceret ppendere curauit. Sed repente turbo celitus factus: rebus illic omnibus in ſua ſtabilitate manētibus: arcam ſuppoſitam cuꝫ grano extulit longeq; proiecit

¶Eandem prouinciam ualerie longobardis intrantibus monachi ex cenobio illo ad ſepulchrum uiri ſancti in oratorio poſitum confugerunt. Longobardi uero ſeuientes oratorium ingreſſi: ceperunt monachos foras trahere: ut eos aut tormentis afficerent: aut gladiis necarent. Quorum dum unus ingemuiſſet: & ſanctum equitium ad ſui defenſioné aduocaſſet: ꝓtinꝰ longobardos ſpūs imūdus inuaſit: qui corruentes ad terram tā diu uexati ſunt: donec ceteri foras exiſtentes cognoſcerent: quatenus locum ſacrum temerare ulteriꝰ non auderent. Hec gregoriꝰ prio dialogoꝝ capitulo quarto.

¶De ſancto nonoſo abbate. XCVII

Nonoſus prepoſitus ſiue prior fuit cuiuſdam monaſterii: quod in ſoractis monte ſitum eſt: qui ſub aſperrimo eiuſdem cenobii abbate degebat: ſed eius mores mira ſemper equanimitate tolerabat: ſicq; fratribus in manſuetudine preerat: ut patris ſepius iracundiam ex humilitate mitigaret. Quia uero monaſterium in ſummo montis cacumine ſitum eſt: ad quemlibet paruum hortum fratribus colendum: nulla planicies patebat. Sed unus locus breuis in latere montis erat: quem ingentis ſaxi moles egrediens ab una parte occupabat. Cum aūt die quadam nonoſus cogitaret: ꝙ ſaltem ad olera nutrienda locus idem aptus eſſet: ſi ipſuʒ moles illa non teneret: quam & quinquaginta boum paria mouere non potuiſſent: nocturno ſe illic ſilentio in orationem dedit. Cum mane facto ad eundem locum fratres uenerunt: & inuenerunt molem tante magnitudinis inde longius receſſiſſe ſuoq; diſceſſu largum fratribus ſpatium dimiſiſſe. ¶Alio quoque tempore dum nonoſus lampades uitreas in oratorio lauaret: una ex eius manibus cecidit: & per partes innumeras cōfracta diſſiliuit. Qui furorem abbatis nimiū timens lampadis fragmentaq; colligens: coram altari proſtratus orauit. Et exurgens ſanam lampadem repperit: quam antea timēs per fragmenta collegit. ¶Cum in cenobio oleum uetus defeciſſet: & colligende oliue tempus incumberet: ſed fructꝰ in oliuis nullus appareret: mandauit abbas fratribus: ut in colligendis oliuis ad exhibenda extraneis opera pergerent: ut uel ſaltem de mercede operis aliquantulū olei deportarent. Quod uir domini fieri cum magna humilitate prohibuit: ne ex hoc fratres exeuntes: dum olei lucra querunt: dānum animaꝝ paterentur. Oliuaſq; paucas: que in monaſterii arboribus apparebant: colligi precepit: & in pilo miſſas contundi: atq; inde quantumlibet paruum olei exiens ſibi deferri. Quod in paruo uaſculo ſibi delatum ante altare poſuit: cunctiſq; egreſſus orauit: atq; poſtmodum adſcitis fratribus oleum illud modicum per cuncta monaſterii uaſa exigue infundi iuſſit Que protinus: ut erant uacua: claudi fecit. Die uero altera aperta omnia uaſa plena oleo reperta ſunt. Sanctꝰ autem uir poſt laudabilia multarum uirtutum opera dormiuit in domino. Hec gregoriꝰ ubi ſupra capitulo ſeptimo.

¶De ſancto martyrio confeſſore. XCVIII

Martyrius confeſſor in ualerie ꝓuincia ſanctitate & miraculis claruit. Qui tale de uirtutis ſue teſtimonio ſignū dedit. Dum quadam die fratres eius ſubcineritium panem feciſſent: eiq; ſignum crucis imprimere obliti eſſent: ſicut in ipſa prouincia crudi panes ligno ſignari ſolent: ut per quadras quattuor quodāmodo partiti uideantur. Idem dei famulus affuit: eiſq; referentibus non fuiſſe ſignatum agnouit. Cumq; iaʒ prunis & cineribus opertꝰ eſſet: ſignum crucis digito contra prunas edidit. Quo ſignante protinꝰ panis immenſum crepitum dedit: ac ſi in ignibus olla crepuiſſet. Qui poſtmodum coctus: & ab igne ſubtractus: ea cruce ſignatus inuentus eſt: quam non tactus ſed fides fecerat. Hec gregorius ubi ſupra capitulo undecio.

¶De ſancto dacio epiſcopo. XCIX

Dacius epiſcopus mediolanenſis apud ipſam ciuitatem claruit tēpore iuſtiniāi imperatoris. Qui dum cauſa fidei exactus ad conſtantinopolitanam urbem pergeret: corinthumq; ueniens largam domum ꝓ ſe & eius comitiua ad hoſpitandū quereret: & uix inueniret: uiſam eminus domum congruētis magnitudinis ſibi ad hoſpitium preparari iuſſit. Cum uero incole loci ei dicerent: in ea hunc manere nō poſſe: qa multis iam annis eam diabolꝰ inhabitauit: atq; ideo uacua remanſit. Vir ſanctus ideo magis in ea debere uelle hoſpitari reſpondit: ut ſui aduentum malignus effugatus ſpiritus domum hominibus iterum habitandam dimittat. In ea igitur ſibi parari fecit: ſecuruſq; hoſtis antiqui certamina toleraturus intrauit. Noctis autem ſilentio dum uir dei quieſceret: antiquus hoſtis immenſis uocibus cepit imitari rugitꝰ leonum: balatꝰ pecorum: mugitus boum: ruditus aſinorum: ſibila ſerpentum: porcorum ſtridores & ſoricum. Cum repente dacius tot beſtiarum uocibꝰ excitatus: ſurrexit iratꝰ: & contra demonem magnis uocibus cepit clamare: eidemq; exprobrare: ꝙ bene ei contigiſſet: ut qui dixerat. Ponam ſedem meam ab aquilone: & ero

ſimilis altiſſimo: per ſuperbiam eius ſimilis porcis & aſinis factus eſſet. Et qui deum indigne imitari uoluerat: ut dignus erat: beſtias imitabatur. Ad quam uocem ac deiectionem ſpiritus malignus adeo erubuit: ꝙ protinus conticuit: atq; eandē domū ad exhibēda monſtra conſueta ulterius non intrauit. Sicq; poſtmodum fidelium habitaculum facta eſt. Hec gregorius.3.dial.cap.4.

De ſcō argentario monacho. C.

Argentarius monachus apud ciuitatem aurelias claruit. Qui uir ſanctiſſimus uita & miraculis effulſit: habitumq; quem pretendebat ſpecie: moribꝰ explebat. Hic ab argentario monte a quo nomen ſortitus eſt ad apoſtolorū liminia rome reuiſenda annis ſingulis uenire conſueuerat: & ueniens ad quēdam ſubdiaconum quadrageſimum nomine: qui in montibus oues paſcebat: ſepius hoſpitalitatis gratia declinabat. Cum autem ſemel hoſpitium huius qđ non longe erat ab eccleſia intraſſet: cuiuſdam paupercule mulieris maritus iuxta defunctus eſt. Quem cilicio ex more indutū: ſuperueniente ſero ſepelire nequiuerunt. Cum ergo uidua mulier iuxta defuncti corpus nocte ſederet: & magnis fletibus & lamentis dolori ſatiſſaceret: nec a lamentis ceſſaret uir dei argentarius dolori illius cōpaſſus: aſſumpto quadrageſimo ad accleſiam perrexit: ſeq; in orationem dedit. Deinde ab altaris crepidine puluerem collegit: & cum ſocio ad defuncti corpus acceſſit. Et cum ibi ambo diutius oraſſent ipſe ſurrexit: benedictionem dedit: & reuelatam defuncti faciem: que ſudario operta fuerat: aſpiciente uxore ac mirante: puluere quem detulerat fricauit. Qui dum fricaretur: animam recepit: oſcitauit: oculoſ apuit: ſeq; eleuans reſedit: ac ſi de graui ſomno excitatus fuiſſet. Quod mulier cernēs cepit ex gaudio magis flere: ſed uir domini eam: ut taceret compeſcuit: mandans ut ſiquis eam quereret: qualiter hoc factū fuiſſet: diceret: quia dominus ieſus chriſtus hoc feciſſet. Et continuo ab hoſpitio exiit: quadrageſimum reliquit: & temporalem honorem fugiens: in loco illo ultra non comparuit. Hec gregorius.3.dial.cap.17.

De ſcō ualentio preſbytero. CI

Valentius pꝛ̄ſbyter apud puinciam ualerie floruit. Qui cum clericis ſuis dei laudibus boniſq; operibus intentus: ſancte conuerſationis uitam duxit. Superueniente autem uocationis eius die defūctus eſt: atq; ante eccleſiam ſepultus. Eidē uero eccleſie caule ouium inherebant: atq; idem locus in quo ſepultus eſt: ad eaſdem oues tendentibꝰ iter erat. Quadam autem nocte fur quidam uenit: & ingreſſus caulas ueruecem tulit & concitus exiuit. Sed dum perueniſſet ad locum ubi ſanctus uir iacebat repente heſit: & greſſum mouere nequiuit: ueruecem de collo depoſuit: eumq; dimittere uoluit: ſed manu laxare non potuit. Sicq; cū preda ſua reꝰ & ligatus ſtabat: nec ueruecē poterat dimittere: nec cum eo accepto exire. Factoq; mane egreſſi ab eccleſia clerici hominem ueruecem tenentem inueniunt: & an animal auferre an offerre ueniſſet: dubitare ceperunt. Ille uero culpe reus citius indicauit penam: Mirati oēs qꝛ uiri dei ibidem iacētis fuiſſet uirtute ligatus: ſe pro eo ī orationem dederunt: ſuiſq; precibuſ obtinuerunt: ut qui res eorum uenerat rapere: uel ſaltē uacuus poſſet exire. Hec ubi ſupra cap.22.

De abbate quodam ſancto. CII.

Abbas quidam ſcūs cuius nec nomen expreſſum inuenio claruit ī monaſterio quodam beati petri apoſtoli. Quod ſitum eſt in mōte preneſtine ciuitati preminēte. Qui monachum quendam nutriens uſq; ad reuerendos prouexit mores. Quem cum uidiſſet in timore domini excreuiſſe: in eodem monaſterio fecit illū in preſbyterum ordinari. Cui poſt ordinationem ſuam: quia non lōge abeēt eius exitus reuelatū eſt: iccirco ab abbate petiit: ut ſibi ſepulchrum paret. Ille uero eidem predixit: ꝙ ante eum ſe moriturꝰ prenouerat: ſed tamē eidem conceſſit: ut ſicut uellet ſepulchrū ſibi paret. Receſſit igitur & ꝑparauit. Sed poſt multos dies abbas febre preuentꝰ ad extrema deuenit: atq; preſbytero ſuo iuſſit: ut in ſuo ſepulchro ſe poneret. Cumq; ille diceret: ꝙ ipſum mox ſecuturus eēt: & ſepulchrum utrūq; capere non poſſet. Abbas reſpondit: ꝙ ſecure faceret: ut dixerat: quia ſepulchrum ſuum ambos capiebat. Defunctum itaq; abbatem in ſepulchro: qđ ſibi preſbyter pauerat poſuerunt: Moxq; & preſbyterū langor corporis ſecutus eſt: & poſt modicum uitam finiuit. Cum autem ad ſepulchrū qđ ſibi pauerat corpꝰ eius eēt delatum: eoq; aperto uiderunt aſtātes: locum non eſſe ubi poni potuiſſet: quia corpus abbatis omne illud ſepulchrum teneret. Tunc unus ex fratribus abbati defuncto quaſi improperare cepit: ꝙ uerbum eiꝰ qđ predixerat deficeret: eo ꝙ ſepulchrū ambos non caperet. Ad cuius uocem ſubito cūctis uidentibus: abbatis corpus quod ſupinum iacebat: ſe uertit in latere: & uacantem locum corpori preſbyteri ꝑbuit: & qꝛ utroſq; caperet: ſicut uiuus promiſerat: mortuus impleuit. Hec gregorius tertio dialogorū capitulo.xiii.

¶De ſancto acontio ꝯfeſſore. CIII

Acontius confeſſor apud urbem romam claruit:qui baſilice principis apoſtoloꝝ cuſtos ſiue manſionarius fuit:uir magne humilitatis atq; grauitatis deo omnipotenti fideliter ſeruiens : & miraculoꝝ ſignis effulgens.Nam cum quedam puella paralytica in eccleſia beati petri permanens:manibus reperet: & diſſolutis rhenibus corp⁹ ꝑ terram traheret:atq; ut ſanari mereret : diu dum a beato petro apoſtolo petiiſſet: nocte quadam eidem per uiſionē aſtitit:eiq; iuſſit: ut iret ad acōtium manſionarium ipſūq; rogaret:qui ipſi ſalutē reſtitueret:illa de tanta uiſione certa: ſed quis eēt acontius ignorās: cepit ſe per eccleſie loca diſtrahere : & quis eēt acontius inueſtigare.Cui cum ille factuſ eēt obuiam:& interrogatus ſe acontium eſſe dixiſſet.Illa eidem expoſuit:qualiter beatus petr⁹apoſtolus illam ad ipm miſerat : ut ab infirmitate ipſam liberare deberet.Et ille cōtinuo iuſſit:ut in nomine xp̄i & mittentis ſurgeret:eiuſq; manum tenuit:eamq; ſanam ꝓtinus erexit:ita ut ſolutionis illius ſigna nulla ulterius remanerent.Hic poſt alia ſanctitatis opera uitamq; laudabilē rome in pace quieuit: & ſepultus apud beati petri baſilicam in uirtutib⁹ uiuit.Hec ubi ſupra libro 3.capitulo.25.

¶De ſancto ſanctulo preſbytero. CIIII

Sanctul⁹ preſbyter claruit i nurſia prouincia tempore beati gregorii pape primi:qui & ſanctiſſime uite fuit:&miraculoꝝ gloria radiauit.Nam quodam tempore dum in partibus illis longobardi oliuas in prelo premerent:ut in oleum liquari debuiſſent:uir dn̄i utrem uacuum ad prelum detulit:laborantes ſalutauit : utrem protulit: & iubendo potius q̄ petendo eū ſibi impleri rogauit.Sed gentiles uiri:qui tota iā die fruſtra laborantes: oleū exprimere nullatenus potuerant:uerba illius moleſte ferentes:eū iniuriis inſectantur. Cum autem ille iterum ac iteꝝ oleū inſtāter peteret: & illi ex oliuis oleum defluere non cernerent: adhuc accēſi maioribus illum contumeliis deteſtabantur Tunc ſanct⁹uir cernens:ꝙ ex prelo nullum oleū liquaret:aquam ſibi allatam benedixit & in ꝑlo iactauit:ex qua continuo tanta olei ubertas erupit:ut illi qui prius incaſſum laborauerant:non ſolum ſua uaſa omnia : ſed utrem quem ſanctulus detulerat implerent.

¶Alio tempore cum fames ibidem maxima incumberet: & eccleſia beati laurentii martyris a longobardis incēſa fuiſſet: uir dn̄i eā reſtaurare cupiens plures artifices & operarios adhibuit:quibus & laborantibus ſumptus quotidianos prebebat : ſed exigente famis neceſſitate panis defuit.Cumq; laborantes inſtanter uictum quererent: & ille anxi⁹ huc illucq; pergeret:ad clibanum deuenit:i quo uicine mulieres pridie panes coxerant: ibiq; incuruatus aſpexit: ne forte panis aliquis a coquentibus remanſiſſet. Cum repente panem inuenit mire magnitudinis & inſoliti candoris: quem ipſe quidem tulit : & ne forſitan alienus eēt:per uicinas hunc mulieres detulit:ac ne cui earum remāſiſſet inquiſiuit.Omnes autem illum panem eſſe negauerunt:ſuoſq; panes integro numero ex clibano habuiſſe teſtate ſunt.Tunc ille let⁹panem artificibus apportauit: & ad refectionē inuitatis deum benedicens appoſuit. Ipſiſq; plene ſaciatis plures ex eo q̄ panis fuerat fragmenta collegit:que die altera eiſdem intulit:& iterum que ſupfuerant plura ſeruauit. Sicq; per dies.10.continuos operatores illi omnes ex uno pane ſaciati:hūc quotidie edebant:& ex eo quod edi poſſet i craſtinum ſuperabat.¶Cum quidam diaconus a longobardis captus eſſet:eumq; occidere uellēt:facto ueſpere ſanctulus ad eos uenit:& ab eiſdem petiit:ut eum relaxarent.Cumq; hoc illi oīno facere recuſarent: petiit:ut uel mortem eius in craſtinum differrēt:ac ſibi cuſtodiendum darent.Quod illi multis pulſati ꝑcibus cōceſſerunt:ea conditione:ut ſi diaconus fugeret:Sanctulus pro eo mortem ſubiret . Cum autem nocte media longobardos omnes graui ſomno depreſſos conſpiceret: diacono ſuaſit:ut fugeret.Ille uero promiſſionis uiri ſancti memor: ſe fugere nolle reſpondit:quia illum pro ſe mori nolle aſſeuerauit. Econtra quoq; ſanctulus:ut fugiat:inſtitit:ſe uero in manu dei eſſe dixit : & ꝙ in eum hoſtes non poſſent:niſi quantum ipſe ꝑmiſerit.Fugit igitur diaconus:& remanſit ſideiuſſor quaſi deceptus.Cum ergo mane lōgobardi hoc comperiſſent:Sanctulū ſponte accedētem ad occiſionem adducunt. Sed qa ipſum bonum hominem reputabant : illum per cruciatus uarios occidere denegabant: ſed optionem ſibi cuius uellet necis proponebant.Qui ſe in manu dei eē reſpōdit:nullamq; mortem eligere uoluit : placuit ergo omnibus:ut capite truncaretur:ut ſine graui cruciatu perimeretur.Ad ſpectaculum iſtud omnes concurrunt:ex omnibus ſuis uirum fortiſſimum eligunt:de quo dubiuꝫ nō erat:quin caput eius uno ictu abſcidere debebat.Petiit uir domini: ut ſibi daret paululum licentiam orandi.Sed cuꝫ diuti⁹ oraſſet:ſpiculator eum calce percuſſit:& ut ſurgeret decollandus imperauit . Quo ſurgēte & genu flexo collum tendente: dum ille enſem leuauit: & ſanctulus ſanctum ioannem

uocauit. Carnifex igiṫ brachiũ ꝑcuſſur⁹ ere
xit: ſꝫ nullatenus deponere potuit: & ſic ere-
cto gladio brachiũ inflexibile remãſit. Con-
currũt oẽs longobardi: uidẽt miraculum &
ſtupẽt: & ut ſcũs uir exurgat iubent: ſuppli
cantq̄ꝫ: ut carnificẽ ligatũ ſoluat. Qui nulla-
tenus eũ ſoluere uoluit niſi pri⁹ ille iuraret
ꝙ xp̄ianũ queq̄ nunq̄ occideret. Emiſſoq̄ꝫ iu
ramento ſolutuſ ẽ. Cũ aũt longobardi ꝓpter
tanti ſtuporẽ miraculi eidẽ iumẽta que diri-
puerãt certati offerrent: ille nihil hoꝝ ſuſci-
pere uoluit: ſed oẽs captiuos quos habebãt
xp̄ianos petiit: & qđ petiit impetrauit. Et ſic
oẽs cũ eo liberi dimiſſi ſunt: & dum un⁹ pro
uno ſe mori obtulit: oẽs a morte liberauit.
Sicq̄ꝫ poſt multa laudabilia facta domino
in pace ſpiritum reddidit. Hec ubi ſupra ca
pitulo trigeſimoſeptimo.

¶ De ſcõ redempto epiſcopo. CV

REdemptus ep̄s ſerentine ciuitatis
tp̄e bti gregorii pape primi cla-
ruit. De quo idẽ beat⁹ doctor eo
dem dialogorũ libro .3. cap. 38.
ſcribit: ꝙ uir fuit mire ſcitatis: &
ſibi nimia familiaritate ꝯiunct⁹. Qui & ſp̄m
ꝓpheticũ habuit: & quedã futura ſibi a deo
reuelata predixit. Cũ enim aliquando pecias
ſuas ex more circuiret: peruenit ad eccleſiaꝫ
ſci zotici m̄ris: ſtratũq̄ꝫ iuxta ei⁹ ſepulchrum
ſibi ꝑari fecit atq̄ꝫ ibi poſt laborem quieuit.
Cui nocte media nec dormiẽti nec plene ui-
gilanti beatus martyr ꝑdictus aſtitit: eidẽq̄ꝫ
tertio predixit: q̄a finis ueniret uniuerſe car-
ni. Et ſic uiſio ab oculis eius euanuit. Mox
quoq̄ꝫ terribilia ſigna in celo ſecuta ſunt: de
quibus idẽ btũs gregori⁹ i homel. mẽtionẽ
facit. Deinde eſera longobardoꝝ gẽs italiaꝫ
intrauit: & ꝑſecutiones duriſſimas i xp̄ianos
exercens: oẽs pene ciuitates depopulauit. In
cuius medio tribulatiõis tp̄e: Redẽptus ep̄s
ſcitate ꝯſpicuus in xp̄o quieuit.

¶ De ſcõ ſpecioſo monacho. CVI

SPecioſus monach⁹ beati benedi-
cti diſcipulus ſub eodẽ patre ui-
ta & ſcitate reſulſit. De quo gre-
gorius. 4. dial. cap. 9. ſcribit: ꝙ
fr̄eꝫ habuit germanũ noie grego
rium: qui ambo nobiles uiri & exterioribus
ſtudiis eruditi multas pecunias i hoc mũdo
poſſederãt: ſꝫ cũcta paupib⁹ largiẽtes i caſ-
ſinẽſi mõaſterio ꝑmãſerũt. Dũ aũt ſpecioſus
pro utilitate cenobii iuxta capuanã urbem
miſſus fuiſſet: die quadã frater ei⁹ gregorius
cũ fr̄ib⁹ ad mẽſam ſedẽs atq̄ꝫ ꝯueſcẽs ꝑ ſp̄m
ſubleuat⁹ aſpexit: & uidit ſpecioſi germani
ſui aiam longe a ſe poiti: ab angelis in celuꝫ
deferri. Quod mox fr̄ib⁹ idicauit: & cucur-
rit. Iãq̄ꝫ eũdeꝫ fr̄em ſuũ ſepultũ reppit: quẽ
tñ ea hora qua aiam ei⁹ uiderat exiſſe de cor
põre inuenit.

¶ De ſcõ ſpe abbate. CVII.

SPes abbas ꝯſtructor fuit mõaſte
rii qđ diciṫ cãple qui. 6. miliario
a uetuſta nurſie urbe diſiungiṫ.
Qui dũ ſcitate uite polleret per
40 ãnoꝝ ſpatiũ lumẽ oculorum
amiſit. Sed cũ a deo flagello caſtigareṫ cor-
poris: habebat ꝑ ſciſpirit⁹ cuſtodiã ꝯſolatio
nem cordis. P⁹ ãnos uero. 40. ei dñs miracu
loſe lumẽ reſtituit: uicinum eius obitum de
nunciauit: atq̄ꝫ ut i mõaſteriis circũquaq̄ꝫ cõ
ſtructis: uerbũ uite predicaret: admonuit:
quatenus corporis recepto lumie uiſitatis i
circuitu fr̄ib⁹ cordis lumẽ apiret. Qui ſtati
iuſſis obtẽpans fr̄uꝫ cenobia circuiuit: & mã
data uite: que ab angelo didicerat predica-
uit. Quintodecimo igiṫ die ad monaſterium
ſuũ pacta ꝑdicatione reuerſus ẽ. Ibiq̄ꝫ fr̄ib⁹
ꝯuocatis aſtãs i medio ſacr̄m dñici corporis
ſũpſit: moxq̄ꝫ cũ eis pſallere cepit. Qui illis
pſallẽtib⁹ oratiõi itent⁹ aiam reddidit. Oẽs
uero fr̄es qui aderãt ex ore eius exiſſe colũ-
bam uiderunt: que mox apto oratorii tecto
egreſſa aſpiciẽtib⁹ illis penetrauit celũ. Hec
gregori⁹. 4. dial. cap. xi.

¶ De ſcõ probo epiſcopo. CVIII

PRob⁹ ep̄s reatine citatis fuit. Qui
uita & ſcitate atq̄ꝫ doctrina ꝯſpi-
cuuſ nõ mediocriter eſſulſit: Ap
propinquãte uero uite ei⁹ termi-
no euꝫ grauiſſima dep̄ſſit egritu-
do. Cui⁹ pater maximus nomie: circũquaq̄ꝫ
medicos ꝯgregauit ſi forte ei⁹ lãgori ſubue-
niri poſſet. Qui ꝯueniẽtes ad tactũ uene de-
nunciauerũt eius exitũ citi⁹ affutuꝝ. Cũ ue-
ro iam tp̄s refectiõis icũberet: ſcũs ep̄s de aſ
ſiſtẽtiũ potius q̄ de ſua ſalute ſolicitus: eos
cũ ſene patre admonuit: ut ſe poſt laborẽ ex
refectione reparẽt. Omnib⁹ igiṫ abſcedenti
bus: un⁹ tantũmodo ei relictus ẽ puer. Qui
dum lecto iacẽtis aſſiſteret: ſubito aſpexit i
trãtes ad uiꝝ dei quoſdã uiros ſtolis candi-
dis amictos: qui eũdeꝫ quoq̄ꝫ cãdorẽ ueſtiũ
uultuũ ſuoꝝ luce uicebãt. Qua claritate ꝑ-
culſus puer cepit emiſſa uoce clamaṙ. Qua
uoce ꝯmotus epiſcopus intrantes aſpexit &
cognouit: & ſtridentem puerũ cepit conſola
ri: dicens ne timeret: quia ſanctus iuuenalis
& ſanctus eleutherius martyres ad ſe ueniſ-
ſent. Ille autem tante uiſionis nouitatem nõ
ferens: curſu concito extra fores fugit: atq̄ꝫ
eos quos uiderat patri ac medicis nuncia-
uit. Illi uero propere deſcenderunt: ſꝫ egrũ
quem relinquerant defunctum inuenerunt:
quia illi eum ſecum tulerant. Quorum ui-
ſionem puer ferre non potuit qui remanſe-
rat. Hec ubi ſupra cap. xiii.

¶ De ſcã romula uirgine. CIX

Romula uirgo apud urbē romā claruit: que cuiuſdā anus ſanctiſſime diſcipula fuit: & in quodam monaſterio iuxta btē marie uirginis eccleſiā una cū quadā alia ɔdiſcipula cū ea māſit. He tres in uno habitu ſanctimoniali cōmanentes: uitā quidē moribus diuitē: ſed reb⁹ paupem ducebāt: inter quas tamē romula magnis meritis anteibat. Erat quippe mire patiētie: ſūme obedientie: cuſtos oris ſui ad ſilentium: ſtudioſa ualde ad orationis uſum. Que tandem paralypſi ꝑcuſſa: multis annis in lectulo decubās: pene omnib⁹ mēbris impos iacebat: nec tamē eius mentē ad impatientiā flagella perduxerant. Et tāto ſolicitius ad orandū excreuerat: ꝗto aliud quodlibet agere non ualebat. Nocte igitur quadam uocauit matrem redemptā: que mox ɔſurgens: ad eam cū alia ɔdiſcipula acceſſit. Et dū media nocte lectulo iacētis aſſiſterent: ſubito celitus lux emiſſa cellā impleuit: & ſplendor tante claritatis emicuit: ut corda aſſiſtentium pauore perſtringeret: atq; omne corp⁹ illaꝝ obrigeſceret. Ceperūt nāq; quaſi cuiuſdam magne multitudinis ingredientis ſonus audiri: hoſtium cellule cōcuti: ac ſi intrantium turba premeretur: & ingrediētium quidem multitudinē ſentiebāt: ſed nimietate timoris & lumis uidere nil poterant. Protinuſq; miri odoris fragrātia ſubſecuta eſt: ita ut quas lux terruerat: odoris ꝛfoueret ſuauitas. Cepitq; romula magiſtrā ɔſolari: & blanda uoce predicere: quia tunc non eēt moritura. Poſt aliquod uero temporis ſpatium paulatim lux eſt ſubtracta: ſed is qui ſubſecutus eſt odor remāſit: cum quo & dies ſecund⁹ ac tertius tranſiit. Nocte uero quarta iterum magiſtram uocauit: uiaticum petiit: & accepit. Et ecce ſubito in platea ante hoſtium cellule duo chori pſallentium ɔſtiterunt: & ſicut ſe dicebant ſexus ex uocibus diſcreuiſſe: pſalmodie cantus dicebant uiri: & femine reſpondebant: intra tales celeſtes exequias ſancta illa aīa carne ſoluta eſt. Qua ad celū ducta: ꝗto chori pſallētiū altius aſcendebant: tanto cepit pſalmodia lenius audiri: quouſq; & pſalmodie ſonitus & odoris ſuauitas elōgata finiret. Hec quarto dialogoꝝ capitulo. 16.

¶ De ſancta tharſilla amita ſancti gregorii pape. CX

Tharſilla ſcā beati gregorii pape magni amita fuit: de qua idē quo ſupra libro cap. 17. tradit: ꝙ alias duas ſorores ſuas uirtute ɔtinue orōnis: grauitate uite: ſingularitate abſtinentie: ad culmen ſanctitatis excreuit. Huic per uiſionē felix ſecund⁹ atau⁹ prefati doctoris romane eccleſie antiſtes & ſanctus apparuit: eamq; ad manſionem perpetue claritatis oſtendit: & ipſam ad illā inuitauit. Que ſubſequenti mox febre correpta ad diem peruenit extremum. Cum autē multi ad eius obitum ɔuenientes ipſi⁹ lectulum circūſtarent: ecce illa ſubito ſurſum reſpiciens: ieſum uenientē uidit: & circūſtantibus acclamare cepit: ut recederent: & locū ieſu uenieti darent. Cūq; in eū: quē uidebat: intēderet: ſcā illa aīa e corpe eſt egreſſa. Tanta aūt fragrātia miri odoris aſpſa ē: ut ipſa quoq; ſuauitas oñderet: illuc auctorē ſuauitatis ueniſſe. Cū aūt eius corp⁹ ad lauandū eēt nudatum: lōge orōnis uſu i cubitis & genibus cameloꝝ more inuenta eſt obdurata cutis excreuiſſe: & quod uiuens ſpūs eius ſēper egerit: caro mortua teſtabatur.

¶ De ſcā muſa uirgine. CXI

Muſa uirgo apud urbem romā claruit. De qua idem ꝗ ſupra libro 4. capitulo. 18. ſcribit: ꝙ quadam nocte ei per uiſionē ſcā dei genitrix apparuit: & cum eēt puella parua: coeuas ei in albis ueſtibus puellas oñdit. Quibus cū illa admiſceri appeteret: ſed ſe eis iūgere nō auderet: btē uirgis ē uoce reqſita: an uellet cū eis eē: atq; in ei⁹ obſequio uiuere. Et cū puella rñdiſſet ꝙ ſic: mādatum ꝓtinus accepit: ut nil ultra leue & puellare ageret: a riſu & iocis abſtineret: & ꝙ inter eas: quas uiderat die. 30. ueniret. Quibus uiſis in cūctis ſuis morib⁹ puella imutata eſt: omnēq; a ſe leuitatē puellaris uite deterſit. Et dū parentes eā imutatā mirarenť: requiſita oīa uiſa narrauit. Sed poſt. 15. dieꝫ febre corripiť. die uero. 30. ad exitum eidē appropinquanti: eadem dei genitrix cū puellis: quas uiderat: denuo reuelať. Cui etiā eā uocāti: apta uoce ſe uenire rñdit: atq; in ipſa locutiōe ſpiritū reddidit: & ex uirgineo corpore cū ſcis habitatura uirginibus exiuit.

¶ De ſcis duob⁹ monachis mrībus. CXII

Dvo monachi martyres: quorum noīa nō habenť expreſſa: in prouincia ualerie paſſi ſunt: De quibus narrat greg⁹. 4. dialo. cap. 22. ꝙ duꝫ eēnt monachi i quodā monaſterio: quod per abbatē ualentionē regebatur: & in ipſo cenobio longobardi ſeuientes ueniſſent: duos prefatos monachos in ramis unius arboris ſuſpenderunt. Factoq; ueſpere: utrorūq; ſpirit⁹ claris illic apertis q; uocibus pſallere cepunt: ita ut ipſi quoq; qui eos occiderant: cum uoces pſallentium audirent: nimium mirati terrerentur. Quas etiam uoces captiui omnes: qui illic aderāt: audierunt. & eorum pſalmodie poſtmodum teſtes extiterunt.

¶ De ſancto ſurano martyre. CXIII

S Vranus abbas & martyr in ꝓuincia ſurana paſſus eſt. De quo eodez libro cap.25. habetur: ꝙ dū eſſet pater cuiuſdā monaſterii in eadem ꝓuincia ſiti: captiuis aduenientib⁹ atq; a longobardoꝝ depredatiōe fugiētib⁹: cūcta que habebat largitus ē. Cū q; ueſtimēta ſua & ſtrum & cellarium: & quicquid in horto haberi potuit i elemoſynis cōſumpſiſſet: lōgobardi ſubito aduenerunt: & eum tenuerūt: ac auꝝ petere ceperunt. Quibus cū nil omnino ſe habere diceret: in monte uicino ab eis ductus eſt: in quo ſilua imēſe magnitudinis erat. Ibiq; captiuus quidam fugiens in caua arbore latitabat: ubi un⁹ ex illis educto gladio ſuranum occidit. Cuius corpus dum in terrā caderet: mons omnis ꝓtinus & ſilua concuſſa eſt: ac ſi ferre nō poſſe pond⁹ ſanctitatis ei⁹ diceret terra que tremuiſſet.

De ſcō iuſto diacono & mr̄e. CXIIII.

